Τοῖσι δ' ὑπ' ἀθανάτοισι μέγας πελεμίζετ' Ὄλυμπος.
Ὀρνυμένοιο ἄνακτος. ἐπεσμύχιξε δὲ γαῖα.
Καῦμα δ' ὑπ' ἀμφοτέρων κάτεσχεν ἰοειδέα πόντον,
Βρουτῆς τε στροπῆς τε πυρὸς ἀπὸ τοῖο βαλόντος,
Πρηστήρων ἀνέμων τε κεραυνῆς τε φλεγέθοντας.
Εἶσε δὲ χθὼν πᾶσα, καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα.
Θῦε δ' ἀρ' ἀμφ' αὐτῷ, πυρί τ' ἀμφὶ κύματα μακρὰ
Ῥίπτη ὑπ' ἀθανάτων. σύνοσις δ' ἄσβεστος ὀρώρει.
Τρέσσε δ' Ἄϊδος εἰνάσιος καταφθιμένοισιν ἀνάσσων,
Τιτῆνες θ' ὑποταρταρίοι, περὶ Κρόνῳ ἀμφὶς ἐόντες,
Ἀσβέστου μεμαῶτος καὶ αἰνῆς ἀνιόχοιο.
Ζεὺς δ' ἐπεὶ δὴ κόρθωσεν ἑὸν μένος, εἵλετο δ' ὅπλα,
Βροντήν τε στροπήν τε καὶ αἰθαλόεντα κεραυνὸν,
Πλῆξεν ἀπ' Οὐλύμποιο ἐπάλμενος, ἀμφὶ δὲ πάσας
Ἔπρεσε θεσπεσίας κεφαλὰς δεινοῖο πελώρου.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δή μιν δάμασε πληγῇσιν ἐλάσσας,
Ἤριπε γυωθείς, στονάχιζε δὲ γαῖα πελώρη.
Φλὸξ δὲ κεραυνωθέντος ἀπέσσυτο τοῖο ἄνακτος.

Interdum rursus leonis, impudentẽ animũ habentis.
Interdum rursus catulis similia, mira auditu:
Interdum uerò stridebat, resonabantq; montes alti.
Et sanè erat opus perplexum die illo.
Atq; certè ipse mortalib. & immortalib. imperasset,
Nisi statim intellexisset pater hominumq; deorumq;.
Grauiter aũt intonuit, atq; fortiter, undiq; uerò terra
Horrẽdè edidit fragorem, & cœlum latũ supernè,
Pontusq; & Oceani fluxus, & infima loca terræ.
Pedib. uerò sub immortalib. magnus cõtremuit Olym-
Excitato rege. ingemiscebat autem tellus. (pus,
Ardor autem ab utrisq; occupabat nigrum pontum,
Tonitruq;, & fulguris igne ab isto immani,
Valde spirantium uentorumq;, & fulminis ardentis.
Feruebat autem terra omnis, & cœlum, atq; mare
Furebat circum littora, circũquaq; & fluctus magni
Impetu à deorũ. cõmotio uerò difficilis sedatu coorie
Expauit aũt Pluto inferis mortuis imperãs, (batur.
Titanesq; sub Tartarũ detrusi, à Saturno seorsim exi-
Ob inextinguibilẽ fremitũ, et grauẽ cõflictũ. (stẽtes
Iupiter uerò postquã accumulauit suũ robur, sumpsit
Tonitruq;, fulgurq;, & coruscãs fulmẽ, (uerò arma,
Percussit ab Olympo insiliens. circum uerò omnia
Combussit ingentia capita sæui portenti.
Cæterum ubi ipsum uicit ictibus percutiens,
Cecidit mutilatus, ingemiscebat aũt terra uasta. (gis,
Flãma aũt fulmine icti cũ impetu ferebatur illius re-

Οὔρεος οὐ βίασῃσιν ἀϊδνῆς ῥιπαλοίῃσι,
Γλαγεύτος. πολλὴ δ' ἐπελώρη λαίετο γαῖα,
Ἀτρῇ θεσπεσίῃ, λαὶ ἐτήκετο λαοσίτορος ὡς
Τέχνῃ ὑπ' ἀζηῶν, ὑπό τ' ὀντρώτῃ χαλκείοις
Θελφθείς, ἠδ' οἰδηρος ὅπερ λιρατόρατος ἐστιν.
Οὔρεσι σὺ βάσῃσι, λαμαζόμενος περὶ λιμλίῳ,
Τύπτεται σὺ χθονὶ δίῃ, ὑφ' ἱφαίστῳ παλάμῃσιν.
Ὣς ἄρα τήκετο γαῖα σέλας πυρὸς αἰθομένοιο.
Ῥίψει δέ μιν θυμῷ ἀνάσσων ἐς τάρταρον εὐρύν.

Ἐκ δὴ τυφωέος ἐξ' ἀνέμων μενέος ὕγρὸν ἀέντων.
Νόσφι νότου, βορέω τε, λαὶ ἀργέστεω ζεφύροιο.
Οἵ γέ μιλν ἐκ θεόφιν γενεῇ, θνητοῖς μέγ' ὄνειαρ.
Αἱ δ' ἄλλαι μαψαῦραι ἐπιπνείουσι θάλασσαν,
Αἱ δή τοι πίπτουσι ἐς ἠρόεντα πόντον,
Πῆμα μέγα θνητοῖσι, λαλῇ θύελλι ἐοίκυῖαι.
Ἄλλοτε δ' ἄλλαι ἄουσι, λαλοσιδνῶσί τε νῆας.
Ναύτας τε φθείρουσι. λαλῇ δ' ἐν γίνεται ἄλλῃ
Ἀνδρῶσιν, οἳ λιφνοισι σεσωσμένοι λατὰ πόντον.
Αἱ δ' αὖτε λατὰ γαῖαν ἀπείριτον αἰθομένοισαι.
Ἔργ' ὀλέσσι φθείρουσι χαμαιγενέων ἀνθρώπων,
Πίμπλασαι λόνιός τε λαὶ ἀργαλέη λολοσυρτός.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥα πόνον μάκαρες θεοὶ ἐξετέλεσσαν,
Τιτῆσί τ' ἠδὲ τιμὰς λάχον ἀντο βίηφι,
Δὴ ῥα τότ' ἄτρομον βασιλευέμεν, ἠδ' ἀνάσσειν,
Ἐκέλευς φραδμοσύνῃσιν, ὀλύμπιος εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀθανάτων. ὁ δ', τοῖσιν σὺ λιπλάσασκε τιμάς.
Ζεὺς δ' ἦ θεῶν βασιλεὺς πρώτιν ἄλοχον θέτο μῆτιν,

Γλαῦκα

Montis in concauitates opacas, asperas,
Percussi. multa autem uasta ardebat terra,
Præ uapore ingenti, & liquescebat stannum ueluti
Arte ab inuenum, & fabrefacto catino fusorio
Calefactum: atq; ferrum quod solidissimum est,
Montis in concauitatibus, uictum igne combustiuo,
Liquescit in terra diuina à Vulcani manibus.
Sic sanè liquescebat terra iubare ignis ardentis.
Abiecit aũt ipsum animo tristatus, in tartarum latũ.
Ex Typhoeo aũt est uentorum uis humidè flantiũ:
Excepto Noto, Boreaq;, & celeri Zephyro. (tas.
Qui sanè ex dijs sunt natiuitate, hominib. magna utili
Ast aliæ leues auræ inspirant mare,
Quæ utiq; incidentes in nigrum pontum,
Clades magna hominibus malo rapiuntur turbine:
Nunc hæ, nunc illæ flant, dissipantq; naues,
Nautasq; perdunt. mali autem non est remedium
Viris, qui illis occurrunt in ponto.
Eadem rursum per terram immẽsam florib. ornatam
Opera iucũda corrumpunt humo prognatorũ homi-
Replentes puluereq; & molesto strepitu. (num
Sed postquam sanè laborem dijbeati perfecerunt,
Cum Titanibus autem pro honore pugnarunt ui,
Iam tum impellebant regnare atq; imperare,
Ex terræ consilio, Olympium latè cernentem Iouem
Immortalib. hic uerò inter illos ritè distribuit munia.
Iupiter aũt deorũ rex primã uxorẽ suã fecit Prudẽtiã,

Pluri-

Γλεῖα θεῶν εἰδῆσιν, ἐπὶ θνητῶν ἀνθρώπων.
Αλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἤμελλε θεὰν γλαυκῶπιν Ἀθήνην
Τεύξεσθαι, τό τ' ἔπειτα πολυφρονέων ἐξαπαφίσας,
Αἰμυλίοισι λόγοισιν, ἐλὼν ἐς μάτθετο νηλεὼ,
Ζηνὸς φραδμοσύνῃσι, διὰ ῥαιστῆν ἀγορεύοντες.
Τὼς γάρ οἱ ἐφράσατην, ἵνα μὴ βασιλῆϊ τιμὴν
Ἄλλος ἔχῃ, ἀλλὸς αὖτε, θεῶν αἰεὶ γενετάων.
Ἐκ γὰρ τῆς εἵμαρτο πολύφρονα τέκνα γενέσθαι.
Πρώτην μὲν κούρην γλαυκώπιδα τεκτοσύνῃσιν,
Ἶσον ἔχουσαν πατρὶ μενος, καὶ ἐπίφρονα βουλήν.
Αὐτὰρ ἔπειτ' ἄρα παῖδα θεῶν βασιλῆα καὶ ἀνδρῶν,
Ἠμείλιξεν τέξεσθαι, ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντα.
Αλλ' ἄρα μιν ζοὸν πρόφρων ἐλὼν ἐγκάτθετο νηλεὼ,
Ὡς δή οἱ φράσαιτο θεὰ ἀγαθόν τε καὶ ἐσθλόν τι.
Δεύτερον ἠγάγετο λιπαρὴν θέμιν, ἣ τέκεν ὥρας,
Εὐνομίην τε, Δίκην τε, καὶ εἰρήνην τεθαλυῖαν.
Αἵ τ' ὄργ' ὠραίῃσι διατεθνηοῖσι βροτοῖσι,
Μοῖρας θ', ἃς πλείστην τιμὴν πόρε μητίετα Ζεύς,
Κλωθώ τε λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον, αἵ τε διδοῦσι
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε.
Τρεῖς δέ οἱ εὐρυόμην χαρίτας τέκε καλλιπαρῄους,
Θαλλώ τε Κληώ τε, πολυθρέπτου εἴδος ἔχουσα,
Αγλαΐην, καὶ Εὐφροσύνην, Θαλίην τ' ἐρατεινήν.
Τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ὃς ἔβετο δερκομενάων
Ἀντιμέλης, καλὸν δέ θ' ὑπ' ὀφρύσι δέρκιόωνται.
Αὐτὰρ ὁ Δήμητρος πολυφόρβης εἰς λέχος ἦλθεν,
Ἠπόλῃ πορφυρέην λαιμήρυσιν μὲν ἔδουσαν

Ηφαι-

Plurimum ex dijs edoctam et mortalibus hominibus.
Sed cum iam esset deam cæsijs oculis Mineruam
Paritura,ibi tum dolis animo decepto,
Blandis sermonibus,suam incondidit aluum,
Telluris consilijs,& cæli stellati.
Illa duo enim ei dixerunt,ne regium honorem
Alius haberet Iouis loco,deorum sempiter:orum:
Ex hac enim in fatis erat prudentes liberos nasci.
Primã qdẽ, uirginẽ cæsijs oculis præditam in Tritone
Par habentẽ patri robur,et prudẽs consiliũ. (genitã,
Cæterùm deinde sanè filium deorũ regem et uirorum
Erat paritura, magnum animum habentem:
Sed ipsum sanè Iupiter antè suo condidit uentre.
Sic ei consulebat dea bonumq; malumq;.
Postea duxit splendidã Themin, quæ peperit Horas,
Eunomiamq;,Dicenq;,& Irenen florentem,
Quæq; opera matura faciũt apud mortales homines:
Parcasq;,quib.maximũ honorẽ dedit prudẽs Iupiter,
Clothoq;,Lachesinq;,& Atropon,quæ dant
Mortalibus hominibus habere bonumq; malumq;.
Tres uerò ei Eurynome Gratias pepit pulchras genas
Oceani filia,à multis optatã formã habẽs, (habentes,
Aglaiam,& Euphrosynem,Thaliamq; amabilem,
Quarum & à palpebris amor destillat contuentium
Soluẽs mẽbra, iucundũ uerò sub supercilijs aspiciũt.
Porrò hic Cereris multos pascentis ad lectum uenit,
Quæ peperit Proserpinam pulchris ulnis, quã Pluto
Rapuit.

Ἡρπασεν ἧς παρὰ μητρὸς. ἑλοῦσα ἣ μητίετα Ζεύς·
Μνημοσύνης δ' ἐξαῦτις ἐράσσατο καλλιπλοκάμοιο,
Ἐξ ἧς οἱ μῦσαι χρυσάμπυκες ἐξεγένοντο,
Ἐννέα, τῇσιν ἄδην θαλίαι, καὶ τέρψις ἀοιδῆς.
Λητὼ δ' Ἀπόλλωνα, καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν,
Ἱμερόεντα γόνον περὶ πάντων ἠγαγιόωνων,
Γείνατ' ἀριγνώτους ἀπὸς φιλότητι μιγεῖσα,
Λοισθοτάτην δ' Ἥφαιστον ἐρικτύπην ποιήσατ' ἄνακτι·
Καὶ δ' ἄβλιν, ἄγνα, καὶ εἰλείθυιαν ἔτικτε,
Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι θεῶν βασιλῆϊ καὶ ἀνδρῶν.
Λητὼ δ' ἐκ λιπαρῆς γλαυκώπιδα τεῖο γείνατο,
Δαναὴν, ἀγχοτάτην, ἀγέστρατον, ἀτρυτώνην,
Γότνιαν, ἣ λαοὶ τε ἄλοχ, πόλεμοί τε, μάχαι τε·
Ἠρη δ' ἄφαιστον ἀλυτὸν ἐν φιλότητι μιγεῖσα
Γείνατο, καὶ ζαμενῆσι, καὶ ὄβριμον ᾧ παραποίτῃ,
Ἐν πάντων τέχνῃσι λιπαρσιβόην ἀγανώνων.
Ἐν δ' ἀμφιτρήτῃσι καὶ ἰσχαίῃσι σὺν ὀργαίν,
Τέκτων σὺν ῥυβδῖνε γοάσετο μέγας, ὅς τε θαλάσσης
Γυθμοῦ ἔχων, παρὰ μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ ἄνακτι
Ναίεν χρύσεια δῶ, λευκὸς θεός, αὐτὰρ ἄρηϊ
Ῥινοτόρῳ λυθέρεσκε φόβον καὶ λάεμον ἐτίπτων
Δαναὸς, οἵ τ' ἀνδρῶν πωνὰς λελογισμένοι φάλαγγας,
Ἐν πολέμῳ ἱμερόεντι, σὺν ἄρηϊ πτολιπόρθῳ.
Ἁρμονίην θ', ἣν Κάδμος ὑπέρθυμος θέτ' ἄκουσιν.
Ζηνὶ δ' ἄρ' ἀτλαντὶς μοῦν τέκε λύδιμον ἁρμῷ
Κύρνῳ ἀθανάτῳ μόρσιμον λέχος εἰσαναβᾶσα.
Καλλιόπη δ' ἄρα οἱ σεμέλη τέκε φαίδιμον υἱὸν,

Μιχθεῖσ'

Raptuit ſua à matre:dedit autem conſiliarius Iupiter.
Mnemoſynem uerò deinceps amauit pulchricomam.
Ex qua Muſæ aurea mitra reuinctæ natæ ſunt
Nouem:quibus placent conuiuia, et oblectatio cãtus.
Latona aũt Apollinem & Dianã ſagittis gaudẽtem,
Amabilem prolem ſupra omnes cœlites,
Genuit ſanè,Acgiochi Iouis amori mixta.
Poſtremam uerò Iunonem floridam fecit uxorem.
Hæc autem Heben,Martem,& Lucinam peperit,
Mixta amore deorum regi & hominum.
Ipſe uerò ex capite cæſijs oculis prædita Tritogeniã,
Acrẽ,in agris tumultuãtẽ, ducẽ exercitus, indomitã,
Venerãdã:cui clamoresq; placuerũt,bellaq;,pugnæq;.
Iuno autem Vulcanum inclytum amori indulgens,
Genuit,et uires intẽdit, & cõtendit cum ſuo marito,
Præ omnibus artibus ornatum cœlitibus.
Ex Amphitrite autem & grauicrepo Neptuno,
Triton latè potens natus eſt magnus:qui maris
Fundum tenens,apud matrem charã,et patrẽ regem
Incolit auream domum,uehemens deus.ſed Marti
Clypeos diſſecanti,Venus Timorem et Metũ peperit,
Graues,quiq; uirorum denſas turbent phalanges,
In bello horrido,unà cum Marte urbes deuaſtante.
Et Harmoniãq; Cadmus magnanimus duxit uxorẽ.
Ioui uerò Atlãtis filia Maia peperit gloriosũ Mercu-
rium,
Præconem deorũ,ſacrum lectum cõſcendens.
Cadmi filia uerò ei Semele peperit clarum filium,

Rem

Μιχθεὶσ' ἐν φιλότητι, διόνυσον πολυγηθέα,
Ἀθανάτοις θνητοῖσιν ὁμοίιον ἠδὲ βροτοῖσιν.
Ἀλκμήνην δ' ἀρ' ἔτικτε βίην ἡρακληείην,
Μιχθεὶσ' ἐν φιλότητι διὸς νεφεληγερέταο.
Ἀγλαΐην δ' ἤφαιστος ἀγακλυτὸς ἀμφιγυήεις,
Ὁπλοτάτην χαρίτων θαλερὴν ποίησατ' ἄκοιτιν.
Χρυσοκόμης δ' ἄρα διόνυσος ξανθὴν ἀριάδνην,
Κούρην μίνωος θαλερὴν ποίησατ' ἄκοιτιν.
Τὴν δέ οἱ ἀθανάτην καὶ ἀγήρω θῆκε λιρονίων.
Ἥβην δ' ἀλκμήνης καλλισφύρου ἄλκιμος υἱὸς,
Ἰς ἡρακλῆος, τελέσας πονόεντας ἀέθλους,
Παῖδα διὸς μεγάλοιο, καὶ ἥρης χρυσοπεδίλου,
Ἀδηλέην θέτ' ἄκοιτιν, ἐν ὀλύμπῳ νιφόεντι.
Ὀλβιος, ὃς μέγα ὄργον ἐν ἀθανάτοισιν ἀνύσσας,
Ναίει ἀπήμαντος, καὶ ἀγήρατος ἤματα πάντα.
Ἠελίῳ δ' ἀπάμαντι τέκε λίλυτὴ ὠκεανίνη
Πέρσης, λίρηλίν τε, καὶ αἰήτην βασιλῆα.
Αἰήτης δ' υἱὸς φαεσιμβρότου ἠελίοιο,
Κούρην ὠκεανοῖο τελήεντος ποταμοῖο
Γῆμε, θεῶν βουλῇσιν, ἰδυῖαν καλλιπαρῆον.
Ἡ δέ οἱ μήδειαν ἐϋσφυρον ἐν φιλότητι
Γείνατ' ὑποδμηθεῖσα διὰ χρυσῆν ἀφροδίτην.

Ὑμεῖς μὲν νῦν χαίρετ' ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Νῆσοί τ', ἤπειροί τε, καὶ ἁλμυρὸς εὐλοβὶ πόντος.
Νῦν δὴ θεάων φῦλον ἀείσατε ἠϋκόμων
Μοῦσαι, ὀλυμπιάδες λιγυρὰ διὸς ἐκγεγάασι,

Ὅσσαι δὴ θνητοῖσι παρ' εὐνηθεῖσαν ἐνισπεῖν

Λητώ—

Rem cum eo habens, Dionysum hilarem,
Immortalem mortalis, nunc uerò ambo dij sunt.
Alcmene uerò peperit uim Herculanam,
Mixta amore Ioui nubicogo.
Aglaiam uerò Vulcanus ualde inclytus claudicans,
Minimam natu è Gratijs floridam duxit uxorem.
Sed aureo crine cõspicuus Bacchus flauã Ariadnem,
Filiam Minois, in flore existentem fecit coniugem.
Hãc uerò ei immortalẽ expertẽq; senij fecit Saturnus.
Hebem autẽ Alcmenæ pulchros talos habentis fortis
Vis Herculis peractis luctuosis certaminibus (filius,
Filiã Iouis magni, & Iunonis aureis calceamẽtis utẽ-
Pudicam duxit uxorem, in Olympo niuoso. (tis
Felix qui magno facinore inter deos confecto,
Habitat illæsus, & carens senio perpetuo.
Soli autem rapido peperit inclyta Oceanis
Perseis, Circemq; & Aeetem regem.
Aeetes autem filius lucem hominibus dantis Solis,
Filiam Oceani perfecti fluuij (præditam.
Duxit Deorum ex uoluntate, Idyiam pulchris genis
Hæc autem ei Medeã pulchros talos habentẽ amori
Peperit, succũbens per aureã Venerem. (indulgens
Vos quidem nunc ualete cœlestes domos tenentes,
insulæq; & continentis terræ, & salsus intus pontus.
Nunc autem dearum cœtum cantate blandiloquæ,
Musæ Olympiades, filiæ Iouis Aegiochi,
Quæcunq; mortales apud uiros cubantes,

Αθανάτων, γένοντο θεοῖς ἐπιείκελα τίνυσθαι,
Δημήτηρ μ' πλῶτον ἐγείνατο, δῖα θεάων,
Ἰασίῳ ἥρωϊ μιγεῖσ' ὀάρῃ φιλότητι,
Ναῷ ἐνὶ τριπόλῳ, λιχήτης ἐν πίονι δήμῳ,
Ἔθλην, ὃς εὖ' ἐπὶ γλῆ, καὶ σὶ φέρα νῶτα θαλάσσης,
Γάσαν, τῷ ἧ τυχόντι, καὶ ἴ κ' ἐς χεῖρας ἵκηται,
Τὸν δ' ἀρνειὸν ἔθυσε, παλιὺ τέ οἱ ἔπλετο ὄλβος.
Κάδμῳ δ' ἀρμονίη θυγάτηρ χρυσῆς ἀφροδίτης,
Ἰνὼ καὶ σεμέλην, καὶ ἀγαυὴν ἀλκιπάρῃον,
Αὐτονόην θ' ἣν γῆμεν ἀείσατος βαθυχαίτης,
Γέναθ', καὶ πολύδωρον ἐύστεφάνῳ σὺν βίβῃ.
Κύρη δ' ὀπιζανοῖο χρυσάορι μαρτοφόνῳ
Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι πολυχρύσου ἀφροδίτης,
Καλλιρόη, τέκε παῖδα βροτῶν μάλιστον ἀπάντων,
Γηρυονῆα. τὸν ἕξεν βίη ἡρακληείη,
Βοῶν εἵνεκ' ἐλιπόδων ἀμφιρύτῃ ἐν ἐρυθείῃ.
Τιθωνῷ δ' ἠὼς τέκε μέμνονα χαλκοκορυστὴν
Αἰθιόπων βασιλῆα, καὶ ἡμαθίωνα ἄνακτα.
Αὐτὰρ τοὶ λιφάλῳ φυτέσατο φαίδιμον υἱὸν,
Ἰφθιμον φαέθοντα, θεοῖς ἐπιείκελον αὐδήν.
Τὸν ῥὰ νέον τέρεν αὖθος ἔχοντ' ἐρατεινὸς ἥβης,
Γαῖαν ὀπαλὰ φρονέοντα φιλομμειδὴς ἀφροδίτη,
Ἁρπ' ἀναρπαμοῦσ', καὶ μιν ζωοῖσιν ἐνὶ νηοῖς
Νισπόλον νύχιον ποιήσατο, δαίμονα δῖον.
Κύρῃ δ' αὖτε λιστρηφέος βασιλῆος,
Λαοπίδῃ, βυλῇσι θεῶν ἀλεγουσέων,
Ἦγε παρ' αἰῆτη, τελέσας γενόμενα πόλλα,

τὴν

Dea, pepererunt dijs similem prolem.
Ceres quidem Plutum genuit, præstãtißima dearum,
Iasio heroi mixta iucundo amore,
Nouali in ter prosciſſo, Crete in pingui populo,
Bonũ: qui uadit ſuper terrã & lata dorſa maris (rit,
Omnẽ. Ei uerò q adipiſcitur, & cuius ad manus uene
Illum locupletem fecit, multãq; ei præbuit felicitatẽ:
Cadmo præterea Harmonia filia aureæ Veneris,
Ino & Semelem, & Agauen pulchras genas habentẽ,
Autonoenq;, q̃ duxit Ariſtæus. dẽſa cæſarie præditus,
Genuit, & Polydorũ mœnijs pulchrè cinctis in The-
Filia uerò Oceani Chryſaori magnanimo (bis:
Mixta amore abundantis auro Veneris,
Callirhoe peperit filiũ mortaliũ pulcherrimũ omniũ,
Geryonem. quem interfecit uis Hereulana,
Boues propter flexipedes circumflua in Eurythea.
Tith[illegible]o Aurora peperit Memnona æreа galeа
Aethiopum regem: & Emathionẽ regem. (munitum,
Cæterum Cephalo plantauit inclytum filium,
Fortem Phaetontem, dijs similem uirum.
Qui sanè iuuenẽ teneriũ florẽ habẽtẽ glorioſæ puber
Filium iuuenilia ſapientem renidens Venus, (tatis,
Incitauit inſtituens, & ipſum in templis
Ae[illegible]am nocturnum fecit, dæmonem diuinum.
Fili[illegible]erò Aeetæ à Ioue nutriti regis
Aeſonides, uoluntate deorum ſempiternorum
Abduxit ab Aeeta, pactis plenis ſuſpirijs certaminib:

Τὸς πολλὸς ἐπέτιλλε μίγας βασιλσὶς, ὑπερθίων
Ὑβριςὴς πελίης, καὶ ἀτάσθαλος ὀβριμοεργός.
Τὸν τελέσας ἐς ἰωλκὸν ἀφίκετο, πολλὰ μογήσας,
Σὺν εἴης ἐπὶ νηὸς ἄγων ἑλικοβλεφαρίδα κόρην,
Αἰσονίδης, καί μιν βαλόρλιν ποιήσατ' ἄποιτιν.
Καί ῥ' ἄγε δὴ μνηθεῖο' ὑπ' ἰήσονι ποιμένι λαῶν,
Μήδειον τέκε παῖδα, τὸν ἄρσιν ἔτρεφε χείρων
Φιλλυρίδης. μεγάλῳ δὲ διὸς νόῳ ἐξετελεῖτο.
Αὐτὰρ νηρηίδες κοῦραι ἁλίοιο γέροντος,
Ἠτοι μὲν φῶκον ψαμάθοι τέκε δῖα θεάων,
Αἰακῷ σὺν φιλότητι, διὰ χρυσῆν ἀφροδίτην.
Γαλεὴ δὲ μνηθεῖσα θεὰ βίτις ἀργυρόπεζα,
Γείνατ' ἀχιλλῆα ῥηξήνορα, θυμολέοντα.
Αἰνείαν δ' ἀρ' ἔτικτεν ἐϋστέφανος κυθέρεια,
Ἀγχίσῃ ἥρωϊ μιγεῖσ' ὄρεσι φιλότητι,
Ἰθμης σὺν κορυφῇσι πολυπτύχου, ὑλήεσσης.
Κίρκη δ' ἠελίου θυγάτηρ ὑπερίονίδαο,
Γείνατ' ὀδυσσῆος ταλασίφρονος σὺν φιλότητι,
Ἄγριον, ἠδὲ λατῖνον, ἀμύμονά τε, καὶ τηλέφον τε.
Οἱ δή τοι μάλα τῆλε μυχῷ νήσων ἱεράων,
Πᾶσιν τυρσηνοῖσιν ἀγακλυτοῖσιν ἄνασσον.
Ναυσίθοον δ' ὀδυσῆϊ καλυψὼ δῖα θεάων
Γείνατο, ναυσίνοόν τε, μιγεῖσ' ὄρεσι φιλότητι.
Αὗται μὲν θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι,
Ἀθανάται γείναντο θεοῖς ἐπιείκελα τέκνα.
Νῦν δ' γυναικῶν φῦλον ἀείσατε, μολπάτιδες
Μοῦσαι ὀλυμπιάδες, κοῦραι διὸς αἰγιόχοιο.

ΤΕΛΟΣ.

Quæ multa imperabat magnus rex, ſuperbus,
Violentus Pelias, et iniquus fortiũ facinorũ patrator.
Quibus peractis ad Iolcum redijt, multa perpeſſus,
Veloci in naue uehẽs pulchris oculis præditã puellã,
Aeſonides, & ipſam floridam fecit uxorem.
Et ſanè hæc domita ab Iaſone paſtore populorum,
Medeũ peperit filiũ, quẽ in montibus educabat Chirõ
Phillyrides: magni uerò Iouis uoluntas perficiebatur.
Cæterùm Nereides filiæ marini ſenis,
Et ſanè quidẽ Phocũ Pſamathe peperit, præſtãtiſſima
Acaci in amore, per aurcam Venerem. (*dearum,*
A` Peleo aũt ſubacta dea Thetis cãdidos pedes habẽs,
Genuit Achillẽ prorũpẽtẽ p uiros, leonis animũ habẽ
Acneã porrò pepit pulchrè coronata Cytherea, (*tẽ.*
Anchiſæ heroi mixta iucundo amore,
Idæ in uerticibus, habentis multos anfractus, ſyluoſæ.
Circe uerò Solis filia, filij Hyperionis,
Peperit Vlyßis æramnoſi in amore,
Agrium, atq; Latinum, Amymonemq;, Craterumq;:
Qui ſanè ualde procul in receſſu inſularum ſacrariũ,
Omnibus Tyrrhenis ualde inclytis imperabant.
Nauſithoũ uerò Vlyßi Calypſo excellẽtiſſima dearũ
Genuit, Nauſinoumq;, mixta grato amore.
Hæ quidem mortales apud uiros cubantes
Deæ, pepererunt dijs pares filios.
Nunc uerò fœminarum agmen cantate ſuauiloquæ
Muſæ Olympiades, filiæ Iouis à capra nutriti.

FINIS.

PIO II. PONT. MAX.

Nicolaus Valla.

SI uacat Aenea rerum dignißime præſul,
Gratáq; ſunt animo carmina noſtra tuo:
Perlege quæ quondam dulci modulatus auena,
In Latios auſus uertere Græca modos:
Aſcræi inſpiciens ἐυσφύρου ὀφρύα ποιητᾶ,
Græciá quo quondam floruit, Heſiodi.
Hæc fuerant, fateor, plectro meliore canenda,
Hic opus ingenij quippe ſenilis erat:
At quia nonnullos tam magna ſuperbia uates
Eleuat, ut nullo Græca in honore putent:
Sum tamen hoc auſus bis ſeptem & quatuor annis,
Dum mea labuntur luſtra tradente dea.
Sumpſimus & tenueis Græcorum è fontibus hauſtus,
Mixtáq; cum Græca lingua Latina fuit.
Quicquid id eſt, ad te uatum clariſſime uates
Mittimus, es Clario non minor ipſe deo.
Suſcipe, & Heſiodum placito complectere uultu:
Hic quoq; iudicio ſtetq; cadatq; tuo.

HESIODI ASCRAEI
POETAE OPERA ET DIES,
Georgicon liber, Nicolao Valla interprete.

PIerides Muſæ, quarum uiget inclita cantu
Fama ducũ, & nomen ueſtri immortale parentis,
Dicite, cur hominum pars hæc ſine Ducat? & illius cur fama æterna per altum
Euolet? hæc Iouis eſt magni diuina uoluntas.
Ille etenim altitonans ſummi regnator olympi,
Excitat imbelleis animos, & fortia corda
Debilitat, duce quo fortuna inimica ſuperbos
Deprimit, atq; humileis clarum ſuper æthera tollit.
Tum mala mens hominis meliorem inclinat ad uſum,
Et capiunt molles crudelia pectora cultus.
Exaudi qui cuncta polo ſpecularis ab alto,
Cui nihil ignotum eſt, ſanctiſſima dirige iura
Iuſticiæ, liceatq; mihi fraterna monere
Pectora, & ignotos uiuendi oſtendere mores.

Sunt geminæ in terris quibus altercantur in unã
Mortales cauſæ, uaria quoq; mente trahuntur:
Vna quidem ſtudium laudabile ſedula curat,
Altera crudeli rerum depaſcitur hauſtu,
Bella cupit, pugnæq; exercet iniqua tumultu.

Inuisum atq; atrox pestis genus: hanc tamen ipsi
Mortales fugiunt. tandemq; uolentibus hanc dijs
Exoptant, huius nequeunt cohibere furores.
Illam autem prius obscurae genuêre tenebrae.
Sed fato meliore pater Saturnius illam,
Et generi humano, & terrae radicibus imis
Imposuit: segnes artus & inertia corda
Excitat. alter enim segnis, cui uita manebat,
Alterius spectans cumulos, mora nulla, bouesq;
Iungit, & impresso terram diuertit aratro,
Siue domum curat, siue inserit: alter ad artes
Vicinum uicinus agit. Laudabilis haec est
Pugnandi ratio. fugienda sed altera, sub qua
Inuidet aut figulus figulo, uel egenus egeno,
Siue faber fabro, dulcisq; poeta poetae.
Haec mea dicta precor toto cape pectore Perse,
Nec te crebra foro speculantem iurgia uulgi,
Auocet a studijs, pugnandi inimica uoluntas.
Nemo forum sequitur, quem non fouet annua messis,
Et hanc clausa domi Cereris gratissima dona.
Haec quaerenda prius: dehinc si uacat, i pete uulgus,
Et fora, in alterius rebus certamina pone.
At non illud ages iterum germane, quod olim
Ausus es infœlix, litem hanc data iura resoluent.
Scis, quondam inter nos patria est partita facultas.
At tu nil iusta multo plus parte uereris
Tecum efferre rapax: corruptus munere iudex

Ille

Ille tuo eſt, ſub quo tota hæc ſententia pendet,
Ignarus: non nouit enim quàm dulcius, aut quàm
Sit melius toto medium, ſeu uiuere malua
Vtilius, quantum mili ſeu uiuere porro.
Hos ucterum uictus occultauêre ſuperni,
Inq; polo retinent cœleſtes, tempore quorum
Sat fuit una dies tenui exercenda labore.
Vna quieſcenti tibi dehinc alimenta parabat
Annua: tunc poteras temonis robora fumo
Explorauda dare, & nulli iuga curua premebant
Terga boum, nullum muli ſenſere laborem.
Hos uoluit faciles uiuendi abſcondere mores
Ira Iouis, quum ſe deceptum fraude Promethei
Senſit, & illius cauſa mortalibus auxit
Curarum moles, ſurreptumq; abdidit ignem.
Reddidit hunc iterum terris, curuaq; latentem
Surripuit ferula cauto puer ille Tonanti
Iapetionidès, iacto qui fulmine gaudet,
Luſit fraude ſua, ſubitam tamen erſit in iram
Hæc puer effatus nubis collector aquoſæ:
Iapetionide, cuius prudentia cunctos
Conſilio excellit, magnum ſperuiſſe Tonantem
Arte tua, gaudesq; dato mortalibus igne,
Heu nociture tibi, generi nocituræ futuro:
Tale mali genus excutiam, quo pectore toto
Exultent homines cupidi ſua damna miniſtrent.
Subriſit fatus diuûm pater atq; hominum rex,

Vulcanum aſpiciens, atq; illi talia mandat
Vade celer ſpeciem è terra, mixtoq; liquore
Confice, mortalem cui uocem & robora iunge.
Sitq; ea uirgineæ cœleſtis imago puellæ,
Quam ſibi quiſq; uelit, dea quam doctiſſima Pallas
Inſtruat, & uarias percurrere pectine telas.
Adijciat capiti facilem Venus aurea formam,
Curet ut aſſidua ſtimulata cupidine corpus.
Fallacemq; addat mentem & fallacia uerba
Interpres ſuperûm, uictor Cyllenius Argi.
Dixerat, imperio Iouis annuit æqua uoluntas
Cœlicolûm. extemplò fingis Vulcane puellam
Virginis ora deæ ſimilem, quam glauca Minerua
Cinxit, & ex omni fulgentem parte poliuit.
Hinc etiam Charites, etiam celeberrima Pitho,
Aurea candenti poſuêre monilia collo,
Effuſæq; comas ori de flore coronam
Vernali tribuêre deæ. tamen Attica Pallas
Illam præcipuo formæ decorauit honore.
Et ſuperûm interpres uictor Cyllenius Argi,
Fallacem attribuit mentem & fallacia uerba.
Sic pater altitonans diuino iuſſerat ore.
Quandoquidem dederat ſua munera quiſq; deorum,
Mercurius meritò Pandoram nomine dixit,
Exitiale malum mortalibus & fera peſtis.
Poſtquam autem tantos confecit Iuppiter aſtus,
Mercurium ad magnum iubet ire Epimethea, dono

Cui

Cui ferat hanc, qui nil ueritus præcepta Promethei
Scilicet à magno caperet ne inuitus olympo:
Cepit, & accepto nouit sua damna Epimetheus.
Nam prius humano generi secura manebant
Tempora: nulla mali species, aut cura laboris
Morborumq; genus, tristem qui funeris atri
Corripuêre uiam, quibus omnis frangitur ætas.
Viuere dulce fuit quondam) sed tegmen ab urna
Dum Pandora leuat, totum exiliêre per orbem
Curarum infestæ effigies: Spes sola remansit
Intus, & è labris ima sub parte resedit.
Obstitit impositum nam tegmen abire uolenti.
Sic qui fulmen agit, nubis collector aquosæ
Iusserat, innumeraq; etiam mortale uagantur
Per genus infandæ species, quibus æquor & omnis
Terra infecta tumet, morbi noctesq; diesq;
Sponte sua sine uoce ruunt. namq; ab Ioue summo
Ablata est illis quæcunq; potentia fandi.
Sic impune parens offenditur ille deorum.
Si uocat ô frater, si non audire recusas,
Ordine plura canam. Genus immortale creatum
Ac mortale simul credendum est, aurea primum
Secula dij superi totum sparsere per orbem,
Tempore quo cœli imperium Saturnus habebat.
Tunc homines diuûm uiuebant more, neq; illos
Anxia curarum moles, operumq; labores
Lassabant, aberat tristi cum mente senectus,

Semper

Semper & in uolido regnabant corpore uires.
Nulla mali labes, conuiuia læta placebant.
Mors similis somno fuit, atq; ubertrima tellus
Omnia liberiùs nullo cogente ferebat,
In commune bonum, nec quisquam inuidit habenti.
Quàm fœlix ætas! erat omnibus una uoluntas,
Et taciti lætos soluebant pectora in usus.
Aurea postquam hominum paulatim defuit ætas,
His pater altitonans meritos adiunxit honores,
Sub terris habitare dedit: qui numina facti,
Et genus humanum, sanctè quoq; iura tuentur
Iusticiæ, tenebris circunfusiq; peragrant
Terrarum fines, & opes mortalibus augent.

Proxima successit terris argentea proles,
Auro deterior, sensuq; & moribus impar.
Tunc sibi quisq; suæ fecêre sub ubera matris
Ocia mortales, paulatim adoleuit in annos
Ingenij rudè principium, quo decolor ætas
In proprijs etiam laribus rudè pectus agebat.
Aucta tamẽ postquam ad summos peruenerat annos,
Viuendi breuius spacium fuit, anxius ardor
Curarum incumbens aderat, quis improba mentis
Gaudia fecerunt. alterna iniuria nunquam
Destitit, & nulla in superos reuerentia, nullos
Sacrorum ritus ætas argentea uidit.
Hanc Deus extinxit meritam flammatus in iram.
Postquam hominum occuluit argentea secula tellus,

Non

Non tamen illorum ſine nomine uita receſſit,
Sub terriſq; dei ſedes coluêre ſecundas.
Tertia poſt illam ſucceſſit ahenea proles.
At nihil argento ſimilis, Dryadumq; creata
Sanguine, dura quidem, robuſtaq; pectora tendens
Tota feri miſero Martis ferucbat amore.
Nulla quies illi, nullum ius, durior ætas
Ipſo adamante fuit, uultu metucnda ſuperbi:
Cui nunquam inuictum robur, fortesq; lacerti
Defuerant humeris. tunc ærea tela, domusq;,
Omnis in ære labor, non ferri emerſerat uſus.
Hæc autem proprio proles conſumpta furore,
Ad gelidi loca nigra Iouis ſine honore receſſit.
Et quanquam exiterit inuicto robore, ab atra
Morte tamen uicta eſt, ſolis lumenq; reliquit.
Poſtquã autem occulta eſt, atq; ænea corruit ætas,
Quarta fuit ſoboles melior, cui plurima toto
Iuſticiæ hærebant animo præcepta uerendæ,
Diuinum genus Heroum, primumq; uocati
Semidei, immenſos illi patuêre per orbes.
Hos inſanus amor Martis, belliq; nefandi
Ardor, Agenoridæ ſeptem prope mœnia Cadmi
Oedipodæ imperij cauſa conſumpſit. & alti
Hos maris undiſoni fluctus, quum Pergama claſſes
Argolicæ peterent, ubi pallida mortis imago
Deſuper incubuit, dum iuſto ulciſcitur enſe
Tyndaris. hos etiam toto diuiſit ab orbe

Iuppi-

Iuppiter & uitæ meliorem tradidit usum,
Elysiosq; dedit colles habitare profundi
Littus ad Oceani;fœlix & sancta propago
Hic ubi uernat humus;ubi dulcia poma quotannis
Ter gremio effundit nutrix uberrima tellus.
O utinam non me quinta cum stirpe creassent
Fata,sed antè mori,seu post licuisset oriri.

Ferrea nunc ætas,quam curæ & mille labores
Nocte dieq; premunt,paulatimq; illius instant
Exitio:sic dijs placitum.sed prospera tanto
Fata etiam uenient aliquando in turbine rerum.
Nec minus hæc infanda hominum delebitur ætas,
Cùm matura annis illorum tempora cani
Inficient crines:natis nec ut antè parentes,
Nec patribus nati similes,nec ab hospite tutus
Hospes erit,sanctum corrumpent fœdus amici:
Et furet arma ciens inter discordia fratres.
Viuet honoris inops hominum properata senectus,
Nec pudor effractos senio obiurgare parentes.
Infœlix soboles legem & præcepta deorum
Nescit,& inualido non hæc alimenta parenti
Iusta sub reddet.quid enim,quòd iniqua rapaces
Apparet usq; manus,urbesq; & mœnia narrem
Alterna deleta manu?iuratæq; fallent
Numina,iusticiæ nulli tribuentur honores.
Pulsa gemet Bonitas:illum uenerabitur orbis,
Cui mala mens suadet fera crimina: tota iacebit;

Tota

Tota quidem orbato tecum reuerentia uultu.
O dea iuſticiæ ſoboles,en improba lædet,
Si probus ullus erit;quem contra inſurget iniqua
Voce furens factum affirmans,altrixq; malorum
Inuidia incedet fatali turbida uultu.
Protinus humanas ſedes Aſtræa relinquet,
Diua ſuos pariter tendet Reuerentia curſus
Ad ſuperos,nitido uelatæ corpus amictu.
Mille recedentes illæ mortalibus ægris,
Non ceſſanda tamen rerum mala ſemina linquent.
At nunc te moneam,nunquam ſapis omnia,iudex
His intende animum:ſed quid iuuat iſta monere?
Stultus maiori quicùnq; reſiſtere tentat,
Vincitur,& magna pœnas ſubit inde pudore.
Sic ego ſum tanquam uolucris quem prenderit aſtur,
Prenſaq; ſublimes agitur philomela per auras,
Hæc dolet infelix ungui transfixa recuruo.
Quam contra horribili raptor ſic intonat ore:
Quid miſera exclamas?te multo fortior aſtur,
Te premit:huc adſis,quò te meus egerit ardor:
Et quanquam bene ſuaue canas,mihi cœna futura es,
Si lubet,aut dimiſſa iterum remeabis in auras.
Sic fatus,tacuit pennatus & impiger aſtur.
Tu modò iuſticiam cole,nulla iniuria Perſe
Tecum habitet,fatale gerit ſecum illa,nec illam
Vllus amat,niſi mens cui uilis & improba ſurgit.
Vir bonus hanc inferre timet:quòd ſi intulit,acti

Pœnæ

Pœnit et, & magno contristat corda dolore.
Est uia iusticiæ melior, qua uincitur omnis,
Omnis ad extremum ueniens iniurius ardor.
Quid dicam? quòd nunquã aliquid dementia nouit,
Ni modò passa prius: sic qui malè iura ministrat,
Peierat, & tandem dementi panditur error,
Eripe iusticiam, corruptus munere iudex
Ius uiolat: dolet hæc, & nulli uisa per orbem
Tristis it, & lachrymans pœnam mortalibus orat,
Qui uiolant iura, & recti sacra fœdera rumpunt.
Verùm ubi iusticiæ sancti seruantur honores,
Iudicioq; pares, & civis & aduena pendent,
Vrbs uiget, augetur soboles, pax læta uagatur,
Pax iuuenum nutrix, nunquam his fatalia bella
Præparat altitonans, nullis in rebus egestas
Imminet, in quenquam nulla est offensio, dulci
Quos iuuat interdum genio alleuiare labores:
Terra quibus largè fundit sua semina, & altæ
Montibus innatæ mittunt sua munera quercus
Glandiferæ in summo: media tamen arbore mussant
Vndiq; ingentes acies, uestemq; ministrant
Lanigeræ pecudes, per se magis omnia florent.
Non his externis merces uehit ardua puppis,
Omnia dat tellus. quid enim, quòd iuncta marito,
Et patribus similes emittit fœmina partus?
Non datur hoc, quibus illa placet uiolentia iuris,
Hos ad supplicium uocat alti cura Tonantis.

Sæpe

Sæpe ſubit pœnas plebs tota miſerrima, tantum
Vnius ob noxam. peſtis furit atra per urbem,
Et maleſuada fames paulatim deficit omne
Vulgus, & hic uacuos oſtendit tecta penates:
Fœmina nulla parit. Sic ſæuit Iuppiter erga
Quos malefacta iuuant: qui ſi modò fortè cruentum
Militiæ exercent ſtudium, mora nulla, ſiniſtro
Marte cadunt: uel ſi potius iuuat ire per altum,
Fluctibus in medijs ſummergitur obruta puppis.
Vos igitur qui iura datis, conuertite mentem
Ad tales hominum pœnas. diuina poteſtas
Mortales circumuolitans, uidet improba quorum
Iudicia emergunt multorum in damna, deûmq;
Ignorant monitus: genus hi mortale perrerrant
Innumeri, tenebris circumfuſiq; tuentur
Iuſticiæ ſacra iura, domant genus omne malorum.

Illa quidem uirgo eſt ſupero Ioue nata parente,
Nomine clara ſuo, coetuq; uerenda deorum,
Quam ſi quis uiolet, lachrymans ſua fata parentis
It Iouis ante pedes, & lamentabile fundens
Humanos queritur mores, ac debita poſcit
Supplicia in populos. tu iudex, cauſa malorum,
Qui uidas ſacra iura dea, iam dirige mentem,
Ius cole, in alterius te nulla pecunia uertat
Damnanocet ſibi, qui cuiquā nocet: & malè ſuadet
Ille ſibi, in quenquam ſi quis malè iura miniſtrat.
Cuncta uidet pater omnipotēs: & quod mihi tecū eſt,
O iudex, modò ſi lubeat, ſpeculatur ab alto.

Nil latet hunc,aut hoc quales tribuantur honores
Iuſticiæ in populo:quam non ego pectore toto,
Nec mea progenies coleret, poſtquam orbe ſub iſto
Spreta iacet bonitas,& ius iniuria uincit,
Inuito Ioue ni fierent.hæc accipe frater,
Hæc animo meditare,iniuſtum pone furorem:
Ius quoq; frater ama,ſine quo genus omne ferarum
Credimus alterno certatim corpore paſci.
At nos inſtituit uitæ melioris origo,
Iura dedit pater omnipotens,ea pectore toto
Si quis habet,decus æternum pia præmia reddet.
Iuppiter affligit,ſi quis pro teſte uocatus
Peierat,ac merito penſatur culpa nocentis
Supplicio:offendens ius,ille offenditur unà.
Ex quo obſcura quidem,nulli quoq; cognita ſurget
Poſteritas.iuſto de ſanguine nata propago,
Clara caput tollet,patrio ſeruata decore.
Hæc quoq; quæ referam ſtultiſſime concipe frater,
Quàm facilè innumeras uitiorum amplectitur artes.
Haud procul illa habitãt, breuis eſt uia qua ſit eun-
Eſt uia uirtutis cõtraria,ſudor anhelus (dum.
Hanc ſequitur,quæ ſe ſcopuloſis ardua cliuis
In longum prorumpit iter,riget aſpera primo
ingreſſu,leuis eſt poſtquam alta cacumina tanges.
Optimus hic ſeſe,qui nouit cuncta magiſtro,
Proſpiciens rerum fines meliora ſequutus.
Dignum laude uirum parentem reſta monenti
Credimus:ille tamen ſibi qui non conſulit,aut qui

Alte-

Alterius præcepta ſugit,uir inutilis extat.
Ergo agè frater ades generoſo è ſanguine Perſe,
Neu ſuge fraternos monitus,operare laborem.
Almæ Ceres ornata caput ſua dona miniſtret,
Sit tibi plena domus.ſegnem crudelis egeſtas
Opprimit,hunc homines odio ſuperiq; ſequuntur,
Torpenti ſimilem fuco,cui ſpicula ſurgunt
Horrida,diſtenſumq; fauis conſumit edendo
Semen apum,piger ipſe ſedet,uitatq; laborem.
Tu modò curam operi quantũ potes adijce frater.
Horrea ſic rumpunt meſſes,ſic copia rerum,
Sic pecus augetur,ſic tu mortalibus & dijs
Gratus eris:ſegnis animos & inertia corda
Oderunt.operi laus eſt imponere curam,
Turpe ſed hinc prohibere manus.incumbe labori,
Forſitan ad ſtudium torpentia pectora uertes,
Dum partas oſtendis opes,uirtutis adeptus
Nomen,& æternum laudis decus:utere quæſo
Arte,para uictum:uiolare aliena nefandum eſt.
Fac ſuperos æquandus eas,incumbe labori,
Nec pudeat:pudor hic multos inhoneſtus egentes
Secum habet.auget opes fiducia,qua melior res
A' ſuperis non it.proh rerum inſana cupido,
Proh animis infuſa lues,iam nulla pudoris
Cura:iacet paſſim longè poſt terga relictus.
Tu coleris,duce te paulatim corruit ille.
Dijs inuiſus homo,cui mens intenta rapinis
Inuigilat:neq; enim ſemper felicia durant.

Nec minus omnipotens pœnis affligit eisdem,
Qui seruum offendit,uel qui sanctissima frangit
Fœdera amicitiæ,seu qui cum coniuge fratris
Non pauet infandos coitus fraternus adulter,
Vel qui in pupillos audet uim ferre nefandam,
Vel qui in longæua consectum ætate parentem
Horribili uoce insurgit,uixq; abstinet illi
Verbera,non impunè tamen stat pœna nocenti
Post obitum. Depone igitur tam falsa superbæ
Mentis consilia,& melioribus utere quæso.

Thure pio uenerare deos, ijs tempore in omnî
Et mundè & purè liba,cùm clara nitescet
Sole dies, aut cum nox circumfusa tenebris
Absondit terras.casto torrenda sub igne
Hostia mactetur,hymnos cane,thura ministra.
Vt tibi dij faueant,immensaq; copia rerum
Hinc tibi nascatur:multis ut egentibus ipse
Subuenias,non ut uiuas germane rapina.
Conuiuas inter si uis discumbere amicus,
Non hostis,ueniat primùm uicinia,nam si
Aduersi quicquam acciderit de more repentè,
Primùm illa occurret:quæ si sine uestibus esset,
Nuda etiam ueniet,quod nec tibi sanguine iunctus
Non aget: iste sibi uestes,atq; omnia ponet.
Improba damnosa est uicinia.sed proba si sit,
Vtilis.hæc igitur cupienda est pectore toto,
Tanquam laudis opus: neq; enim lamenta refundes,
Amisisse bouem,proba si uicinia tecum est.

Acce-

Acceptum metire, & eõdem pondere redde
Vicino tibi, ut hic iterum ſuccurrat egenti.
Res malè parta, mala eſt, damnoſaq; ſemper. ab illa
Ergo cauc, nec te uincant in amore ſodales.
Illum adeas qui te. fac, mutua munera redd.is,
Sponte datum capias: ſcelus eſt lethale rapina.
Quicunq;, etſi magnum aliquid, largiatur amico,
Lætatur: quicunq; iacit de fronte pudorem,
Et rapit alterius quanquam infima, turbat amici
Viſceraq; & mentem, cui uis illata rapinæ.
Adde parum paruo, paruo ſuperadde puſillum,
Fiet & hoc magnum. infœlix pelletur egeſtas,
Si modò rem cumules: hominem non lædit, habere
Cuncta domi, nocet eſſe foris, quàm dulce bonumq;
Præſens accipere, atq; abſente carere moleſtum eſt.
Tunc bene potandum, cùm plena effundit ab alto
Vina cadus: tunc parcus eris, cùm parte Lycus
Deſtuit è media: ſed cum declinat ad imum,
Spumantes iterum cyathos & pocula ſume.
Quicquid polliceare homini ſeruetur amico.
Si quicquam cum fratre tibi eſt, teſtem adijce rebus:
Subridens nocuit non credere credere ſemper.
Ne ue tuam allicat meretrix caue fœmina mentem.
Rem totam uorat illa, nimis dum blanda uidetur.
Heu quàm damnoſum eſt, mulieri fidere cuiquam.
Rem patris acceptam melius fouet unicus hæres,
Auget & hanc. at tu plures in morte relinque,
Ex te ortos: nam plura pater Saturnius illis

Attribuet. ſed te ſi cæcus tangit habendi
Ardor adhuc, fragilisq; placet tibi gloria rerum,
Hæc age quæ moneam, & uarios operare labores.

HESIODI ASCRAEI OPErum & dierum liber II.

Cvm coelo emergunt ſublimi ab Atlãtide natæ
Pleiades, truncanda Cereſi morientibus illis,
Mitte in aratra boues. latitare ea ſidera dicunt
Viginti totidemq; dies, annoq; uoluto
Apparent iterum: maturam incidere meſſem
Rurſus & incipiunt dentata falce coloni.
Hanc legem agricolæ atq; habitantes littora ſeruãt,
Aut qui pingue ſolum, uallosq; tecta tenerent.
Nudus ara, nudusq; ſere, & mete corpore nudo,
Si tempeſtiuos agrorum ducere cultus,
Augeriq; illos magnis ſucceſsibus optas,
Neue aliena roges interdum pauper egenus.
Quòd ſi ad nos ſupplex iterum fortaſſe redibis,
Non iterum dabimus. iuuat exercere labores
Improbe, quos inter mortales diua poteſtas
Sortita eſt: ne triſtis inops cum coniuge mæſta,
Aut cum natorum miſera comitante caterua
Victum à uicino rogites: dare negligit iſte.
Bis uel ter fortaſſe dabit: dehinc ſi petis ultrà,
Proficies nihilut tu plurima uerba refundes,
Orabisq; iterum, fruſtra tamen. artibus, ut te
Iampridem admonui, inuigila, atq; incumbe labori.

Dira

Dira fames procul hinc abeat,tua debita ſolue.
In primis tibi conde domum,precioq; miniſtram
Debinc eme,quam poſsis cuſtodem adiungere bobus.
Pone domi quantum toto tibi ſufficit anno.
In rebus ſpes eſt alienis irrita:nam ſi
Hic dare ſortè neget,tu ſemper pauper egebis.
Tempora labuntur,operum quoq; deficit uſus.
At cras rem differre nocet:nunquã horrea,nunquam
Implet iners,aut qui tempus producit.habenda eſt
Cura operi,turgeſcet opus.mala mille moleſtant,
Affliguntq; hominem,cui ſegne & inutile corpus.
Cum bene ſe poſuit rapidi uis ignea Phœbi,
Ac pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Deſilit in terras,& languida membra reſumunt
Iampridem amiſſas æſtiuo in tempore uires.
Nam breue ſol hominum ſupra caput aſtat ab alto,
Ac de nocte magis currus exercet agendo.
Tunc operum multo antè memor,diſcinde ſecuri
Syluam incorruptam,tunc germina deſinit arbos
Fundere,datq; ſuas uolitare per aera frondes.
In tres tende pedes mortaria,contineat tres
Piſtillus cubitos,pedibus quoq; confice ſeptem
Temonem:qui ſi fuerit protentus in octo,
Hinc tibi malleolus crebros formetur in ictus.
Palmarumq; trium rota ſit,uarijsq; repone
Ligna efficta modis,ualidamq; in montibus altis
Quære,uel effuſo campi ſuper æquore pinum
Aeſtiuam.compone manum qua firmet arator,

Temoni cuneis dentaliq; alliget imo,
Torqueat & fortes illa durante iuuencos.
Binaq; præterea tectis seruentur aratra.
Sic melius:nam si casu discinditur unum,
Restat adhuc aliud uarios agitare iuuencos.
Temonem ex ulmo,uiridi seu confice lauro.
Stiua sit ex pino,dura dentalia quercu.
Duc in aratra bouem,nono qui uiuat in anno.
Apta ætas operi matura est:franget aratrum
Bos iuuenis,minitans iuuenili prælia cornu,
Et rixam exacuens opera imperfecta relinquet.
Quere quater decies annorum ætate bubulcum:
Quadrifidus panis,& ofellas cæsus in octo,
Sit cibus huic:recto sulcabit uomere terram,
Si maturus erit:studium intermittet arandi
Iunior,aspiciensq; pares ætate colonos
Ibit ad hos, ludosq; ciet lascina iuuentus.
Ergo non melior iuuenis,neq; semina uersæ
Spargere humi,quantum terræ mensura requirit,
Contemplare etiam quum grus è nubibus altis
Assiduos agitat clangores,nunciat imbrem,
Venturamq; hyemem,tempusq; indicit arandi,
Angit & illius mentem, cui nulla boum spes.
Tunc redeant fessi plena ad præsepia tauri,
Tũc proprios operare boues,& plaustra.sed inquis,
Non habeo.dabit hic,facile est petere,atq; negare.
Mentis inops alius,quid enim componere currum
Tunc uolet ignarus non nouit quantus in illo

Sit

Sit labor, & centum compagibus insita ligna,
Quæ debent multo antè domi prouisa reponi.
Præterea cum tempus adest rescindere campum,
Fortius insistas operi, exercere ministros.
Nam uertenda duplex tibi, sicca atq; humida tellus.
Vere nouo ueniant celeres ad aratra iuuenci,
Fertilis ut grauida culmus procumbat arista:
Neu te decipiat, cùm semina colligit æstas.
Si noua studeas tellus inarata quotannis,
Terra recens largè natis alimenta parabit.
Plutonem in primis uenerare, atq; annua sacra
Vota refer Cereri, quum stiuæ innixus agendo
Incipis exercere boues, stimuloq; fatigas:
Sic immensa tibi surgent Cerealia dona.
Semina cum terræ committis, ponè sequatur
Seruulus, atq; auibus rastro sata læta recondat.
Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos.
Læditur aduerso qui negligit omnia fato.
Si sit pingue solum, grauidæ inclinantur aristæ.
Fœliceſq; operum successus ab Ioue summo
Hinc capies, neq; sub tectis extendat arachne
Fila, sed immensæ replebunt horrea messes.
Tunc gaude, & cani florentia tempora ueris
Lætus agas, quum te incassum crudelis egestas
Aspicit, & parto turget domus, atq; aliena
Re tibi non opus est, tua pluribus adiumentum.
Fit sterilis tellus, medio uersata sub æstu.
Hinc q; solo residens imas falcabis aristas,

Aucrſos religans culmos,tenuiſq; ſequetur
Spes uitæ,pauci te mirabuntur ab agris
Parua ſub exiguo referentem farra caniſtro.
Difficile interdum mutabile noſcere tempus.
Mobilis & uaria eſt alti natura Tonantis.
Ac ſi tardus aras,tardè tibi ſolus aranti
Afferet auxilium,ſi largis imbribus æther
Tris noctes,totidemq; dies non ceſſat ab alto,
Donec replerit ualidi ueſtigia tauri.
Tempora quo querna reſidens ſuper arbore coccyx
Exululat,gaudentq; hominum mortalia corda:
Vere ſub aprico ſi tardus forſitan æquet,
Qui tempeſtiuo diuerrit uomere terram.
His intende animum,nec florida tempora ueris
Te lateant.glacialis hyems tibi cognita ſurgat,
In qua incumbendum eſt. nec ulla taberna moretur.
Aut narrata loco ſub aprico fabula tardet.
Dum frigent alij,uir rem tamen impiger auget.
Surge igitur,nec te paupertas opprimat illo
Tempore:dira fames tenues facit eſſe lacertos,
Elatosq; pedes,& crura tumentia multo
Sanguine.ſegnis inops,& ſpe ſuſpenſus inani,
Inclinat mentem ſceleri,& meditatur iniquos
Vnde paret uictus.hominum ſpes nutrit egentem
Irrita,cui nihil eſt,& tota luce uagatur.
Dum media elapſa eſt æſtas,Properate miniſtri,
Condite (dic) caſulas:nam ſemper non erit æſtas.
A' Iano menſem dictum cauc,nubibus ille

Le-

Lethales bobus glacies & frigora ducit.
Thracius insurgit boreas, & turbine facto
Disturbat maria ac campos, syluamq; sonantem,
Alticomas quercus, annosaq; robora pinus
Diruit ex alto, & ualles iaculatur ad imas.
Syluarum auditur fragor undiq;, sed scra duros
Arrigit ipsa pilos, caudamq; in cruribus angit:
Quin etiam quibus est uillis densissima pellis,
Perforat ille quidem, setosaq; pectora transit.
Nec se defendunt dura sub ueste iuuenci,
Et miserè algescunt hirsuto crine capellæ.
Vincit ouis boream instantem, sultoq; repellit
Tegmine lanarum: sed non obsistitur illi
A scnibus, curuo facit hos incedere collo.
Non tamen ad teneram penetrat borcale puellam
Frigus. at illa domi, cui nondum nota libido,
Matris apud charæ gremium sedet, atq; hyemales
Non sentit glacies, & tota nocte quiescit,
Atq; oleo tenercs interdum perluit artus.
Tum polypo durum est gelidis habitare sub undis,
Nec uidet unde sibi uenetur in æquore prædam,
Allcuietq; famem, proprios tum dcniq; in artus
Vertit atrox rabiem immensam. sic imbribus atris
Turbatur mare, sic atra caligine cælum.
Sol quoq; ad Acthiopas radios & lumina fundit,
Rarus apud Graios: fugiunt animalia curui
More senis, ualles imas & dente trementi
Concaua saxa petunt nemorum, tenebrosaq; tecta.

Tunc

Tunc quoq; ne noceant hyemes, tibi protegat artus
Mollis chlæna tuos, cui tecta ex ordine recto
Pauca, sed aduerso ducantur plurima fila,
Sitq; ea cruretenus. uetat hæc per corpora setas
Surgere, & instanti prohibet durescere uento.
Tegmina sint pedibus taurorum è pelle cothurni,
Nec nocet, hos instare pilis, ut frigora uincas.
Hædorum tenera neruo bouis insue pelles,
Ac dorso suspende. tegant capita alta galeri,
Ne madeant aures. borea spirante cauendum est
Frigoribus, tunc ros cœlo diffusus ab alto
Educat & Cererem sacros operumq; labores.
Ille quidem ui uentorum è fluuialibus undis
Tollitur in sublime, & matutinus in agros
Desilit, interdumq; expectat tempora noctis,
Interdum borea nubes agitante procellas
Vertitur in uentosam hyemem. fuge prouidus illam.
Acceleretur opus, pete tecta obstantia uentis:
Ne forte obscura nebularum infusus amictu,
Vmadeas, largosq; imbres pluat humida uestis.
Pascua tunc carpant quamuis non pinguia tauri:
Quippe leuis labor, & longa sub nocte quiescunt,
Nutrimentum ingens, uobis uberrima mando,
Agricolæ, facilique; dies transire labore.
Hæc seruanda tibi, donec nox æqua diebus,
Atq; iterum satio committit semina terræ.
At dum sexdecies sol arduus occidit undis,
Hybernum post solstitium, sacrosq; relinquens

Occani

Occani fluctus ſublimi Arcturus Olympo
Exoritur, primumq; cupit ſplendeſcere ſidus.
Tunc uites incide: noui nec q; nuncia ueris,
Antiquos iterans queſtus præcedat hirundo.
Dum tamen immenſos effundit Pleias æſtus,
Proſiliensq; umbroſa petit plantaria limax
Tellure è ſicca, tunc uinea nulla ligonem
Sentiat, accclerentq; uncata falce miniſtri
Maturam in ſegetem, nec te pulcherrima Tempe
Detincant ſegnem, matutiniq; ſopores.
Eia age rumpe moras, pelle ocia ſegnia pelle,
Dum uocat alma Ceres, robuſtaq; collige farra,
Pone domi quantum toto tibi ſufficit anno,
Mane operi aſſurgens: operis pars tertia mane
Conficitur. labor haud grauis eſt. de mane uiator
Longum linquit iter, tauroſq; exercet arator.
Præterea ſua dum ſcolymus florentia mittit
Germina, & in ramos dulces reſonare cicadæ
Sole ſub ardenti incipiunt trepidantibus alis,
Fit capra tunc mollis, tunc ſunt dulciſſima uinæ,
Fœminaq; urenti Veneris prurigine corpus
Appetit inſanos coitus: laſſantur ab æſtu
Membra uirûm, tantumq; poteſt uis ignea ſolis.
Tunc licet ardores gelida releuare ſub umbra,
Fontis ad apricos lauices, ſemperq; fluentis
Murmur aquæ, faciles quàm circum leniter auræ
Aſpirant zephyris plerunq; agitantibus illas.
Hic hilares lætus cyathos & pocula ſume

Biblina, ter infusa magis quæ temperet unda.
Hic tibi ab uberibus caprarum caseus astet,
Quæ nullos pascant fœtus: hic lactea liba,
Hic tibi syluestris ponatur caro iuuencæ,
Quæ nondum enixa est: hic mollior hœdulus adsit,
Et iacens saturus patula sub tegminis umbra.
Surge tamen cœlo dum fulget Orionis astrum,
Tempus adest Cereri sacras terat area fruges,
Ad uentos posita, atq; ingenti æquata cylindro:
Nec nisi libratæ ducantur ad horrea messes.
Postquam autem satis ad uictum tibi contulit æstas,
Continuò cui nulla domus sit quære ministrum:
Adde etiam ancillam, quæ sit sine prole. molestũ est,
Ac graue seruitium illius, quam cura remordet
Natorum. blandire cani, pancmq; ministra:
Peruigil antc fores sedet ille. domumq; tuetur,
Dente rapax, furiq; altis latratibus instat.
His properè exactis, fœnum paleasq; reconde,
Hemionos quantum satis ac nutrire iuuencos.
Inde laboranti requies præbenda colono,
Tempus & exhaustis pariter iuga demere tauris.
Dùm tamen in media cœli statione refulget
Sirius, Orionq; loco splendescit eodem,
Et rosea Arcturi cernit Pallantias astrum:
Tunc uuas tenero abscindens de corpore matrum,
Per bis quinq; dies tepido sub sole iacentes
Pande: dies etiam mollescant quinq; sub umbra,
Dehinc torque, & capiant uegetes iucunda Lyæi

Munera

Munera.ſed ſidus cum deficit Oriònis,
Pleiadesq; Hyadesq; cadunt,meminiſſe iuuabit
Protinus impreſſo ſubuertere uomere terram.
Stat tempeſtiuo cuncta exercere labore.

Si tamen infeſtum iuuat ire per æquor,& alta
Puppe uehi,moneo ne quando ab Atlantide natus
Orion ſequitur,totoq; excludit Olympo,
Vt uideas illas medio ſubmergere ponto,
Nauigio incumbas,mare tunc tollentibus euris
Obſcurum undoſos iaculatur ad æthera fluctus.
Tunc igitur iaceant religatæ ad littora puppes
Saxorum obnoxiæ obijcibus,ne fortè ruentes
Diſcutiant uenti:pateat pars ima carinæ,
Ne pluuiam excipiens putri marceſcat ab imbre.
Inſtrumenta domi naualiaq; arma quieſcant
Penſa,gubernacliq; exploret robora fumus.
Interea Cereris ſacros operare labores.
Nec prorſus fugiendus ager,labatur in altum
Aequor amica ratis,dum non magis unda tumeſcit,
Nec refluunt uaſti ſublato gurgite montes:
Vadat onuſta tamen cenſu reditura ſuperbo.

Sic meus ille quidem genitor,dum pauper egeret,
Errabat{maria alta ſecans,fluctuſq; profundos.
Ille olim Aeolidam curuataq; littora linquens,
Appulit huc non ſpe lucri commotus auara,
Durum opus exercere inuiſa urgebat egeſtas.
Ille uagus demum prope Tempe Heliconia ſedem
Aſcræam incoluit,cœli in regione moleſta.

Frigo-

Frigore nunc nimio, nunc quæ intolerabilis æstu est,
Tempore quoſq; ſuo iuuat exercere labores,
Nauigium ante omnes: cuius ſi te ulla remordet
Cura, placetq; altos ſulcare per æquora fluctus,
Dum faciles ſpirant uenti, & furor ille quieuit,
Ne te inuiſa fames alieno uiuere parto
Cogat, & inuitus multorum debitor extes.
Vade nec in cymba, ſed te uehat ardua puppis,
Ingentes referant cenſus ingentia mercis
Pondera. Præterea quæ ſint aptiſſima nautis
Tẽpora narrandũ eſt: quanquã mihi parua p undas
Vita fuit, uixq; ex illa tantum Aulide curſus
Littus ad Euboeum, ſub quo omnis Græcia quondam,
Dum pelago deſæuit hyems, conuenit in unum,
Et meritò infandos fatum iuratur in hoſtes.
Inde mihi placuit non longè ad Chalcida curſus,
Huc ubi magnanimũ genus Amphidamantis Achiui
Conſtituunt populis certamina, & inclyta quondam
Munera defuncti ponunt in honore parentis.
Hic ego me dulcis referentem præmia cantus
Auratos memini tripodas, quos ſponte dicaui
Musarum ante aras, quibus antra Heliconia curæ,
Illæ ubi me primùm dulcem docuêre poeſim.
Tantum igitur mihi res naualis cognita ſurgit.
Dicam aliquid tamen, & uarios pãdã ætheris uſus,
Hæc etiam nobis aſpirauêre Camœnæ.
Acquora tuta legant inſtructo remige puppes,
Quum decies quinq; eſt ſeries exacta dierum,

Aeſtiuum

Aestiuum post solstitium & iam deficit æstas.
Nam neq; tunc classes, medio nec nauita ponto
Obruitur: ni fortè uelit Iouis alta potestas,
Aut Deus ipsarumq; parens Neptunus aquarum.
Exitus omnis in his rerum manet, exitus omnis.
At lenes spirant zephyri, tranquilla quiescunt
Aequora. tunc celerem uentis committe carinam.
Vadat onusta: tamen reditum properare memento,
Quàm prius ipsa nouos fundant uincta liquores,
Autumniq; imbres, & hyems infausta procellis,
Aut notus insurgat pluuia rorantibus alis,
Incumbatq; mari, totumq; euoluat ab imo.
Exercent etiam studium nauale sub ipso
Vere nouo, cùm se tam lata arbor ab alto
Induit in frondes, quantum uestigia cornix
Pandit humi depressa: silet tunc nabilis unda.
Ast ego nauigium graue tunc, semperq; molestum
Crediderim. hoc naturæ homines leuitate nefanda
Subtraxêre, agitant diuersa pericula fluctus:
Et tamen ire placet, quanquam mors dura sub undis
Diuitiæ fiunt hominum, atq; insanus habendi
Ardor. Ad hæc animũ germane intende parumper,
Concipe fraternos monitus. maria alta secando
Fac tecum ne cuncta uehas, maiora reserua.
Nèc nimis est oneranda ratis, sit ponderis æqui,
Quicquid in hac durum est, aduerso occurrere fato,
Fluctibus in medijs: currus discinditur omnis,
Si grauius superinstat onus: seruare memento

Menſuram in rebus, & idonea tempora ad uſum:
Quum propè ter decies tibi uita elabitur annos,
Connubium maturum aderit: decimumq; puella
Exigat, & quartum, ſed quinto nubat: & illa
Virgo ſit, atq; habitet prope te, cui ſedulus aſtes,
Sedulus inſpicias artemq; uſumq; puellæ.
Hæc age, ludibrio ne te uicinia cantet.
Coniuge nil melius caſta, nil turpius illa
Quæ uenerem prurit ſine fine, & proſtat ad omnes
Semper, & exitio ſuperimminet illa uirorum.
Nemo etiam fratris in amore æquetur amicus.
At par ſi quis erit, ſit amandus tempore in omni.
Nulla ex te incœptum fœdus diſcordia ſoluat.
Mentiri ſcelus eſt, præſtat compeſcere linguam,
Infandam. ſi uim tibi quiſquam inferret amicus
Aut ore, aut manibus, ſurge & te ulciſcere, redde
Redde uicem duplicem. quòd ſi illum pœnitet acti,
Ac pœnam implorans iterum te exoptat amicum,
Suſcipe. uile quidē eſt, homines noua quærere ſemper
Fœdera amicitiæ. multos ſi frater amabis,
Non laudo: nullos etiam. medium ſit in iſto.
Si tibi corda tument, ultus non indicet iram.
Turpe ſequi ſceleratū hominē, maledicere cuiquam
Infandum eſt: qui iam uitā laudatur honeſta.
Nunquam à te nunquam miſera obiurgetur egeſtas:
Diuinum donum eſt, diuûmq; æterna uoluntas,
Illa quidem, quæ ſæpe uiri ſublime molesta
Impedit, ingeniumq; uetat ſuper alta leuari.

Qui

Qui loquitur parcè, linguam nec in omnia ſoluit,
Theſaurum præ ſe gerit ille: ea gratia magna eſt,
Vt linguam moderes, penſatáq; uerba loquaris.
Si quenquam uerbo lædes, lædêris & ipſe.
Grata in amicorum uenias conuiuia ſumptu
Communi, dato particulam. gratiſſima ſunt hæc.
Acre loui uinum, ſeu dijs, de mane cauendum eſt
Illauta libare manu, tum uota precando
Incaſſum fundes nulli exaudita deorum.
Solis ad aſpectum nec quenquam mingere fas eſt,
Nocte ſub obſcura recto neq; corpore nudo,
Nox quia ſacra deis. media nec credimus illud
Poſſe licere uia: ſi declinetur ab illa,
Eſſe etiam uetitum: diuus uir, & omnia noſcens,
Hærens parietibus ſedet, atq; exponit urinam
Intus, ubi orbatæ tenuis latet angelus aulæ.
Non coitu polluta ſacros genitalia pandas
Antè ignes, neq; cum dulci tibi coniuge præſtet
Concubium, ut generes, dum mœſto à funere triſti
Mente redis, ſuperûm ſacra ſed lætus ab ara.
Credimus inuiſum ſuperis, ſemperq; moleſtum,
Qui natat aſſiduo labentia flumina curſu,
Quin ſit lota manus prius, & pia uota preceſq;
Fuderit, ante ipſas ſupplexq; orauerit undas.
Infandum ante aras ungues incidere, cùm dijs
Sancta facis: ſcelus eſt cyathos imponere uaſi,
In quo uina latent, ſacros operare lebetas.
Nil tibi, cũ in ſacris etiã hinc lauiſſe nefandum eſt.

Perfice tecta prius,quàm cornix garrula ab alto
Nunciet atram hyemem, ruit hæc inimica procellis
Fac sedeat bis sex quibus ætas exigit annos,
Aut totidem mensis natorum chara propago,
Sede sub instabili:iuuat hoc,omnemq; repellit
Segnitiem:facit esse agiles,& ad omnia promptos.
Fœdum ac turpe uirum est thermis mulicbribus uti,
Hoc prorsus fugiendum etiam:stat talibus atrum
Suppliciũ.ante aras superũ obiurgare, nefandũ est,
Sacra ministeria ac diuinos spernere cultus.
Nec licet in fluuio,neq; fœmis mingere in unda.
Est quoq; turpe aliud uetitum,fuge pessima fama
Nomina.fama malum,facilè in sublime leuatur:
Est graue sufferri nimium,nimiumq; molestum,
Difficile ut taceat.nunquam delabitur illa,
Sedula quæ uarias populi penetrauit ad aures.
Est dea fama quidem,sunt ipsi numina famæ.

DIES.

Sit tibi præterea series seruanda dierum.
A Ioue natæ omnes, sunt à Ioue tempora nata:
Vltima mensis erit nullo exercenda labore,
At genio uendum est:illa omnis festa per urbes
Ducitur,illa forum claudit,neq; iura resoluit.
Prima dies sacra est,& quarta,& septima:primo
Natus Apollo die radiantia lumina fudit.
Luce dein quarta felix ducenda sit uxor,
Omine captato sunt omnia prospera rebus,
Et licet incuruam trabibus componere nauim.

At quintas fuge: namq; illarum pallidus Orcus,
Tum diræ Eumenidum facies toto orbe uagantur.
Castigant, si qua in terris periuria falsum
Affirmant, quæ lis alterne agitata creauit.
Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum,
Læta uiris: multiq; etiam nascuntur in illa,
Quis mala mens, fallax animus, fallacia uerba,
Et qui concubia exercent arcana per artem.
Hac ouium fœtus licitum castrare, uel hœdos,
Et licet in fixa pecudes circundare mandra.
Scindimus octaua fœto genitalia tauro,
Castramusq; sucs, fœlix est ponere plantas.
Nona uiros gigni, uel amica sorte puellas.
Luce uiris decima fastos quoq; credimus ortus:
Vnaq; post decimam felix incidere uites,
Et tempestiuam segeti supponere falcem.
Hoc curat bis sexta etiam fœlicior illa,
Stamina & ex alto tenuissima torquet arachne,
Ingentem accumulant formicæ farris acerum,
Et iuuat arguto percurrere pectine telas.
Tunc quoq; syluestres licitum castrare iuuencos.
Tertia post decimam plantaribus optima surgit,
Spargere semen humi: pallet contraria semper.
Quartaq; post decimam mulierum prospera natu,
Ac prensos domitare boues, ualidosq; labori
Hemionos, canibus faciles adiungere cultus,
Ac lenire manu, pecudiq; imponere mores,
Atq; aperire cados, & dulcia fundere uina.

Sextaq; post decimam plantaribus inuida surgit.
Opportuna uiros nasci:sed iniqua puellas
Aut nasci,aut thalamos petere,aut hærere maritis.
Septima post decimam Cereris terat hordea sacra,
Ingentemq; licet ferro discindere syluam,
Ac uarias aptare trabes, quibus ardua tecta
Moliri,ac structam possis agitare carinam.
Nonaq; post decimam felix est,cùm dea surgit
Lutea:sed medium cœli cùm uenit in orbem,
Fit grauis:ex media ad finem lætissima fulget.
Proxima lux sapientem hominem diuina creandi
Insigni uiget officio,nec luce dolendum est.
Post illam quarta sacra est,ea læta trahantur
Gaudia.quinta dies post hanc,iuga curua iuuencis
Ponit,& hemionos & colla exercet equorum,
Altaq; ucliuolas deducit ad æquora puppes.
Quam pauci nouêre,& recto nomine dicunt.
Sunt harum humano generi seruanda dierum
Tempora,quippe illud magnis successibus augent.
Sunt aliæ ancipitesq; tamen sine mente,neq; ullo
Officio excellunt,hanc alter laudat & illam,
At pauciis natura illarum cognita surgit:
Nam nunc ipsa dies totum complectitur orbem,
More piæ matris,sæuæ modò more nouercæ.
Nunc fulget,nunc atra latet,felixq; beatus
Ille quidem,qui dijs gratus,cui cognita sunt hæc,
Omniaq; inspiciens rerum se exercet ad usus.

FINIS.

HESIODI OPERA
ET DIES, VLPIO FRANEKENENsi Frisio interprete, ita ut uersus uersui respondeat.

MVsæ Pierides, præstãtes laude canendi,
Adsitis, patrẽ celebrãtes dicite uestrũ:
Dicite cur homines inter sit nobilis ille
Conspicuusq;, hic obscurus? Iouis illa uoluntas.
Nam facilè extollit, facilè clatumq; refrenat,
Et clarum obscurans, obscuri nomen adauget,
Erigit & miserum facilè, extinguitq; superbum,
Iuppiter altifremus, cui celsum regia cælum.
Audi cuncta uidens, noscensq;, & dirige rectè
Hæc oracula, ego sic Persen uera docebo.
Scilicet in terris gemina est contentio. uerum
Hanc animaduertens aliquis laudarit, at illam
Dixerit esse malam: sibi nam contrariæ utræq;.
Seminat illa etenim bellum, litesq; maligna.
Hinc hominum nulli grata est: sed sæpe sequuntur,
Atq; colunt illam, dijs instigantibus ipsis.
Alteram at ipse (etenim prior atra nocte creata est)
Terris imposuit summi regnator Olympi
Iuppiter, at longè mortalibus utiliorem.
Namq; facit segnem quamuis meminisse laboris.
Qui cernens alium ditescere, dum piger ipse est,
Festinat quoq; arare, & humi defigere plantas.

Tum curare domum;nam uicino emulus usq;
Vicinus diteſcenti.ac pugna utilis hæc eſt.
Sic figulus figulum,sic & fabrum faber odit,
Sic uates uatem malè fert,sic Irus & Irum.
Aſt immitte tuis hæc Perſe cordibus imis,
Ne mala ſic placeat,nulla ut ſit cura laborum,
Lis tibi,clamoſas rixasq; forumq; ſequenti.
Ille etenim lites fugere & contemnere debet,
Cui non plena domus,cui non ſunt horrea plena
Maturi fructus,Cereris quem terra dat alma.
Huius ſi ſat habes,age iurgia dira moueto
Ob res alterius:mecum facere amplius iſtud
Haud licet.at potius rurſum cauſam experiamur
Iudicijs rectis,quæ uel Deus optima dicat.
Quum fieret noſtræ ſortis diuiſio,rapta
Plurima iudicibus ſic corrumpendo dediſti
Doniuoris:hanc qui cupiunt diſcernere litem,
Stulti.quos latet,ut toto ſit dimidium plus,
Et quanta in molli malua aſphodeloq; uoluptas.
Quippe occultarunt homini nunc numina uictum,
At quondam tantum facilè una luce paraſſes,
Vnde anno ſegnis potuiſſes uiuere toto:
Continuò ad fumum licuiſſet ponere ſtiuam,
Ac tibi ceſſarent operæ mulûmq; boumq;.
Abdidit at pater hæc,iratus pectore ſecum,
Impoſuit quòd ei uerſuta mente Prometheus.
Hinc generi humano mala triſtia plurima ſiruxit.
Primium occultauit ſæuis mortalibus ignem,

Quem

Quem ſatus Iapeto rurſum eſt furatus in uſum
Humanũm, in ferula deportans clam Ioue ſummo.
At pater offenſus, uerbis eſt talibus uſus:
Qui ſuperas cunctos ô calliditate Prometheu,
Ob me deceptum ac ſublatum lætus es ignem:
Sed dolor hinc ingens tibi erit, cunctisq; futuris.
His dabo nanq; malum, mihi quòd furatus es ignem.
Ob quod gaudebunt cuncti, propriũ malũ amantes.
Sic dixit, risitq; parens hominumq; deûmq;,
Vulcanoq; iubet, properanter fingeret udo
E limo plaſma, huic uires hominusq; loquelam
Inderet, ac uultu cœleſtibus aſſimilaret
Virginibus, forma eſſingens pulchra: inde Mineruã,
Cum textura alias artes quoq; tradere mandat.
Et Venerem, capiti ſpecioſum adhibere decorem,
Atq; comes deſiderium curasq; uoraces.
Addere fallaces mores, mentemq; caninam,
Mercurium iußit, tibi qui caput abſcidit Argo.
Dixit, & implebant patris omnes iuſſa uolentes.
Extemplò è terra primus pede claudus utroq;
Mulciber effinxit diuæ ſimile omnia plaſma.
At cinxit, uarieq; ornauit cæſia Pallas.
Vndiq; per totum Charites, Suadelaq; corpus
Contorta ex auro poſuêre monilia fulvo.
Pulchricomæ uernis cinxerunt floribus Horæ.
Aptauit reliquum mundum Tritonia Pallas.
Inſtruxit pectus Maia genitrice creatus,
Vafriciam imponens, mendacia uerba, doloſos

Mores:consilium Iouis hoc erat.indidit idem
Præco deûm nomen mulieri,nomine recto
Pandoram appellans: illam quòd quisq; deorum
Dono donarat,quod non hominum fuit ex re.
Postquam igitur factus dolus insuperabilis esset,
Tum pater omnipotens cum dono Epimethea adire
Iussit Mercurium,qui nuncius astricolarum est.
Immemor ast erat hic,frater quod iusserat olim,
Ne Iouis acciperet donum,sed spernieret à se
Dimittens iterum,ne cladis origo sit orbi:
At miser accipiens, malum habens tum demiq; sensit.
Ante Epimethei erratum mala cognita nulla
Prorsus erant,facilis sed uita erat absq; labore,
Difficiles aberant morbi senium accelerantes:
(Nãq; statim inq; malis homines morbisq; senescunt)
At mulier digitis dum tollit opercula uasi,
Omne malũ,lædens homines graue,sparsit in orbem.
Sola ibi se in firmis tenuit spes ædibus,intus
Pixidis ad labrum latitans non euolat extrà.
Atq; etiam citius rursum uas tegmine clausit,
Consilium,mentemq; Iouis Pandora secuta.
In terram exilijt reliquum genus omne malorum.
Hinc mare nunc illis est plenum,plenaq; terra,
Nocte dieq; homines miseros inuadere nunquam
Exangues cessant morbi mala multa ferentes,
Et tacitè adueniunt.nam uox est à Ioue demptæ
Sic non ulla Iouis mentem euitare potestas.
Nunc aliud referam,si non audire graueris,

Ordine

Ordine quodq; ſuo memorans, tu mente reconde.
Poſtquam una nati dij, mortalesq; fuerunt,
Primum fecerunt hominum genus aureum, Olympi
Qui celſas habitant ædes dij ſine carentes:
Hiq; homines cœli Saturno ſceptra tenente
Viuebant, & erat dijs uita ſimillima, curis
Acrumnisq; uacans, nunquam quaſſata ſenecta,
Robore ſemper erant ſimili manuumq; pedumq;
Perpetuas epulas agitabant pectore læti,
Mors accedebat tanquam ſopor illa fuiſſet,
Commoda nulla aberant, immenſos terra ferebat
Sponte ſua fructus, illi ſine murmure donis
Diuûm uiuebant, inter ſe pace fruentes.
At genus hoc poſtquam tellus contexit in aluo,
Continuò facti ſunt diui mente Tonantis,
Atq; colunt terras, hominum cuſtodiam agentes,
Qui nunc quid iuſtè obſeruant, quid fiat iniquè,
Aere ueſtiti, peragrantes undiq; terram,
Diuitias tribuunt: regale hoc munus eorum eſt.
inde genus ſuperi fecêre argenteum Olympi,
Longè deterius multis in partibus aureo,
Haud mentis probitate ualens, haud indole tantum.
Tempore at hoc hominũ, bis quinquaginta per annos
Matris lacte domi uiuebat paruulus infans.
Sed quum pubertas iam plenaq; contigit ætas,
Tempus ad exiguum pòſt illis uita manebat.
Plurima uiderunt mala. namq; iniuria nunquam
Mutua ceſſabat, reuerentia nulla deorum,

Nullus

Nullus erat cultus, nulla aris sacra ferebant,
Vt mos est alijs mortalibus. hinc pater altus
Iuppiter accensus, merita illos perdidit ira,
Quòd superis nullos dare dignarentur honores.
At genus hoc postquã tellus quoq; texit in aluo,
Illis sub terris sedes habitare secundas
Sunt iussi, atq; illic non sunt ab honore remoti.
Aeneũ at hinc hominũ genus alti rector olympi
Iuppiter æquandum non parte argenteo in ulla,
Quercubus ex duris fecit durum ualidumq;.
Mars erat his cordi, & uesana libido nocendi.
Non frugem ederunt, adamantis pectus habentes,
Infandum suberat robur, fortesq; lacerti.
Pendebant de humeris, mẽbra omnia crassa ferebant.
Arma quidem ex solido constabant ære, domusq;.
Omnia (adhuc ferro tunc ignoto) ex ære parabant.
Vita illis proprio manuum finita furore est,
Atraq; Plutonis nullo cum nomine regna
Intrarunt: quamuis fortes, quamuisq; superbos,
Mors tamen inuasit, solemq; relinquere fecit.
At genus hoc postquam tellus quoq; texit in aluo,
Iuppiter in terris Saturni filius inde
Rursum aliud fecit quartum præstantius atq;
Iustius heroum genus, ipsis æquiparandum
Dijs, ac semideos hos secla priora uocabant.
Abstulit at nimius bellorum ardorq; furorq;
Hos septem geminæ Cadmeæ ad mœnia Thebes
Ob tua pugnãtes pecora, atq; ipsum Oedipe regnũ,

Illos

Illos nauigio ſala per ſpumantia ponti
Ad Troiam uectos,te propter Tyndaris alma,
Oppreſſitq; illic mors ultima linea rerum,
Iuppiter ac ſimul hos ad mundi extrema remouit,
Longè à terricolis tribuens uitamq; domosq;.
Atq; quidem læti ſemper uacuiq; dolore
Calcant Elyſios campos prope littora uaſti
Oceani.hîc illis dulcemq; unoquoq; ter anno
Effundit fructum mater gratiſſima tellus.
Dij utinam quinta mihi uitam ætate negaſſent,
Sed naſcendus adhuc miſer eſſem, aut mortuus olim:
Ferreum enim nũc eſt genus,intermiſſio nunquam,
Nunquam finis erit noctúue diéue malorum,
Perpetuis hominum dij ſtringent pectora curis.
Aſt aliquando malis his ſuccedent bona rurſum.
Nãq; pater genus hoc hominũ quoq; morte doma-
Vtraq; quum fuerint iam cani tempora facti. (bit,
Nec ſimilis nato genitor,nec filius illi,
Nec ſocius ſocio,nec fidus ſuſcipienti
Hoſpes erit,proprio nec fratri frater,ut antè:
Deſpicient ſenio feſſos ſine honore parentes,
Inſuper audebunt duris inceſſere uerbis,
Vtpote nec numen reuerentes.adde quòd ipſi
Dira ſeni patri proles alimenta negabit.
Ius erit in dextra,ſuaq; alterna oppida ſcindent.
Vir bonus aut iuſtus nullius fiet honoris,
Sed magis inſignem ſua per ſcelera atq; rapinas
Suſpicient,cedet ius dextræ,nec pudor ullus

Notus erit,fallet probum & improbus, ore doloſo
Verba obliqua loquens,periuriáq; inſuper addens.
Deniq; liuor edax,pallens,triſtisq; malisq;
Alterius gaudens,homines ſe ſparget in omnes.
Tum Pudor & Nemeſis, duo maxima numina, caeli
Antiquas repetent ſedes,uelamine corpus
Obtecti niueo,terramq; hominesq; ſuperbos
Gaudebunt liquiſſe: quibus tamen aegra relinquens
Tot mala,quæ nullo poterunt medicamine tolli.
Nunc age principibus referam,doctis licet ipſis,
Fabellam.Accipiter ſic paruam ad aedona dixit,
Alta in nube ferens,conuellensq; unguibus atris.
Hæc miſerè eluxit curua lacerata ſub ungue,
At fuit accipitri uox illa tyrannica diro:
Quid garris demens?nunc longè fortior in te
Ius habet,hàc tibi cantrici,quà duco,ſequendum.
Nunc mihi ſi placeat,tibi parcã, aut caena futura es.
Stultus,maiori cupiens contendere contrà,
Vincitur,atq; ignominiam cum clade reportat.
Sic ait accipiter,ſulcans celeri aera penna.
Tu ſequere ô Perſe iuſtum,iniuſtumq; relinque,
Nam multum petulans homines iniuria ledit,
Quam uir ferre nequit patiens,quin corde mouetur
Cladem ullam accipiens: melior ſic ſemita monſtrans
Iuſticiam,cedit quoq; tandem iniuria iuri
Succumbens,ſtultus non nouerit hoc niſi paſſus.
Iamq; ſtatim comes eſt iuri periurium iniquo.
Iuſticia huc ſequitur,trahitur quocunq; ab auaris

iudi-

Iudicibus, quos lege ſinit decernere iniqua.
Hinc lachrymans urbis uicos populumq; pererrat
Aere tecta, illis ſecum mala plurima uoluens,
A' quibus exacta eſt, fraudataq; partibus æquis.
Qui uerò externis & ciuibus omnia iuſtè
Diſtribuunt, nil flectentes à tramite recto,
His uiret urbs, populiq; uigent, atq; omnia florent,
Pax iuuenum nutrix uſq; eſt, non horrida bella
Latiuidens illis immittit Iuppiter unquam,
Nec populos inter rerum ulla penuria iuſtos,
Inſumunt epulis in ſacris parta labore,
Terra dat immenſos fructus, in montibus altum
Quercus ſert glandes caput, eſt apis incola uentris,
Grex ouium lana per agros incedit onuſtus,
Et ſimilem ſobolem genitrices patribus edunt:
Deniq; cunctarum rerum ubertate fruuntur,
Non ſcandunt naues, tellus uictum alma miniſtrat.
At quibus eſt cordi mala uis, malefactaq; dira,
Deſtinat extemplò his Saturnius æthere pœnas.
Nomine ſæpè uiri ſcelerati urbs plectitur omnis,
Qui peccet, faciatq; Ioui non facta ferenda.
Verùm ut ſubijciam mala quæ Deus æthere mittit,
Dat cum peſte famem, tacta omnis plebs cadit igni,
Incedunt ſterili mulieres uentre, domusq;
Ac ſtirpes pereunt, ſupero id rectore uolente,
Agmina qui nunc ſternit eorum aut mœnia frangit,
Currentesq; rates diſrumpit in æquore ſæuus.
O' uos qui regitis terras, aduertite mentem

Hue

Huc ad iusticiam, quoniam superi prope nos sunt
Dij, qui cuncta uident, et eos qui per mala iura
Defraudant alios, spreta ratione deorum.
Ter numerum exuperant cœlestia numina, terram
Quæ nobiscum habitant, in tutelam data nostrũm,
Illáq; quid iustè obseruant, quid fiat iniquè,
Aere tecta, omnem pedibus peragrantia terram.
Ipsáq; iusticia est uirgo Ioue nata parente,
Clara deos inter superos, reuerendáq; multum.
Quam si quis uiolet, meritóue fraudet honore,
Continuò ante pedes residens patris Iouis alti,
Humanæ exponit mentis scelera, & dare pœnas
Vult fraudis, populi rectores, qui sacra iura
Detorquent, mala dum ob nummum sententia fertur:
Sed memor ô iudex horum, tua dirige rectè
Iudicia, & capiant te obliuia turis iniqui.
Noxius ipse sibi est, alij qui quærit obesse,
Consiliumq; malum danti fert maxima damna.
Perspicit ac sentit sacrum Iouis omnia lumen,
Nunc uidet & nobis quid agatur, si uolet, illum
Nec latet hac quodnam ius exerceatur in urbe.
Ast ego mortales inter iustus minimè essem,
Filius aut itidem, si peccatum foret, esse
Iustum, aut præmia si iniustum maiora manerent.
Talia sed minimè est facturus Iuppiter unquam.
Ast immitte tuis hæc Perse cordibus imis,
Audi iusticiæ, uimq; obliuiscere diram.
Hanc etenim legem nobis Deus ipse reliquit.

Piſci-

Piſcibus at, nemorumq; feris, auibusq; ſe ut ipſi
Inuicem edant: iuris quia non diſcrimen in illis,
Iuſticiam nobis, quæ præſtantiſſima longè eſt,
Tradidit, & quoties audet quis dicere ucrum
Exiſtens teſtis, Deus huic dat proſpera cuncta:
Qui dum teſtis adeſt, temerè periuria iurans
Mentitur, lædens hic ius, magè læditur ipſe.
Nam genus ipſius perit, atq; extinguitur omne:
At genus in claro iuſti pòſt nomine uiuit.
Nunc tibi præcipuè memorabo ſalubria Perſe.
Scilicet ex uitijs facile eſt uel prendere turbam:
Nam uia non longa eſt, foribus uicina morantur.
At regina graui uirtus ſudore paratur,
Eſt uia difficilis, præceps, longa, aſpera ad illam
Principiò: poſtquam iam ſtas in uertice ſummo,
Tum facilis, tum fit dulcis, licet antè moleſta.
Optimus ille uir eſt primusq; ſibi omnia noſcens
Conſulere expendens quæ pòſt prodeſſe ualebunt.
Sed bonus hinc ille eſt, audit qui recta monenti.
Qui ſibi conſulere ignorat, nolitq; monenti
Auſcultare alij, nullusq; & inutilis hic eſt.
Sed tu noſtra animo ſemper præcepta reuoluens,
Eſto operi intentus Perſe diuine, fames ut
Te premat inuidia, Cereri ſed amore pudicæ,
Illa tua omnigeno ſic impleat horrea uictu.
Ecce fames comes eſt hominis certiſſima pigro.
Addc quòd hanc odia ſuperiq; homines q; ſequuntur,
Quiſquis ſegnitia fucos imitatur inertes,

Quorum uenter apum consumit parta labore,
Ocia agens:sed opus tu quodq; in tempore cura,
Horrea ut accipiant maturum in tempore fructum.
Ditescunt homines ex sedulitate laborum,
Quin operans fies multo mortalibus & dijs
Charior:his odio,cui corpus torpet,habetur.
Turpe labor non est quicquam,sed inertia turpe.
Tu studio,ad studium quoq; perstimulabis inertem
Ditescens.at opes uirtusq; decusq; sequuntur,
Dijs similis fies.meliusnil ergo labore:
Siq; nec alterius cupiens rerum,usq; laborans,
Vt iubeo proprium studeas acquirere uictum.
Vtilis haudquaquã est homini pudor hospes egenti.
Nunc iuuat ille uirum,nunc officit ille uicissim.
Vir pudibundus inops manet, audax fit citò diues.
Nil unquam rapias,data cœlitùs optima dona.
Cuius enim fuerit manuum res aucta rapinis,
Siue usu linguæ mendacis (qualia fiunt
Humanis animis lucri dulcedine captis,
Dumq; pudor nullus,sola irreuerentia regnat)
Hunc malè dij uexant, rursum possessio primùm
Atteritur,felix nec longo tempore uiuit.
Par scelus hic à quo supplex & læditur hospes,
Patrat & ingreditur quicunq; cubilia fratris
Vxorem maculans, & sancta cubilia stupro.
Peccat & is qui lædit utroq; parente carentes,
Quiq; senectutis supremo in limine stantem
Haud timet immiti sermone offendere patrem.

Hunc

Hunc pater ipse Deûm Saturnius odit, & illi
Factis pro iniustis tandem mala digna rependit.
Sed nunquam Perse tu quicquam feceris horum,
At pro uirili superis dijs fac sacra, purè
Mundeq; & pingues coxas adoleto sub aris,
Nunc uini pateris, nunc placa thuris odore,
Solis ad occasum facies & solis ad ortum,
Vt tibi perpetuò fausti sint atq; fauentes,
Vtq; iuuare queas alios, non te iuuet alter.
Hoste tuo, ad cœnam tui amantem accerse, relicto:
Hunc tamen ante omnes, paries quem separat unus
Abs te. si qua etenim tibi res peragenda domi sit,
Discincti uicini aderunt, cingentur amici.
Damnum uicinus malus, auxilium bonus ingens.
Atq; bonum nactus uicinum, est nactus honorem.
Nec res, uicinus ni sit malus, ulla peribit.
A uicino aliquid capias si mutuò, eâdem
Mensura, ac non si possis sine fœnore redde,
Indigus ut rursum nullam patiare repulsam.
Ne mala lucra pares, mala lucra æqualia damnis.
Sis charus charo, uisentem inuise uicissim.
Quiq; dedit, reddas: nil da, qui nil dedit unquam.
Danti aliquis dedit: at nil danti quis dedit unquam?
Dos bona, sed nunquam bona mortifera ulla rapina.
Qui dat sponte lubens, quamuis hic grandis præstet
Munera, lætatur, facit atq; hoc corde sereno:
Qui uerò ipse rapit, nullo remorante pudore,
Sit quamuis paruum, cruciatum hic pectore sentit.

Nanq; ſuper paruum, ſi paruum apponere curas,
Sæpius & facias, citò magnus fiet aceruus.
Effugit ille famem, præſentem qui auget aceruum.
Sufficit hoc minimè, quod cella penaria ſeruat.
Eſſe domi præſtat, nam damnoſum foris eſſe.
Dulce eſt, de cumulo præſenti ſumere: contrà (rũ,
Eſt graue, egere aliquare abſente. hinc ſis memor ho
Dum plenum eſt, fermeq; uacat uas, largius hauri:
In medio parcas, in fundo parcere ſerum.
Dicta prius merces detur famulo, idq; benignè.
Et cum fratre iocans, cura tum teſtis ut adſit.
Fidere ſæpe nocet, nocet & diffidere ſæpe.
Ne fucata tua ſpoliet te mente caueto,
Fœmina, blanda, loquax, nidi damnoſa uorago.
Confidit furi, qui confidit meretrici.
Hinc patrius ſeruet dilectus filius ædes.
Sic tibi res creſcent, procedentq; omnia dextrè.
Fac moriare ſenex, gemina ex te prole relicta:
Namq; Ioui facile eſt locupletes reddere plures.
Curaq; multorum maior, plus ſertur in arcam.
Si cupias ſummis quoq; tu diteſcere uotis,
Perſe, ſic facito, uſq; laborem annecte labori.

LIBER SECVNDVS.

PLeiadas cernens orientes, demete frugem:
Vomere uerte ſolũ, quũ ſubmergũtur in undas:
At bis uicenas latitant noctesq; dieſq;,
Hinc iterum apparent impletis menſibus anni,
Tempore quo primum incipiunt ſplendeſcere falces.

Hæc

Hæc lex aruorum eſt cunctis ſeruanda colonis,
Siue habitent illi rauci prope littora ponti,
Pinguia ſiue colant in uallibus arua remota
A ponto procul. At nudus ſere, nudus arato,
Et nudus metito, Cereris ſi in tempore cuncta
Officia exoptes curata ut tempore creſcant
Quæq; ſuo: nec quando, grauis dum uexat egeſtas,
Fruſtra mendices aliena per oſtia uictum,
Vt qui nunc ad me uenisti. at non dabo quicquam
Aut dono, aut uſu: ſed Perſe ſtulte labora.
Ipſi terricolis dij conſtituêre laborem,
Ne cum filiolis, cum coniuge, pectora triſtis
Panem à uicinis quæras, ipſiq; repellant.
Forſitan accipies bis téruc. at ſi inde moleſtes,
Efficies nihil, in uanum ſed plurima dices.
Sed quid uerba iuuant? horror, memor eſto parare
Ipſe feram unde famem places, ac debita ſoluas.
Primùm, ædes, famulam, taurum qui ducat aratrum,
Emptam non ductam, tua quæ iumenta ſequatur.
Hinc memor apta tuæ domui inſtrumenta parato,
Ne poſcas alium illa, & eo ludâre negante.
Tempora diffugiunt, inceptaq; res taret auctu.
Ne differ ſub cras opus, adq; diem inde ſequentem,
Nam ſua deſidiam ſectans replet horrea nunquam.
Nec cunctatur iners: ſtudium rem promouet unum.
Hinc eſt lucta pigro cum paupertate perennis.
Cum deferbuerit Phœbeæ lampadis ignis,
Atq; calor ſudorificus, cum Iuppiter imbrem

Menſibus autumni fundit, corpuſq; leuatur
Humanum, ac recipit uires (quia Sirius horis
Per lucem exiguis, hominum tunc imminet ardens
Verticibus, uerùm ſeſe plus nocte fatigat)
Deniq; cum cariem contemnit ſecta ſecuri
Sylua, & fundit humi frondes, ceſſatq; uirere,
Cædere materiam è ſyluis tum ſis memor aptam,
Vt mortariolum tripedale. trium cubitorum
Piſtillum, atq; axem reſecato ſeptipedalem:
Octopedum ſi ſit, tum malleus abſcindatur,
Tres palmus rota habens ſit, denas currui habenti:
Plurima ligna incurua ſeces. dentale per arua
Aut montem quæres, inuentum confer ad ædes
Ilignum. nam tale haud frangitur inter arandum.
Si clauis buri, Cereris qui munia tractat
Rusticus infigens, temoni adiunxerit aptè.
Sed tibi ſub tecto fabricans duo aratra parato,
Perfectum ac rude: nam multo præſtantius eſt ſic:
Nempe uno facto, tum tauris alterum ut addas.
Temones ualidos de lauro ulmoq; recides.
Ex quercu buris, dentale ex ilice fiat.
Sintq; nouem annorum tauri, his firmiſſima membra,
Conuenientq; operi medio ætui flore uigentes.
Non illi inter opus miſcentes prælia, aratrum
Frangentq;. incœptũq; ita opus linquent ſine fructu.
Hos numerans annos uir quadraginta ſequatur.
Poſtquam edit panem morſus quater octo tenentem,
Sollicitus rectum curet tum ducere ſulcum,

Ad

Ad ſocios non reſpiciens, ſed pectore toto
Incumbens operi: non iunior aptior illo eſt
Spargere ſementem, & loca ſemine ſparſa cauere.
Iunior ad ſocios crebrò uaga lumina flectit.

Obſerua, ſi quando gruis uox clangit ad aures,
Nubibus ex altis dantis tibi ſigna quotannis:
Nam fert ſigna ſoli uertendi, & tempora bruma
Indicat: at bobus uenit ipſa ingrata carenti,
Incluſas ſtabulo uaccas tum paſcito fœno.
Dicere perfacile eſt, Cum bobus des rogo currum:
Et facile abnuere eſt, proprijs bobus labor inſtat.
Vir cordatus ait, Currum compinge tibi ipſe.
Stultus at hoc neſcit, centum is ſibi ligna requirit.
Sed tu cuncta domi curato negocia primùm:
Et ſimul ac ipſum iam tempus uenit arandi,
Tum quoq; cum ſamulis inſiſtas ipſe labori.
Humidus & ſiccus ſit ager quum ſcindis aratro,
Mane bene aggrediens, ſpicis onerentur ut arua.
Vere ſolum proſcinde, iteratum haud fallet in æſtu.
Eſto noualis ager, cui uis committere ſemen.
Dira nouale arcet, puerorum eſt blandaq; nutrix.

Terreno fac uota Ioui, Cereriq; pudicæ,
Vt placidi pleno dent arua graueſcere fœtu.
Fac uota aggrediens terram ſulcare, manuq;
Corripiens ſtiuam ſtimulis quum dorſa trahentum
Vimine taurorum: ſed tunc te ponè ſequatur
Raſtra puer portans, quum mandas ſemina terræ,
Isq; auibus ſemen celando negocia ponat,

(Sedulitas homines iuuat, at socordia ledit)
Sic grauis in terram fructu nutabit arista.
Siq; tuo placidus Deus annuat inde labori,
Eijce tum uasis, quas fecit aranea telas,
Et cunctis plenis uictu lætabere uisis.
Inueniet te uer epulantem, non eris unquam
Indigus alterius, sed opus tua ope alter habebit.
Sed tibi solstitio brumæ si terra subacta est,
Raras innitens genibus resecabis aristas,
Dragmata pauca ligans, reptansq; in puluere tristis,
Corbe uehes messem, paucis erit illa stupori.
Nunc etenim magni Iouis hæc, nunc illa uoluntas,
Ac homini illius mens perscrutabilis ægrè.
Quòd tibi si serò sit aratum, hæc una medela est.
Tempore quo primùm coccyzat in arbore coccyx,
Humanasq; suis demulcet cantibus aures,
Tum triduum totum si fundat Iuppiter imbrem,
Qui non destituat bouis aut uestigia uincat,
Primus ita æquè multa metent & serus arator.
Pectore cuncta tene memori, nec tempora cani
Te lateant ueris, nec tempus quo cadit imber.
Fabrorum uitato focos, nugasq; calentes
Tempore brumali, cùm frigora corpus adurunt.
Tum propriæ domui uir prospicit omnia gnauus.
Ne te sæua dies hyemis deprendat egenum,
Constringatq; pedem manus attenuata tumentem.
Multa uir ignauus, dum se spe pascit inani,
Indigus interea uictus, mala corde uolutat:

Namq; potest inopem minimè spes pascere, pigra
Ocia sectantem, & tenuis cui copia rerum.
Tu media exerce famulos æstate labore,
Non erit usq; æstas, curate in tempore nidos.
Excoriatorem pecudumq; hominumq; Decẽbrẽ
Euita studio summo, glaciemq; molestam,
Quæ per humum Borea solet indurescere flante.
Is per Thraciam equis claram flans, Oceanoq;
Incumbens, mugire facit terramq; nemusq;.
Alticomas quercus, ornosq; ex monte profundam
Deijcit in uallem, rapiens radicibus imis
Flamine præcipiti, strepitu boat ardua sylua.
Tumq; feræ exhorrent, caudasq; sub inguina ponũt.
Densa licet pellis setisq; pilisq; sit ipsis,
Sic tamen armatas Boreæ uis frigida transit.
Nec bouis hunc arcet tergus, sed ad intima perflat.
Perflat & hirsutas capras: sinit esse bidentes
Immunes. anno nam toto in corpore lanæ
Perdurant: facit ille senes incedere curuos.
At non mollicutes infestat uirginis artus,
Quæ manet intra ædes matri coniuncta paternas,
Nescia adhuc quid amor, quid sint tua facta Dione.
Vndiq; sed tenerum corpus bene lota, oleoq;
Perlita odorifero, tectum intra nocte quiescit,
Tempore quo polypus proprios depascitur artus,
In gelido recubans antro, madidoq; cubili.
Nondum etenim inuitat sua lustra relinquere Titan.
Qui super Acthiopum populos incedit & urbes,

Tempus ad exiguum se terræ ostendit Achiuæ,
Syluicolæq; feræ tunc undiq; quotquot inermes,
Quotquot cornigeræ stridentes dentibus, altas
Percurrunt syluas, resq; omnibus est ea cordi,
Quæsitisq; diu in latebris sua corpora sternunt:
Sed similes homini baculus cui tertius est pes,
Cuiq; est iam fractũ dorsum, et dependet humi frons,
Huic similes, inde aufugiunt ubi nix iacet alba.
Tunc, quod mando, tuũ corpus bene uestibus arma:
Indue talarem tunicam, superindue chlænam:
Staminibus raris inducas licia densa:
Injceq; hinc uestem, ne horrescant frigore crines.
Néue tibi horriduli rectiq; in corpore surgant,
Induc perones pedibus de tergore tauri
Fortiter occisi, prius intus crinibus opplens.
Et bruma aduentante, bouis tibi consue neruo
Pelles hœdorum, ut latè imponantur ad imbrem.
Pellendum dorso: crinesq; caputq; galerus
Arte laboratus tegat, ut ne aures madefiant.
Frigus in aurora sæuum est aquilone rucnte,
Astriferoq; cadens in terram ex æthere mane
Aer fœcundans segetem, super arua resedit.
Qui primùm liquidis fluuiorum hauritus ab undis
Hinc ui uentorum è terra sublatus in altum,
Nunc pluuiam sub noctẽ adfert, nunc flamina gignit,
Vndiq; Threijcio nubes aquilone ciente:
Hunc tu præueniens acto pete tecta labore,
Ne properans cœlo te fors nebula occupet atra,

Et

Et madidum corpus, ueſtesq; intingat in imbre.
Hinc præuitato mensis sæuissimus hic est
Brumalis, grauis & pecori & mortalibus ipsis.
Pabula iumentis tum parcius obijce, uerùm
Plus homini apponas, quoniam longissima nox est.
Hæc obseruato, dum impletis mensibus anni
Aequa dies fuerit nocti, & dum denuò mater
Cunctorum tellus fructus ferat alma recentes.
Cum post solstitium brumæ regnator Olympi
Sexaginta dies confecerit, illicò deinde
Oceani Arcturus sacris releuans caput undis
Exoritur, fulgens noctis uenientibus umbris.
Hunc post, lugubris rege ex Pandione nata
Ad uer primum oculis hominum se ostendit hirundo,
Huius præueniens aduentum, incidito uites.
Cùm calida è terra reptat testudo per agros
Pleiades fugiens, tum tempus mittere uites,
Sed falces acue, atq; in messem mittito seruos.
Desere mane torum, & ualeat consessus in umbra
Temporibus messis, cum Phœbus corpus adurit.
Sed properans cura, ut fructus sub tecta uehantur.
Surgito manè, tibi ut uictus contingat abundè.
Confi,itur facilè pars tertia mane laborum,
Aurora acceleratq; uiam, acceleratq; laborem.
Multi iter incœptare solent illius ad ortum,
Bobus & injcitur tum multis pondus aratri.
Carduus in pratis cum floret, & ore cicada
Arboribus latitans dat acutum stridula cantum,

Crebrò

Crebrò alas quatitans, operoſæ æſtatis in hora,
Tunc capræ pingues, tunc & molliſſima uina,
Fœmina tunc coitus auidiſſima, languidus eſt uir.
Non capiti & genibus uires Canis æſtifer aufert,
Corpus & exuccum facit æſtas ſaxea. tum te
Vmbra habeat, tumq; adſint Biblina uina, placenta
Lactea, lacq; capræ, quæ non alit ubere fœtum,
Nec teneri uituli nondum enixi caro deſit
Hædorumq; recens natorum: nigra ſub umbris
Vina ſedens miſce, recrea cor dulcibus eſcis,
Spirantem leuiter faciem conuerſus ad Eurum,
Et fontem aſpiciens fine limo & fine fluentem:
Sed ter aquam funde, & quarta uinum uice miſce.
Brachia cum primum profert robuſtus Orion,
Sacra iube excutiant famuli Cerealia dona,
Area in æquali, & uentis regione patente.
Excuſſam Cererem metire, in uaſa reponens.
Quumq; tenes omnẽ iam ſtructũ intra horrea uictũ,
Quære domo propria famulum, famulamq; carentẽ
Prolibus. illa ſolet, quæ lactat, inutilis eſſe.
Paſcere cura canem quoq; ſit, ne parcito pani,
Ne tua furetur ſolitus fur ſtertere luce.
Poſtremò monco, ut fœnum paleasq; recondat,
Vnde boues paſcas mulosq;. his omnibus actis,
Tauris deme iugum, & famulis concede quietem.
Cum medio cœlo Canis Orioq; uagantur,
Arcturumq; aurora uidet ſibi ſtare propinquum,
Collige tunc omnes Perſe de uitibus uuas,

Et bis quinq; dies noctesq; exponito ſoli,
Sint & quinq; dies ſine ſole, in dolia ſexto
Munera leticiam Bacchi parientia conde.
Poſtquam pleiades hyadesq;, atq; amplus Orion
Occiderint, tum mox inuertere uomere terram
Eſto memor: ſic quæq; ſuo anni tempore fiant.
At tibi difficilis res ſi ſit nautica cordi,
Tempore quo eoæ Atlantides Oriona
Vitantes ſæuum, pelagi conduntur in undas,
Omnigeni miſcent inter ſe prælia uenti,
Hinc tua nulla mihi tum currat in æquore nauis:
Cura ſit, ut iubeo, tellurem inuadere aratro.
Nauigium ſubduc in littus, & undiq; ſaxa
Aduolue, ut ſedeat tutum ſpiramina contra.
Eijce aquas pluuias, ut ne Iouis imbre putreſcat.
Arma ratis cuncta ad tua tecum culmina confer,
Carbaſa, quæ nauis ſunt alæ, ritè plicato,
Suſpendas fumoſa ſuper laquearia clauum.
Ipſe uiam differ dum tempus uenerit aptum,
Tum nauem æquoreas in aquas deducito, & illam
Mercibus oppleto, unde domũ bona lucra reportes.
Sic noſter ſolitus pater eſt dare uela per undas,
Perſe chare, bonum uictum hinc æquumq; parabat.
Et ſemel hac tenuit curſum, emenſus mare magnum,
Aeolica à Cuma ſoluens cum naue picata:
Non quòd diuitias amplas fugiebat, opesq;,
Sed paupertatem mortalibus à Ioue miſſam,
Illud Helicone procul, miſerãda habitabat in Aſcra:

Qui malus ac grauis est, brumaq; æstateq; uicus.
Curandum Perse tempestiuo omnia fiant
Tempore, sed primam hanc curã res nautica poscit.
Laudato exiguam nauem, at res credito magnæ.
Quo maior uectura, lucra hoc maiora futura,
Si modò contineant rabiosi flamina uenti.
Quando ad mercatum uertisti pectora, sic &
Debita conaris uitare, famemq; molestam,
Multisoni ostendam pelagi cursusq; modosq;:
Non tamen ipse rei, quæ pertinet ad mare, doctus.
Nam nunquã rate sum spacioſa per æquora uectus,
Præterquam Eubœam ad uicinã ex Aulide, ubi olim
Argiui à ducibus populi collectio facta est,
Dum sæuum mare ibi tenuit Troiam ire uolentes.
Illuc Amphidamantis ego ad certamina ueni,
Chalcidaq; intraui. nam plurima præmia clari
Proclamata uiri statuêre: at carmine tum me
Victorem, tripodem auritum retulisse recordor.
Hunc ego suspendi Musis Heliconis honorem,
Primùm ibi fecerunt me hymnum tentare sonorum.
Nunc mihi quanta fuit ratium experientia cernis:
Attamen Aegiochi mentem reserabo tonantis,
Nam docuêre deæ me sacrum pangere carmen.

Quinquaginta dies pòst, quàm se uertit ab usto
Sol Cancro, æstatis iam parte cadente suprema,
Est opportunum fluctus intrare marinos.
Non facilè frãges nauem, aut homines mare perdet,
Perdere si nolit princeps Neptunus aquarum,
Siue deũm simulatq; hominum rex Iuppiter altus.

Namq; per hos pariter ſtat cardo boniq; maliq;
Non uarij tum flant uenti, iacet unda quieta,
Tum trahe confidens uentis ſecurus in altum
Nauem, ac ſarcinulas impone ſuo ordine cunctas.
Ne differ reditum, citò ſed properato reuerti:
Neu pluuiã autumni expectes, Bacchũq; recentem,
Inſanoſq; noti ſtatus, hyememq; ſequentem.
Namq; autumnali pluuia comitatus abundè,
Fluctibus horriſonis imum mare concutit auſter.
Aſt iter eſt aliud per pontum tempore ueris,
Cum primùm apparent frondes in uertice fici
Tantæ, quanta pedum reddit ueſtigia cornix
Per terram incedens: tum ſit uia peruia ponti.
Atq; hic eſt curſus, qui ſit ſub tempora ueris:
Sed nulla ille animo noſtro ratione probatur,
Maturus nimium, datur ægrè euadere cladem.
Attamen hæc homines cæci mente omnia tentant.
Nam miſeris anima eſt dirum mortalibus aurum,
Sed durum oppetere ac ſubmergi gurgite falſo eſt.
Hinc præceptorum uolo te memorem eſſe meorum.
Nunquam quicquid habes totum committe carinis,
Plura domi linquens, pauciſſima credito naui.
Nam graue, damna pati medijs in fluctibus atris,
Vt graue ſi plauſtri nimio ſub pondere preſſi
Axis frangatur, res diſpergantur & omnes.
Hinc modũ ama, bonaq; in re occaſio prævalet omnis.
Iunge tibi uxorem dum firmus adhuc uigor adſit,
Annos cum numeras ter denos, plúsue minúsue,
Aptum eſt coniugium: decimo ſed fœmina quarto

Anno pubescit, nubat mox deinde sequenti.
Virginem, ut instituas laudatis moribus opta,
Vicinamq; tibi præ cunctis delige sponsam.
Sis tamen hic cautus, ne te uicinia ludat,
Nil uxore uiro melius contingit honesta,
Nilq; mala peius: tali, quæ uiuere lautè
Clàm solet. hæc quamuis ualidum, sine torre maritū
Vrit & exiccat, citiusq; senescere cogit.
Sedulus obserua curam, cultumq; deorum.
Dilige post fratrem, socium: quod si parem amorem
Esse uelis, socius ne lædatur prior abs te,
Neue illi fictum tua lingua ostendat amorem.
Si dicto incipiat prior ille aut lædere facto,
Tunc memor esto, eademq; illi cum fœnore redde.
Rursus amicitiam ueterem obseruare uolentem,
Atq; pati pœnas uiolati fœderis à se,
Suscipe, (nam miser est, crebrò qui mutat amicos)
Nec tua pòst unquam facies præ se ferat iram.
Ne multos, neu rursum habeas nullos tibi amicos.
Prauos euitato, bonis noli esse molestus.
Paupertatis inops nunquam grauis audiat ex te
Opprobrium: nam dos est numinis illa potentis.
Lingua bonū eximiū est homini, si pauca loquatur,
Siq; modum conseruet, inest tum magna uenustas.
Si probris laceres, lacraberis illicò peius.
Publica cùm celebrat populus conuiuia, confer
Accedens aliquid tecum, nec sordidus esto.
Pro sumptu exiguo redit ad te magna uoluptas.

Nunc

Manè Ioui ac reliquis superis libare caueto
Illotis manibus. Dij sordida sacra recusant.
Ad faciem solis conuersus meiere noli:
Sed quando occubuit, donec fuerit nouus ortus.
Atq; quibus sis cunq; locis, facere inter eundum,
Detectus ue caue: nam Dijs sacræ quoq; noctes.
Vir pius, ac dextro donatus pectore, meiet
Siue sedens, siue admoto stans corpore sepi.
Res fuit in thalamo chara cum coniuge, Veste
Tum tibi pollutò caue ne petragantur honores.
Nec Veneri cœna funebri incumbe reuersus:
Verùm epulis surgens lotis, lautisq; Deorum.
Nè fluuios pedibus calcaueris usq; fluentes,
Ni prius aspiciens exores pulchra fluenta,
Ac manuum sordes in aqua purgaueris antè.
Qui fictilium impurus nullum calcare ueretur,
Hunc superi oderunt, aegrè post mala plurima sentit.
Symposio in celebri, præsentes sunt ubi diui,
Ne resecees ungues cultello à sorde repurgans.
Ne cratera super potantum pone lagenam:
Qui facit, ueniet mors illi cruda repentè.
Aedificansq; domum, ne linquito semiparatam,
Ne sedeat clamosa super cornicula cantans.
Neu comede ex illa quæ non benedicta patella est,
Néue laues: quoniam factis quoq; pœna stat illis.
Ne puerum seu sit natus ter quatuor annos,
Seu totidem menses, educas molliter, inq;

Delicijs: siquidem nil uiribus officit æquè.
Néue ad balneum, ubi mulicbris turba lauatur,
Vir lotum ueniamnam pœna grauis quoq; tali
Euenit. aut ueniens superis ubi Dijs sacra fiunt.
Ne culpes ea: quippe Dei hinc accenditur ira.
Præcipuè hoc cauea, uel fluminum in ostia, cursu.
In mare quæ properant, uel in ipsos mingere fontes:
Néue aluum exonerès: nam non est utile factu.
Sedulus ac hominum famam uitato molestam:
Ingens fama malum, facilisq; illius origo est.
Perfertur grauè, & orta semel deponitur ægrè.
Illa etenim prorsus nequit euanescere fama.
Vndiq; quam uulgus spargit, quoniã quoq; diua est.

HESIODI DIES.

Rité dies seruans, quæ sunt Ioue patre creatæ,
Optima die seruis quòd sit tricesima mensis,
Ac opera inspicere, ac dimensum diuidere illis,
Qua solet & populus tractare forensia iura.
A' magno Ioue principium est & origo dieb⁹.
Prima dies sacra est, tum quarta & septima sacræ:
Namq; hac Latona genitus perhibetur Apollo.
Octaua, & Lunæ crescentis nona, putantur
Esse bonæ, quæuis opera atq; negocia obire.
Laudantur quoq; post decimam prima atq; secunda:
Scito tamen, quòd sit longè hæc præstantior illa.
Hac tondę pecudes, lætam illa demete frugem.
Pendula & hac tenuis connexit aranea telas,

Quòd

Quòd ſit plena dies, formicaq; rodit aceruum:
Illa exordiri telam mihi fœmina curet.
Tertia poſt decimam infœlix conſpergere cultum
Semine agrum, præſtat tamen optima robora plãtis.
Sexta ſuper decimam teneris aſperrima plantis:
Apta mari gignendo, ſed eſt non apta puellæ
Gignendæ primùm, nec eam tum nubere præſtat.
Sextaq; præcedens gignendæ inimica puellæ eſt,
Apta hœdis, ouiumq; uiris excindere teſtes,
Et pecudum ſtabulum communire undiq; ſepto.
Dandis apta uiris: & amat conuicia, falſa
Verba loqui, clàm ſermones ſerere inter amantes.
Menſis at octaua cæſtres caprumq; bouemq;
Luce duodecima mudis caſtratio fiat.
Sed cum uicenus lunæ iam uoluitur orbis,
Vir tibi naſcetur prudens, & ad omnia dexter.
Dandis apta uiris decima eſt: hinc quarta puellæ
Blanda fauet: pecoreq; nec, curuoq; boues pede tunter,
Et celeres catulos, imilosq; operum patientes
Impoſita cicurabo manu, uitare memento
Quartam iam medij; tum quartam deficientis
Menſis: namq; animum tum curæ mille remordent.
In quarta prima uxorem tibi ducito charam,
Auguria obſeruans, quæ ſunt dexterrima tædis.
In primis quintas fuge peſtiferasq; grauesq;:
His etenim Eumenides terramq; hominesq; pererrãt,
Suppliciumq; ferunt periuria falſa locutis.

Septima post decimam felix Cerealia dona
Arca in æquata recte terere, atq; flagellis
Excutere: ad thalamum faber hæc tibi ligna fecato,
Tum quoq; materiam fabricandis nauibus aptam.
Incipias quarta naues sarcire vetustas.
Iam nonæ mediæ pars ueſpertina probatur:
Ac homini innocua est, quæ nona est ordine prima.
Confert & plantis, tum fœmellisq; uirisq;
Gignendis simul est felix, nec inutilis unquam est.
Sed latet hoc multos, quòd sit penultima mensis.
Optima, seu reserare uelis uasa seu iuga dura
Bobusq; & mulis & equis annectere collo,
Seu tibi sit placeat nauem deducere in altum.
Nanq; datum paucis discrimen noscere uerum.
Vasa aperi decima quarta: nam præ omnibus hæc est
Sacra dies, post uicenam: quæ solis ad ortum
Est bona, ad occasum mala. laudent pauci alias hinc
Iamq; dies aliæ felices atq; benignæ,
Contrà aliæ ancipites sunt, & uirtute carentes.
Et laudant alias alij, est cognitio paucis.
Sæua nouerca dies nunc est, nunc mater amica.
Is felix ac prosper aget, qui hæc omnia seruans,
Sic uitam instituat, Dijs inculpabilis ut sit,
Auguria obseruans, nec quicquam spernere tentans.

HESIODI OPERVM
& Dierum finis.

REVERENDISS.

IN CHRISTO PATRI AC ILLVstriss. Præsuli & Dn. D. Nicolao Olaho Episcopo Agriēsi. S. R. Maiestatis per Hungariam & Bohemiam supremo cancellario, patrono suo humanissimo, Iqan. Ramus σὶφνμεῖ.

CV M nuper in Hesiodi opusculum, quod de Herculis clypeo scripsit, incidissem, Præsul illustrissime, nescio quàm insidiosa uoluptate me retinuerit, ut non semel legisse contentus fuerim, nisi iterum atque iterum de integro euolverem. adeò postrema mihi lectio semper noui alicuid promittere uidebatur. Sensi tandem quibus me insidijs occulta poetæ æmulatio occupasset: nimirum quòd hic minimè sui similis, totum se in certamen Homericum contulisset, magnificentiusq; quàm alibi assurgere niteretur. (nam in Georgicis & Theogoniâ, præcipuam operam in uocabulis & nominibus posuit) Homeri deinde & Virgilij clypeos huic comparaui, ut trium inter se poetarum discrimina, quantumq; alius alium figmentorum ac ingenij fœlicitate superasset, intelligerem. Homero igitur (quòd omnium primus fuerit) inuentionis laudem omnes uno

Clypeorū Vergilij, Homeri & Hesiodi cō paratio.

ore concedunt: quem Hesiodus tanta dexteritate imitatus est, ut non uno loco magnam illi laudis partem eripuerit. Vtroq; iunior Virgilius, breuiter quidē, sed & luculentius & utilius laborauit, qui totius ab ipsis ferè exordijs Romanæ rei historiā admirabili artificio repetiuerit. At Homerus et Hesiodus, quanquā non omnino, propemodum tamen hīc pares sunt. etsi inuentioni, quàm imitationi, plus laudis debeatur. Vtrius tamen ætas prior, & an ἡλικιῶται fuerint, iam olim apud maximos controuersium est: suisq; utrinq; testimonijs hæc res & oppugnari, & defendi potest. Nec satis scio quāti hoc faciundū sit, quòd uictū olim ab Hesiodo Homerum poetico certamine commemorant. Mihi certè si quid in tantis tenebris diuinare licet, nec contemporanei fuisse uidentur, nec unquam hunc illi poetico certamine commissum. non enim uerisimile est, in tanta laudis æmulatione, & temporū affinitate, alterū alterius labores tā manifestario furto aggressurum fuisse: præsertim cum uictū uictoris nimium semper pœniteat. uictorem autem ἀνταγωνίσου labores & ingenium ad sui nominis ornamentum inuadere, quid aliud est, quàm decretam sibi uictoriam pessimo iure aduersario ereptam esse confiteri? Quod cùm in alijs multis, tum maximè in comparationibus factum intelliges, in quibus interdum ne latum quidem unguē alter ab altero recesserit: nisi quòd is qui ætate posterior fuit, nonnihil commutatis

mutatis uerbis furtum suũ occultare conatus sit. Sed ne prolixitate nimia odiosus sim, ad Cel. V. uenio, cui nostri laboris patrocinium in tãta temporũ malignitate imponere ausus fui: confisus uel D. Nannij nomine, hominis V. Cel. studiosissimi, leuidense hoc munusculum non ingratum Cel. V. futurum: præsertim cũ iam olim ab ipsa tui ortus nobilissima infantia et doctos ornare, et crescentium ingeniorum conatus adiuuare cõsueueris. Accipe igitur Præsul generosissime, quem superioribus istis diebus ex Græco cõuertimus, Hesiodi clypeũ: opusculũ breue quidẽ, sed tale, quod cum Homeri quouis uolumine facilè conferri possit. Maximè enim hic conatus uidetur, ut illi principatũ extorqueret. Quod & sua Aeneide Virgilius molitus est: de cuius imitatione quia mentio incidit, quid hactenus mihi uideatur aperiam. Sed primis libris cum Odyssea contendit: illisq; quemadmodum suum Vlyssem Homerus, ita ille Aeneam, tot malis, tempestatib. & erroribus exercitum depingit: ut si uel nomen solum commutes, in diuersis scenis unius hominis fortunas recenseri, aut eundẽ histrionem alijs atq; alijs artibus personatum, induci credideris. adeoq; ille per omnia studiosè Homerum expressit, ut in Vlysse Aeneam, in Aenea Vlyssem, denique alterius in alterum fortunas tam cõformiter transtulerit, ut nihil eo nec similius nec melius dici possit: atq; ista parte (meo certè iudicio) Homerum longè superauit. Sex postremis

rum Hinc illi certamen est quod opus tantum abest ut superarit, ut ne æquarit quidem: tam ibi grandis, tam magnificus, quasi inimitabilis Homerus, ut nec à Deo quidem, si scribere incipiat, victoriam illi ereptũ iri metuerim. Quidtamen Virgilius superstes futurus erat, nescio, multum, qui extant, promittere uidentur labores: qui si sub quo artifice infantiam, sub eodem adolescentiam egissent, non dubium est quin grandiores longè, magnificentioresq; futuri erant. Vtut est, hoc cuicit, ut quanto hic inferior, tanto ibi superior excellentiorq; euaserit: usq; adeò, ut nisi utriusq; tempora tam certa essent, non tam Virgilius Homeri, quàm Homerus Virgilij imitator uideri posset. Verùm de his (quia huc non pertinent) satis. Ad te redeo, Reuerendiss. Præsul, obsecrãs ut istas nostri ingenij primitias ex tui nominis splendore aliquid ornamẽti decerpere patiaris (ἴσχυον γὰρ τοιούτῳ τὴν δύναμιν ἢ λύξαν ἐγγεμόνι τινὸς τ' ἑαυτῷ ἐπιπνεῦσαι μέτρα καὶ παρέχεσθαι.) Quod si facis, nostrosq; labores à Cel. V. probari sensero, maiora breui, quæ nondum ad iudiciũ populi maturuerunt, multo & lubentius & alacrius proferemus. Bene uale, generosissime atq; eruditissime patrone. Viennæ Austriacorum tertio Idus Maij,

Anno 1550.

P. PETRONII O. A. L. C.
Iohanni Ioannes Ramus.
εἰς παίστην.

Cui tradenda mihi dederas tua dona patrono,
Καίνε ἐμοὶ δόσι νικόδωρα παρέιχε νόον.
Et placido aspexit per te mea carmina vultu,
Ἀρχος ἀνιδρώτοις πλάγα αἰθρηγότητος.
Sit precor & huius fœlix sanctissimo corpore fœlix,
Ἄλβιος ἀβρὸν ἅλις ἐν δαιδάλῳ.
Tu quoq; qui tanti fecisti mihi numinis autor,
Αἰνὸς ἐμοὶ φιλόδωρ Νεβριδέων ἔσῃ.

AD MAGNIFICVM VIRVM, ET LIberalium studiorum assertorem acerrimum, D. Ioannem Hasenbergium Horatium, Archiducum Austriæ præceptorem, Ioannis Rami de Goes Carmen, quo totius opusculi argumentum continetur.

Ὦ ὑπατ' ἀσπαίρω ὅσα λάψανα ἔργα ποιητᾶ,
Καὶ πρότερον λατίῳ μή ποτε γνωτὰ, λέγω.
Ἐν δὲ σάκος μέγα ἡρακλέος, ἠὲ τόξα μέγιστα,
Φέσκελα ἠὲ φοβερῆ τοὐχὶ μορφῆς σύνι.
Ἔνθα Λερναίοντος ἐοῦ λεανὸς φόβος, οὔθ' ἁλὼ λύσσ.
Κῆμοι ἠὲ μαχίμη, λυσί τ' ἐεις ἅλομαι.
Ὑσμίνας τε, μάχας τε, φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε,
Καὶ μακάρων θαλίαι λαίστο, λυσί τε γαμοί.
Ζῶά τε, ἠὲ βλοσυρὰ λιφαλὰ, χαροποί τε λέοντες,
Καὶ τρυγετοὶ, βάκχε θάντα λάρα πατρὸς.
Τῦτο δὲ ἀργυέῳ χαλκοῦς ἐποιεῖτο φαέσφι,
Δέξιος ἦρ τίχυλα παύτοσε λαμπόμενον.
Τῷ μεμαὼς τὸν πύκνον ἀρήϊον ἦορ ἐπέφνε,
Υἱος ὁ Αλκμήνης ἠὲ μεγάλοιο Διός.
Ἔνθα Ἄρεω ἀλέγοντα ἴχνη δολιχόσκιον ἔγχος,
Ὄντα λιατὰ μῦρον, π' ἐξοναίξε λόρον.
Ἔνθα δὲ λιαὶ νύμφαι Ἀονιάδες, αἵτ' εὖ πόντῳ,
Νήσελις, ἠὲ μέσῳ φοίβος ἐφεζόμενος. (νων,
Φλῆκτρον ἔχων, παλάμοις τε χέλυν ἠὲ νεῦρ' ἐπιτά-
Καὶ λιγυρὸν χάρεντες φθέγμ' ἅμα μιλπόμενοι.
Εἰ δ' ἐβάλες γομάτων τε μέλος, ἠὲ πλήκτρα ἀνῦσαι,
Καὶ παλάμοις λιβαρὸν φοῖβον ἄγοντα βλέπειν,
Δόρκιο Λοκρείη τὸν βίβλον, ἠὲ κόλε πιδοῦσαι,
Μῶσαι λιᾶν λαροὶν πάντι σὺν ἀχέϊσιν.

Lectori.

Pingunt, Virgilius, uates Aſcræus, Homerus:
Aeneæ, Alcidæ, Peligenæ clypeos.
Belligeros contra Turnum, Cygnũ, Hectora donant
Alma Venus, uirgo Pallas, aquoſa Thetis.
Formauit ſuperûm cœleſtis dextera fabri:
Hæc ita feſtiuè ſacra poeſis habet.
Fulgida deſcribunt ſpecioſis ſcuta figuris,
Effigiem ueri principis, atq; animum.
Quem non uult uarijs mundi ſuccumbere curis,
Aut leuiter, uates Græcus uterq; trahi.
Romanus duros non formidare labores,
Pro modò uentura poſteritate iubet.
Eſſe animos tales ſolius munera cœli,
Tres ſimul unanimi dogmate conſtituunt.

GVILIELMVS COTVRNOSSIVS
in Clypei uerſionem.

Trunca uidens Italûm ferri ſua ſcripta per orbem,
Omnia nec Latio carmine uerſa legi,
Aſcræus gemuit uates: Et quid iuuat, inquit,
Sic mea truncato corpore membra rapi?
Progenies ſuperûm, & fratri quæ ſcripta colono,
Auſonios olim uerſa iuere pedes.
Alcidæ clypeus, Cygneaq; bella ſuperſunt,
Gloria quæ noſtri prima laboris erant.
Omnia uel Latium legat, aut intacta relinquat:
Nil mea ſic lacero corpore ſcripta iuuant.
Prodijt hinc igitur Ramus, gemitusq; poetæ
Suſtulit, & Latijs Herculis arma dedit.

HESIODI ASCRAEI OPVSCVLVM DE HERCVLIS clypeo, Latinitate donatum per Ioannē Ramū de Goes.

Orditur à commēdatione Alcmenæ, quæ Amphitryonem patris interfectorem Thebas secuta est.

CVM liquit patrios Tyrinthia regna penates,
Et Thebas, Alcmena, uirum comitata, petiuit,
Quàm placidos niueo tollebat pectore uultus,
Oraq; mortali nunquam concessa puellæ,
Nympharum matrumq; decus, sexusq; uerendi
Gloria, seu purum uideas sine crimine pectus,
Seu raros formæ spectes cœlestis honores:
Cuncta Cytherææ similis, quæ fronte decoram
Illi cæsariem dederat, lumenq; iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

Exemplum amoris coniugalis.

Insignemq; adcò, rerum nec inanibus auctum
Gestarum titulis, coluit uenerata maritum,
Quantum nulla queat uinclo sociata iugali.
Qui licet in patrem ferro grassatus honestæ
Coniugis, & tantum maculasset sanguine nomen:
Non tamen hoc facinus, cæsiq; iniuria patris,
Eripuit primos quos illi iunxerat ignes.
Verùm in Agenorcos, patria tellure relicta,
Tunc cum migrauit fines, Cadmiq; superbum
Imperio supplex populum, gentemq; petiuit:

Illa secuta,domus coniunx habitauit eadem.
Non tamẽ aut thalamo prius est dignata maritum,
Concubitu'ue admisit,agros quàm uerteret ultor
Hostiles,flammáq; urbes à stirpe ruisset
Telebοûm,Taphiûmq;,olim qui fortia ferro
Demisere neci magnorum corpora fratrum.
Hoc diuis quondam uotum iuratus Olympi
Fecerat:hos metuit,si quid promissa moretur
Soluere,ne tali poscant pro crimine pœnas.
Ergo opus aggreditur,promissaq; uota capessit
Iam certus,rapit arma ferox,subitosq; tumultus
Euulgat,belliq; omnes petit ordine curas.
Illi se comites equitum genus acre ruentum
Bœoti adiungunt,belli pugnæq; furentes
Ardore,& clypeos docti uersare trilices:
Locriq; insignes iaculo, breuibusq; sagittis:
Vnà magnanimi,genus insuperabile bello,
Phocides,in pugnam socij comitesq; sequuntur.
Tales Amphitryo populos,& talia bello
Pectora,Teleboas duros educit in hostes.
Consilium interea Deus altitonantis Olympi,
Anxius in curas animo conuersus agebat,
Quo tandem supremq; iras,hominumq; tumultus
Solueret,& totum freno subiungeret orbem.
Talia uoluenti,potior sententia uisa
Vna animo subijt:quam mox simulatq; recepit,
Vritur,& molli bene cincta uirginis igne

Occasio belli susceptι.

Catalogus populorũ, qui Amphitryonẽ secuti sunt.

Cur Iupiter Alcmenæ concubitum petuerit.

Ardet

Ardet amans, subitoq; furens delapsus Olympo,
Alta Typhaonij tetigit fastigia templi:
Inde petiturus diuina sede uerendum
Phicion hic partes agitur diuersus in omnes,
Cum subitò pulchræ thalamos nocturnus inibat
Virginis Alcmenæ, Venerisq; in mollia soluit
Dona animum, uoti compos, lectoq; receptus.
Mox illo labente die redit inclytus heros
Amphitryo, partis inimica ab gente trophæis.
Non famulos, non ille prius quod quisq; sequatur,
Explorat studium, nec agris commissa reuisit:
Quàm sua membra toro formosæ coniugis usu
Lassa refecisset, uotiua nocte potitus.

Cõparatio. *Tanta etenim uidui uis impellebat amoris*
Amphitryona ducem quantum qui ferre recusat
Præsentis curas morbi, subitoq; laborat
Tollere, & abruptis optat sibi libera uinclis
Membra dari, ut cœlum posset commune tueri.
Non secus exhaustis bellis, rebusq; peractis,
Ille domum, charosq; petit uictrice penates
Dextra, & uirgineos per noctem coniugis haurit
Amplexus, carpitq; suos quibus arserat ignes.
Sic quæ ignara Ioui thalamum, reducisq; mariti
Indulsit, septem claudentia mœnia portas
Ornauit duplici partus genialis honore:
Et fratres una geminos produxit ab aluo, (quam.
Nec quicquam aut animo simile, aut pectore quic-

Doti-

Dotibus hic minor ingenij, uirtutibus alter.
Alcides melior, pugnax, interritus, atrox.
Hunc, compressa deo superûmq; hominumq; potẽti:
Ast alium peperit, mortali iuncta marito.
Hic tamen ille Iouis natus, soboleſq; Tonantis,
Marte ſatum duris Cygnum confecit in armis.
Forte ſub umbroſo nemoris ſyluæq; receſſu
Delphicolæ Phœbi, magnum cum Marte uagantem
Vnà conſpexit Cygnum: fulgore minaces
Armorum, & currus metuendo robore fultos.
Pulſabant celeri terram commota uolatu
Corpora magnorum æripedum. denſiſſimus auras
Puluis ab illorum pedibus, plauſtriq; rotatu
Verſus, obumbrabat, proſpectumq; ire uetabat
Longius, obſcura denſans caligine cœlum.
Splendidus axis erat, temone inſignis & auro,
Quem circum rapido curſus ſonuere uolatu
Aeratis orbes radijs, chalybeaq; uincla.
Quo uehitur Cygnus curru, medioq; tremendus
Inſidet, atq; animoſſem turbidus haurit inanem:
Cum charo, Alciden ſperat ſe poſſe, nepote
Perdere, & exutos armis ſpoliare ſuperbis.
Talia, ſed tacitè, ſecum indignatus agebat.
Abnuit euentum uotis Cyrrhæus Apollo,
Atq; preces aliò uertit, dum uiribus auctum
Concitat Alciden, tantumq; impellit in hoſtem.
Magnus ab armorum radijs, natiq; patriq;.

Herculis & Iphicli fratrum comparatio.

Vbi & quo modo Hercules inciderit in Cygnum.

Per

Per nemus,& ſacras pharetrati numinis aras
Fulgor ijt,denſas illuſtrans lumine ſyluas.
Viſaq; neſcio quid penitus commota minari
Luminaq; uultusq; Dei,totoq; moueri
Pectore,& inſanis facies efferuere flammis.
Hei mihi,quis tantis auſit ferre obuius armis
Arma,niſi Alcides,magno comitante Iolao?
Nec,niſi eos quenquam tantos æquare labores
Poſſe reor,Martis ue iras,clademue morari:
Queis magnæ uires animo,queis fortia bello
Pectora,queis ualidæ pugnanda in prælia dextræ.

Poſteritatē aliquando maiorum ſuorum ſcelera luere.

Tum ſic Alcides memori ſermone nepotem
Aurigam affatur:Dulci mihi charior aura
O Iolae nepos,generis ſpes optima noſtri,
Aeternæ forſan ſedis ſuprema regentum
Numina,non parui ſceleris ſibi conſcius,olim
Læſerit Amphitryo,tunc cum ſacra mœnia Thebes
(Tirynthum fugiens) & Agenoris arua petiuit,
Ob cæſi inuidiam ſoceri:ſuppexq; Creontem,
Heniochenq; adijt:quem mox,ſimulatq; precando
Inſtitit,ornarunt donis,rerumq; dederunt
Quantum ſupplicibus ſatis,hoſpitioq; receptis,
Atq; ita fœlicem pulchra cum coniuge uitam,
Tranquillosq; dies,& fata quieta peregit.
Iamq; uno lapſus Titan reuolubilis anno
Menſes bis ſenos obijt:mox naſcimur ambo,
Ipſe tuus mecum genitor,ſacroq; parentis

Fundi-

Curribus in terram,curruſq; cacumina linquit.
Et iam tempus erat,uirides cum fortè cicadæ; Veris de-
Ramorum aſſuetæ foliis petulanter inerrant ſcriptio:
Vere nouo,tenui reuocantes carmine meſſem;
Et matutinos per pinguia gramina rores
Nocte abeunte legunt: quo iam cum Phœbus apertã
Luſtrarit mundi ſeriem,ſua fundere plena
Carmina uoce queant:cumq; omnis pullulat arboś;
Et tenues circum ſegetem naſcuntur ariſtæ,
Nec metuit dulcis ſurgentes pampinus Auſtros;
Et uerno Phœbus uites oppalliat æſtu,
Autor lætitiæ Bacchus quibus aſſolet omnes
Eripere infeſtas curas,animumq; leuare:
Inter ſe heroes hac tempeſtate ciebant
Arma auidi,pariterq; animis in bella feroces
Certa ferebantur:raptorum more leonum,
Quos natura ferox,& egeſtas cogit edendi;
Ardua ſectari ſurgentem in cornua ceruum:
Quem cum mole ſua ſuperatum dente necarint;
Inter ſe cupidi partæ pro corpore prædæ
Certant,& ualidis feriunt rugitibus auras.
Seu ueluti gemini roſtris in rupe repandis Cõparatio
Vulturij miſcent pugnas,certantq; cruentis
Vnguibus,infando cœlum clangore petentes,
Si quem fortè uident loca per ſylueſtria ceruum
Cornibus horrendum,capreamq; per alta fugacem,
Quam procul incautam nemora inter fronded fixit

Pastor agens telis, liquitq; uolatile ferrum
Ignarus, medias syluas saltusq; peragrans.
Delapsæ fugiunt montes, uixq; ægra trahentem
Crura feram rapiunt discordi dente uolucres.
Sic duo fatigeris heroes cominus armis
Congressi, ualidis impellunt uocibus auras.
Moxq; ibi sublatam Cygnus consurgit in hastam,
Incauto Alciden cupiens extinguere telo,
Aggressusq; agitur, clypeiq; insigne superbi
Percussit feriens hasta: sed in orbe quietum
Nequicquam telum pendens umbone resedit.

Cygnus ab Hercule interficitur.

Acrius aduersum rursus consurgit in hostem
Alcides Cygnum, & mediam qua partibus hæret
Acquis ceruicem tetigit, nexusq; reuulsit,
Queis galea & clypeus coeunt: qua cæde solutis
Neruorum uinclis, sed adhuc cum murmure linguæ,
In terram pronus cecidit. Ceu uicta securi
Sternitur infando gemitu decidua quercus:
Ceu Iouis icta sonat metuendo fulmine cautes,
Sic terræ incubuit: magno simul arma cadentis
Increpuêre sono. cui cum fugisset in auras
Vita leues, uicto tum ongè immanior hoste,
Alcides rapidi cautus uestigia Martis
Obseruat, tristi torquens fera lumina uultu.

Cõparatio. Ceu leo, qui prædam nactus, totamq; cruentis
In diuersa trahit pedibus, tantumq; fatigat
Dum cadat, atq; animam superatam morsibus efflet:
Assidet,

Aſſidet, & cupido paſcit fera lumina uiſu,
Horrendumq; oculis agitur, circumq; uolutat
Agmina, nunc humeros pulſans, nũc tergora cauda,
Sanguineisq; putrem pedibus conuerrit arenam.
Deniq; ſic totum furor immedicabilis aufert,
Vt nemo aduerſis illi concurrere ſignis
Audeat, aut propius motis conſurgere rixis.
Alcides talem Martiſe interritus offert.
Parte alia ingreditur Mars armiger, ore timendus
Sanguineo, ingentes iras ſub pectore uoluens:
Tum ſubitò incumbunt ualidis clamoribus acti,
Alter in alterius ſtringentes pectora ferrum.
Ac uelut excelſo reſoluta è uertice cautes
Excidit, & longum ſaltu defertur in orbem,
Dum cadat, & medium ſeriens in uallibus agmen
Impingat, reddatq; ſonum mons monte repulſus:
Haud ſecus aduerſum Mars indignatus in hoſtem
Incidit, horrendo cœlum clamore fatigans.
Sed Iouis Aegiochi ſobolcs ueneranda præibat
Alciden Ioue patre ſatum, manibusq; ferebat
Aegida terrificam, denſa caligine circum
Nube ſuperfuſa tectam: qua freta, ſuperbum
Ingreditur tali uerborum fulmine Martem:
Deſine iam tandem triſti contendere pugna,
Atq; animos cohibe: neq; enim magno Hercule uicto
Victorem ereptis ſpolijs te excedere pugna
Fata ſinentiuerùm iſta precor tam dura coerce

Græcorum more alias ex alijs cõparationes colligit.

Pallas Marti.

Arma,nec hanc nobis ueniam luctando recusa.
Talibus haudquaquam dictis uiolentia Martis
Flectitur:exuperat magis,ægrescitq; medendo.
Ingressusq; iterum Alciden feruentior,hostem
Occisurus,& illum,atq; illius arma iacentis,
Si qua fata sinant,mox erepturus,in illum
Insiluit,telumq; manu uibrante tetendit
In clypeum,cæsi miserando funere nati
Vlcisci interitum cupiens.sine uulnere telum,
Palladis armigeræ dextra auertente,repulsum est.
Iratus diud Mars auxiliante,perisse
Tam bene conceptum iaculum,mox obuius ensem
Arripit,atq; iterum fertur furibundus in hostem
Amphitryoniaden.uerùm ille interritus omnes

Mars ab Hercule in femore uulneratus.

Excipit incursus:femorisq; ubi uidet apertam,
Nec tectam clypeo,confixit arundine partem:
Ingentem clypeum,magniq; uolumina scuti,
Ictu tam ualido media intercîdit.at ille
Protinus incubuit madidæ superatus arenæ.
Accurrunt Pauor atq; Metus,dominumq; iacentem
Excipiunt,tolluntq; solo,corpusq; uolanti
Mox curru impositum , fuga non mortalis equorum
Abstulit æripedum, mediumq; per æthera uexit,
Dum miser in summum uenit derisus Olympum.
Tum satus Alcmena socio comitante Iolao,
Exuuijs Cygni pariter,spolijsq; potiti,
Inscendêre iterum currum,Trachina petentes

Mœnia:

Mœnia: se Pallas dea non mortalis in astra
Erigit, & summi petit ardua tecta Tonantis.
Interea cæso crudeli uulnere nato
Iusta facit Ceyx: pariterq; ea funera mœstus
Prosequitur populus lachrymãs, qui proxima seruat
Mœnia, Myrmidones, Anthea, Arneq; & Iolcus,
Atq; Helice, qui supremum comitantur honorem,
Interstuntq; patris lachrymis, luctumq; sequuntur.
Obruit illius tumulum populator Anaurus,
Hybernis auctus pluuijs, niuibusq; resurgens.
Hæc illi Arcitenens dederat mandata: quod ille,
Munera qui Delphis Centumtaurilia Phœbo
Annua pendebant, media spoliasset adortus
Sæpe uia, & tanto Phœbum fraudasset honore.

Ceyx Cygno iusta funebria facit.

FINIS.

HESIODI ASCRAEI THEOGONIA, BONINO Mombritio patricio Mediolanensi interprete.

INCIPIAM à Musis, Heliconis, carmĕ, *alumnis,*
Quæ iuga sacra colunt montis, spaciosaq; terga:
Nunc fontem solitæ circum saltare nigrantem,

Nunc Iouiam choreis ambire procacibus aram,
Et uel Termeſſi,uel fluctibus Hippocrenes,
Vel formoſa tuis Holmi diuine ſub undis
Membra lauant: ſummas Helicõ qua uerberat auras,
Mobilibus per ſtagna choris,dulciq; corona
Exultant,pedibusq; ruunt hinc inde decoris.
Denſior has operit liquidis è fontibus aer.
Nocte meant,pulchra nec eunt ſine uoce canentes
Aethereumq; Iouem,cultæ & Iunonis in Argo
Numina:congeſto ſoleis hæc utitur auro.
Additur his Pallas,magnus cum Pallade Phœbus,
Et quæ noctiuagis gaudet Diana ſagittis.
Teq; canunt Neptune pater,qui numine terram
Sæpe moues:magnãq; Themin,pulchramq; Dionem:
Quamq; Venus nigra nimium formoſa pupilla,
Quamq; ſit auratis Hebe ſpectata coronis.
Nocturnis memorant Lunam,Solemq; diurnis
Ignibus,Oceanumq; ſenem,Terramq; parentem.
His ſubit Iapetus,nigra Nox,Latonaq; mater,
Quæq; diem crocea defert aurora quadriga.
Te neq; prætereunt grauior Saturne,nec ullum
Quem genus à cœtu ſcierint duxiſſe deorum.
Hæ prius Heſiodo,tenues dum paſceret agnas,
Monte ſacro,pulchram dederant ad carmina uocem:
Meq; iſtis primùm compellauêre ſuſurris:
Paſtores,ſtudio quibus eſt ſylueſtris aucna,
Duntaxat uentres & carpi crimine digni:

Scimus

Scimus falſa loqui,non pauca ſimillima ueris:
Scimus uera loqui,fari cùm uera uelimus:
Sic doctæ magni Muſæ Iouis inclyta proles.
Tum ſceptrum legere ex lauro,ramumq; dederunt
Diuinamq; ambas uocem fudêre per aures:
Vt iam quæ fuerint,& ſcire futura ualerem.
Ergo beatorum genus eſt,dixêre deorum:
Seq; ipſas primùm canerem, tum ſi qua placerent.
Sed quid cum ſyluis agimus,uel (talia) petris?
Principium à Muſis igitur deducimus.illæ
Laude animum patris exhilarant:plerunq; canentes,
Quæ ſint,quæ fuerint,& quæ uentura trahantur.
Vox concors atq; indefeſſa canentibus illis.
Adde,quòd aula patris ſolet arridere dearum
Carminibus:reſonat domus alta niualis Olympi,
Cælicolûm domus.immortali uoce ſorores
Diuorum genus extollunt,laudantq; canendo.
Principiò quos terra dedit,cælumq; rotundum,
Et diuûm quicunq; genus deduxit ab illis.
Deinde Iouem memorant,hominũq; deûmq; parẽtẽ.
Principium finisq; ſui ſit carminis ille.
Sit quia maior dijs,& præſtantiſſimus horum.
Quid quòd & humanum genus,ipſorũq; Gigantũ
Dum memorant, mentem cogunt gaudere paternã,
Muſæ Olympiades,compti Iouis ægide natæ,
Mnemoſynæ ſoboles,obliuio certa malorum,
Curarumq; quies.ſacris hæc mater in oris

Pieriæ,magno peperit commixta Tonanti,
Mater Eleutheris præcraticui Iuppiter,illo
Haud diuûm præsente,nouem sub noctibus hæsit.
At postquam multas annus fuit actus in horas,
Et sua cœperunt afferre pericula menses,
Ecce nouem ad numerum nocturni pignora furti
Vno Mnemosyne peperit pulcherrima nixu,
Læta puellari fœtu.nam carmina Musæ
Semper agunt, uacuamq; gerunt formidine mentẽ:
Mentem,quæ niueo multum non distat Olympo.
Sunt illis pulchræq; domus,populiq; beati:
Quas pariter Charites,Desideriumq; frequentant.
Voce sonant læta,labijs modulantur amœnis,
Cœlicolûm legesq; sacras,moresq; canendo,
Fortè hilares cœlum formosa uoce petebant:
Immortale canunt,concentu terra renidet.
Adde pedum dulces strepitus:ibatur ad ipsum
Namq; Iouem.summis deus is dat iura colonis:
Ius habet & sæui tonitrus,& fulminis ille,
Vi patrem superans Saturnum:singula diuos
Inter agens,æquè meritos discernit honores.
Talia cœlesti cantabant arce sorores:
Clioq; Euterpeq; iuuans,& docta Thalia,
Melpomene,lætis & Terpsichorea choreis:
His subeunt Erato,memoriq; Polymnia mente.
Addimus Vranien,& quæ manet ultima: quanquam
Calliope cunctas supereminet unica Musas.

Hæc

Hæc claros ſequitur reges, quibus extat honori
Cætera Muſarum concordi lege caterua:
Ora ſolet regum dulci ſuffundere rore.
Quo fit, ut à linguis illorum dulcia latè
Verba fluant, præſtantq; fauis collata ſaporis.
Hunc unum aſpiciunt populi, quem munere donat
Calliope: ſeu fas dubium, ſeu iudicet æquum.
Quin ſolet oblatus uerbo requieſcere lites.
Hunc igitur uoco prudentem: quòd adeſſe bonorum
Sæpe rei, tutò ſolet & punire nocentem.
Mollibus affatur uerbis, dulciq; lepôre
Vtitur, atq; ſuo facilè impetrat omnia nutu.
Vtq; Deo, ſtat bonos illi, dum perneat urbem,
Mellitusq; pudor: micat inter deniq; cœtus.
Qualia ſunt, homini dare quæ nouêre Camœnæ.
Vos ô cantores, & qui citharœdus haberis,
Munera Muſarum in terris, & Apollinis eſtis.
Ab Ioue ſunt uates. felix, quem deniq; Muſæ
Obſeruant: huius dulcis fauus exit ab ore.
Præterea ſi quem luctus, lachrymæq; frequentes
Poßideant, animamq; urant mœroribus intus,
Dentq; illi Muſæ numeros, artemq; canendi,
Præteritos ueterum latè qua promat honores,
Cœlicolasq; : mali meminit non ille prioris,
Quod tulerat: tantum auxilio ſunt dona dearum:
Ab Ioue ſaluete natæ, date carmen amœnum:
Diuorum cantate genus, qui ſæcula uiuunt;

Quos genuit Tellus,& multo lumine Coelum,
Et nigra Nox,salsis & quos Mare pauit in undis.
Dicite quo diui fuerint,quo munere terra,
Quo mare,perfectis quo condita flumina ripis,
Astraq; cum radijs,& latus desuper orbis:
Quiq; ex his diui fuerint,rerumq; datores.
Quis diuis & opes,& quis diuisit honores,
Vnde uel his olim sublimis cesßit Olympus.
Dum licet,ista mihi cœli narrate colonæ,
Et mundo quæcunq; prius sint edita rerum.
Principiò confusa Chaos,sine imagine moles
Extitit,hinc uacuis Tellus apparuit aruis.
Nam prius ipsorum pauimentum facta deorum est,
Quondam qui cœlo sedes habuêre supremo.
Tartara dehinc unà sunt uisa dehiscere terra.
Et mox pulcher Amor surgit,mediusq; deorum
Cernitur.hic illos forma supereminet omnes.
Membra deus latè soluit diuûmq; uirûmq;
Consilium,atq; ipsam domitat sub pectore mentem.
Deq; Chao,liuens Erebus,Noxq; atra resultant.
Aethera Nox,ipsumq; Diem misisse putatur:
Quos Erebo coniunx peperit lasciua marito.
Tum quoq; sidereum Tellus grauis edidit orbem,
Par sibi præ cunctis Cœlum quo tegmen haberet,
Magnorum & fieret pauimentum sola deorum.
Hinc montes,gratasq; tulit conuallibus imis
Radices,Nymphæ sedes ubi sæpe tenetis.

Quid

Quid mare nõ domitũ memorẽ,ſæuumq; procellis,
Aſperſumq; metu?ſtetit hoc quoq; pignore Tellus.
Nec mora,concubuit Cœlo:bis ſena repentè
Stirps oritur.tumidis magnus prius emicat undis
Oceanus,ſubit Iapetus:nec deſuit ingens
Cœus, cumq; ipſo ſatus eſt Hyperione Creon: (thys.
Nataq; Mnemoſyne,Themis & Rhea,pulchraq; Te-
Quiq; micas ſerto Phœbe ſpectabilis aureo:
Ortaq; Thea grauis.demum Saturnus:is arma
Conſiliumq; gerit tacito ſub pectore uafrum.
Omnibus hic grauior natis:tenerumq; parentem
Carpit,& hunc multa ſolet incuſare querela.
Addidit his animo Cyclopas Terra ſuperbo,
Cum Bronte Aſteropem,nec uiuidus abfuit Arges.
Hi fulmen cudêre Ioui,tonitrumq; dedêre:
Cæterà ſunt diuis ſimiles.micat unus in ipſa
Fronte oculus,curuusq; aurem ſedet inter utramq;.
Id Cyclops,quod eis ſtat pro cognomine,monſtrat,
Nomine req; putes notos.fuit horrida uiſus
Effigies,& erat monſtroſi luminis inſtar:
Omnis ab aßiduo uis eſt infracta labore.
Verùm alios Tellus Cœlumq; creauit alumnos:
Tres ij ſunt numero,multo ſtat nomine fama.
Cum Gyge Briareũ numerant,Cottumq;,ſuperba
Pignora:Titanas his Iuppiter uſus in hoſtes.
Quinquaginta comas quinis,centumq; lacertos
Geſtat inacceſſos:audet contingere nemo.

Vis ingens,magni quam corporis æquat imaga.
Hi ſunt quos cœlum,materq; atq; illius uxor
Terra,ſatos genuêre,malis grauioribus omnes
Vicerunt,nitidumq;infeſtauêre parentem
Principiò:uerùm ſerie naſcentibus illis
Sub Styge damnatos,imæq; uoragine terræ
Occuluit.Cœlum patrem mala tanta iuuabant.
Ipſa graues dederat gemitus ſub pectore Terra,
Atq; dolos animo nimium concepit iniquos.
Tum niueum fabricans adamanta,ſagacior arma
Molitur,curuamq; uocat cognomine falcem.
Iamq; ſui coram ſteterant ex ordine nati,
Talia cum irato tandem ſermone profatur:
Pignora,ſi matris miſeræ,ſæuiq; parentis,
Si mea ſint animo,dulciſſima pignora,uobis
Verba,pater pœnas operis dabit antè patrati.
Scilicet inuentor primus fuit ille malorum.
Talia dum loquitur,natos tremor incutit omnes.
Nil uerbi:labijs cohibent nam uerba ſub imis.
Haud mora,Saturnus grauior,fidensq;iuuenta,
Surgit,& hac charam compellat uoce parentem:
Hoc opus,ô mater,manibus peragetur ab iſtis.
Polliceor:neq; enim me iam patris ulla tenebit
Cura,quòd inuentor primus fuit ille malorum.
Dixerat.ipſa animo retinet uix gaudia mater,
Remq; hanc non ulli credit.ſelect ergo,tacetq;.
Quid moror?infandam Saturno tradidit harpen,

Inſtruxitq́; dolis. Cœlum dehinc attulit umbram
Noctis, ut ingratos peteret cum coniuge ſomnos.
iamq́; procax auidis nimium diſtenditur ulnis:
Inſidijs puer excedit, gladioq́; timendus
Sæuit, & in colcos uibrauit tela paternos:
Tergaq́; poſt (neq; enim fruſtra) proiecerat illos.
Namq; quot exierant fœcundo ſanguine guttæ,
Terra tot ebibit: hinc longus ſibi uertitur annus,
Et mox Tartareæ coràm cernuntur Erynnes,
Horrificisq́; graues ſonuêre Gigantes in armis.
Hinc & quas Melias uocitant, fit origo deabus.
Aſt ubi cæſa patris adamante uirilia Cœli,
Acquoreasq́; ea Saturnus proiecit in undas,
Iamq́; diu fruſtra pelago ſunt uiſa natare,
Candentes circum ſpumæ, quibus inclyta tandem
Virgo oritur, primumq; ſacris natat orta Cytheris,
Fluctibus argutam petit hinc Venus aurea Cypron.
Plurimus oris honos illi, facieq́; uerenda
Ambulat, & teneris ueſtigia ſumit ab herbis.
Hanc homines, uarioq́; uocant cognomine diui,
Nunc Aphrodite, nunc ea dicitur Aphrogenia:
Quòd prius à ſpumis illi tradatur origo.
Quòd fata ſit Cypri, dea Cyprogenia uocatur.
Hanc quoq; ſæpe leges Cytheream: cauſa putatur
Illa, quòd admotis prius appulit orta Cytheris.
Sunt & qui diuam meritò Philomedea dicant,
Quòd dea teſticulis quondam ſit nata marinis.

Sæpe

Sæpe locus matri comes it, cæcusq; Cupido:
Illa deos coràm, Maiestatemq; salutat:
Is fuit in primis honor illi. deniq; sortem
Dicitur hæc hominum medio sortita, deûmq;
Virgineos ea sermones, risusq; dolosq;,
Fert & amicitiam, nec delectatio longè
Cernitur: assiduos apud hanc dulcedinis usus
Inuenies, & nec sine mansuetudine uiuit.
At sua Titanas Cœlum cognomine dixit
Pignora, pignoribus crebrò dum litigat ipsis,
Quicquid agant: uocat intentos ad pessima semper,
Crimine pro tanto pœnam sibi iure daturos.
Nox quoq; mox Sortẽ peperit, Parcamq; nigrantẽ,
Et mortem: nec uos partu puto Probra reliquit.
Nec mora, cum Somnis Insomnia parturit: atq;
Qui culpas hominum carpit, delictaq; Momon:
Et quas Hesperidas uocitant, quibus aurea curæ
Mala per Oceani ripas, hortosq; fuerunt.
Et uos Fata parens inuicto pectore semper
Gignit, & æternas immitia numina Parcas:
Clothoq; & Lachesim, surdas & quæ gerit aures
Atropon. hæ bona sunt, & pessima tradere dictæ.
Errores hominum obseruant, culpasq; deorum:
Nec locus insidijs quas hæ posuêre, quiescit,
Donec in expositos pœnæ reus incidat uncos.
Filiaq; obscuræ fuit Indignatio Nocti,
Nulla uiris grauior pestis magis obfuit unquam.

Hinc

Hinc & Amicitiam peperit, Fraudemq; latentem,
Atq; Senectutem, canis adit ista capillis.
Vltima pignoribus tumido Lis additur ore.
Filium huic Labor est, modicaq; Obliuio mente,
Debilibusq; Fames membris, uacuoq; palato.
Adde graues lachrymis & tristi corde Dolores,
Prœliaq;, & Pugnas, & multo sanguine Cædes.
Quid quòd & hanc uocitant carã Mendacia matrẽ?
Ambages, multaq; grauis Victoria prœda:
Læsioq;, & ueris Infamia nota cachinnis,
Plus aliis geminæ sibi consueuêre uicissim.
Quin & præfectum genuit iurantibus Horcum.
Officit is, falsæ cùm sunt periuria linguæ.
Nerea sincerum Pontus, uerboq; seuerum,
Progenuit: natis senior solet ille uocari.
Grandæuum pleriq; uocant: quòd nullus in illo
Sit dolus, & culpa uitam non inficit ulla:
Quòd sit mansuetus, quòd fas, quòd iura sequatur,
Consilij quòd sit mitis largitor & æqui.
Teq; creat Thaumas Pontus, Phorcumq; superbum.
Coniunx terra fuit. tulit hac quoq; coniuge natas
Ille duas: pulchra te Cete fronte priorem:
Eurybien, cui mens adamantina facta, secundam.
Porrò coma laudata nimis pulcherrima Doris
(Edidit hanc pater Oceanus sub finibus orbis)
Virgo seni nupsit Nereî. torus, æquoris unda,
Gratus. in hoc Nymphæ natæ dicuntur aquosæ.

Enere-

Eucrate, Thetis, & Proto, Spioq; Saoq;,
Eudore, Glauceq; procax, hilarisq; Galene,
Doto, Dynamene, niueis Eunica lacertis,
Cymothoe, Thalie: quibus addimus Amphitriten,
Pasithean, Meliten, formosoq; ore Pherusam,
Protoq;, & multos Erato quæ cepit amando:
Eulimenen posthac, & quam miramur Agauen,
Dorida Nesæn: nec te Galathea reliquit,
Candidiorq; comas, faciemq; simillima lacti.
Protomedea subit, Panopeq;, Acteaq; uirgo:
Gignitur Hippothoe formosior, Hipponoeq;:
Cymodoce, motas pelago quæ temperat undas,
Ventorumq; ipsos facili premit ore tumores.
His Amphitriten, ulnas quæ rore madescit,
Gignit & Euagoren, & tutam Pontopoream.
Lysianassa subit: nec deerant, Laomedia,
Eione, Cymo, pulchraq; Halimeda corona.
Nec te Glauconome, facili lætissima risu,
Nec te Liagore, nec te Pronœa tacemus:
Nomen & à multis quæ legibus accipit una,
Polynomen peperit. subit has Euarna sorores.
Aspicias, nihil est quod iurè reprendere possis.
Aemula naturæ est studijs, & amabilis æquis:
Egregiam pariter Psamathen, diuamq; Menippen,
Autonomen, Nesoq; parit, iustamq; Themisten.
Addidit Eupompen: & quæ gerit una parentis
Aeterni mentem, sociæ Nemertea dicunt.

Fallor?

Fallor? an hæ numero decies ſunt quinq; ſorores?
Oceano poſthac præſtanti corpore natam
Duxerat Electram Thaumas. his naſcitur Iris,
Harpyæq; comis pulchræ, fœdæq; rapina.
It prior Ocypete, poſt hanc infamis Aello:
Scilicet hæ uentis præſtant, auibusq; uolatu,
Tempore proq; ſuo clamoribus aera turbant.
At Cetonis atrox petijt connubia Phorcus.
Annuerat ſoror, & fratri commixta marito eſt.
Formoſæ naſcuntur anus, canæq; capillos,
Comptaq; Pephredo ueſtes, & triſtis Enyo.
Gorgones adduntur. quà ſoles Heſperus abdit,
Oceanum propter campos habuêre feraces.
Dulcibus Heſperides ſunt illic uocibus uſæ:
Euryale, Sthennoq; potens, multisq; Meduſa
Nota malis: mortem ſola eſt hæc paſſa ſororum.
Ius alijs nec mors, nec curua ſenecta duabus.
* Dixit ad uxorem maius Neptune Meduſam:
Pro thalamo ſtat aquoſus ager, pro candida lecto
Stat roſa, ſtant uiolæ, cuncti ſtant deniq; flores.
Illius at poſtquam Perſeus caput abſtulit, idq;
Victorem miſeræ potuit feciſſe puellæ,
Horrendus Chryſaor, ſubitis & Pegaſus alis,
Exiliunt. equus Oceani ſub fontibus ortus
Dicitur: eſt quoniam fons dictus ab helline Pege.
Alter ab aurato, manibus quem fulminat, enſe,
Fit Chryſaor: ſonat enſis Aor, ſonat et Chryſos auru.

Pegaſus aſtriferum tandem petit aliger orbem,
Incola,perq; deos & magni tecta Tonantis
Attulerat tonitrumq; Ioui fulgurq; coruſcum.
Edidit at Chryſaor ſibi Geryonea triſaucem,
Ante ſuas illum uis Herculana iuuencas
Perdidit,atq; animam claua deponere iußit.
Senſerat ereptum infelix Erythea tyrannum,
Ditariq; ſua doluit Tyrintha rapina:
Cæſus & Eurytion,ſtabulis atq; Orthus opacis.
Deq; illa eſt ingens atq; inſuperabile monſtrum
Progenitum,nulliq; Deûm,nulliq; uirorum
Par erat,aſpectu grauius:cui nomen Echidnæ.
Pars prior egregiam forma præſtante puellam,
Vltima terribilem ſæuumq; profeſſa draconem eſt.
Cruda nimis ſpelæa colit,uarioq; colore
Cernitur,atq; cauas habitat ſæuiſſima petras.
Huic ſedes olim à cœlo terraq; remotas
Conceſſere dei.iacet immortalis Echidna
Antra per æternam ſolet & duxiſſe iuuentam.
Scilicet huic ſæuum coijſſe Typhaona dicunt,
Infandoq; procax uento commixta puella eſt.
Hæc quoq; Geryonea uirum ſibi duxit habendum.
Dum coeunt,infanda canem fœtura priorem
Edidit.Orthus is eſt.oritur ſed acerbior alter,
Cerberus:horrendos aperit ſæuosq; latratus,
Quinquaginta quatit diris ululatibus ora.
Terrea uox,acerq; nimis ſtat,& abſq; pudore.

Lep-

Lernæam peperit posthac immanior Hydram:
Herculeus labor illa fuit, magnique decoris
Nomina. Iunonis contrà nihil obfuit ira.
Hanc ea nutrierat pestem. comes Herculis ibas
Ad noua uitales Iolae pericula mortes.
Consilijs doctæ tandem ruit illa Mineruæ.
Hydra grauem uastamq; nimis genuisse Chimæram
Dicitur: illa leues uelocior anteit auras,
Acribus aspirat flammis, multaq; fauilla
Aestuat, & rapidos de naribus euomit ignes.
Huic caput est triplex monstro. pars prima leonem
Monstrat, habet medium serpens, stat fine chimæra.
Pegasus hanc magno rapuit sub consule tandem.
Bellerophonteos quis non audiuerit ausus?
Heu Cadmi domus infelix: connubia sanxit
Orthus, amatrici genuit qui Sphinga Chimæræ.
Heu monstrum crudele tibi. congressa marito
Est iterum ipsa Chimæra, Nemæumq; leonem
Edidit: ô quantam pestem dea scilicet illum
Nutrijt, inq; umbris impegit Iuno Nemæis.
Sanguine frondosa multo regnabat in aula.
Quid moror? Herculeæ fuit is quoq; gloria claua.
Rursus in amplexus Phorcum notißima Ceto
Excipit: hinc ingens multis & onustior armis
Fit serpens. latebrosa colit, cæcasq; cauernas,
Malaq; non ullo seruat uigil aurea somno.
Semina Cetonis cecini, Phorciq; superbi,

Fluminaq; Oceano peperisse puerpera Thetys
Dicitur: Eridanus altis hinc enatat undis,
Nilus, & Alpheus, pulchrisq; meatibus Ister.
Strymonaq; & Rhesum genuit, Misumq; Caycum,
Mæandrumq; uagis anfractibus, Heptaporumq;.
Nascitur & Rhodius, magnoq; superbus Ecta
Phasis, & aurata qui labitur Hermus arena,
Quiq; habet argento similes Acheloius undas.
Edidit & Nessum, pronoq; Haliacmona lapsu.
Graniconq; simul peperit, Phrygiumq; Simunta.
Additur Aesapus, nigro natat ille fluento.
Et qui tabificum purus non accipit amnem,
Pencus, socioq; negat cum gurgite tingi.
Sangarium Tethys, Ladonaq; Partheniumq;.
Euenum, Ardescumq; parit, diuumq; Scamandrum.
His cum formosas mater pulcherrima nymphas
Est enixa: uirûm genus hæ, stirpemq;, puellæ
Cum fluuijs sibi semper alunt, & Apolline rege:
Ab Ioue naturam nactæ dicuntur eandem,
Pithoq; Admetenq; parens, & Prymnona Tethys
Edidit: Vranie specie subit æmula diuos.
Electren tulit, & Clymenen, Zexoq;, Thoenq;.
Te quoq; Calliroe: leuior nec defuit Hippo.
Pasithoen, Asiemq; parit, malisq; Rhodeam
Læuibus: has Pluto sequitur formosa sorores.
Plexaure deinceps, Polydoraq;, Meloboside.
Atq; Galaxaure, faciq; Petrea decora.

Metis,

Metis,& Eurynome,flauis & Xanta capillis.
Addidit Europen, croceoq; Teleſthoa peplo:
Quas lanira procax ſequitur,pulchroq; Diona
Pectore,cumq; Tyche pulchram Cerceida uinxit.
Quid quòd & Eudore,niueis & Acaſta lacertis,
Naſcuntur?Perſeis adeſt,& prompta Meneſtho.
Gignit & Idyiam:quibus Amphiro,Ocyroamq;
Iunxit:Ianthæi nec gratia deſuit oris.
At neq; præterijt Clytiem,dulcemue Calypſo:
Et Creſeis adeſt,& cum Creſeide Doris.
Vltima Styx oritur:cunctis Styx præſtitit una.
Omnibus Oceanus ſenior,grandæuaq; Tethys,
Auctores.patrio chorus hic excellit honore.
Dehinc alias pater Oceanus,uenerandaq; coniunx
Ediderant:numero tribus extant millibus illæ,
Veſtigantq; ſolum,preſſisq; paludibus errant.
Totq; alia Oceano ſunt edita flumina,terras
Queq; rigant & quæ Tethyn dixêre parentem:
Omnibus his neq; enim poterit ſua reddere quiſquã
Nomina,ſed quicunq; ſuo naſcatur in orbe
Nouit,& ignotos alijs ſibi nominat amnes.
Magnum præterea Solem,Lunamq; uagantem,
Thea,nimis caros peperit Hyperione natos.
Tertia ſit ſoboles croceis Aurora quadrigis
Quæ micat,atq; diem cœlo terræq; miniſtrat.
Haud ſecus Eurybiæ peperit tria pignora Crio,
Maiorem Aſtræum natu,Pallanta minorem,

Vltima ſortitur partus uestigia Perſes.
Primus erat tamen ingenio, pinguiq; Minerua,
Inter mortales multo præſtantior omnes.
Adde quòd indomitos Eoa puerpera uentos
Mixta Deo, noſtrum diffuderat uſq; per orbem,
Argeſten, Boreamq́; grauem: Notus additur illis,
Quiq́; nouus Zephyrus flando leue parturit herbas:
Lucida dein tremulis produxit ſidera flammis,
Quæ data ſunt cœlo pro lumine, fungitur illis,
Proq́; caput merita ſolet inſignire corona.
Tum demum multa Styx atra libidine mota eſt.
Nupſerat, eq́; uiro natos Pallante creauit.
Acmulus hinc oritur Zelus, Contentio fratri
Addita: formoſis ſolet hæc incedere ſuris.
Et quæ ſublimi Iouis aſſedêre cathedræ,
Nominę dicta uiris Vis prima, Potentia dicta eſt
Altera: regali comes utraq; facta Tonanti.
His ſine non callem, non ullam Iuppiter aulam,
Non urbes, ſummum non his ſine permeat orbem.
Ab Ioue Styx gratis hoc impetraſſe putatur,
Cœlicolas unà coram cum cogeret ille:
Indixitq́; graues pugnas, preciumq́; laboris
Obtulit, auxilio Titanas ſi quis in hoſtes
Iret, & inuaſum Iouis inſtauraret honorem.
Præmia nedum (inquit) quiſquam faſcęsue priores,
Sub patre Saturno quibus eſt is functus abundè,
Non perdet: uerùm quem non genitoris habebunt

Munera,

Munera,fœcundis ego donem faſcibus illum?
Conſilio primùm cari Styx mota parentis,
Duxit opem,& trepido cum natis affuit orbi.
Quid tantis igitur meritis par redderet ille,
Penſabat,tacitam ſubit hæc ſententia mentem,
Per Styga cœleſtes iurent,nec fallere quiſquam
Audeat.at duo uos,Vis atq; Potentia,mecum
Viuite.ſic fatus,diuis impertit honores
Omnibus.ipſe ſua regnat ſublimis in aula.
Nubit amatori Phœbe pulcherrima Cœo:
E` quibus exoritur pignus mirabile tædis.
Gratior in primis medio Latona deorum
Viſa fuit,cœtuſq; uirûm nil dulcius illa.
Quinetiam Aſterien Perſi genuêre maritam.
Naſcitur ex iſtis Hecate,præclara duobus
Muneribus,multoq; palàm Iouis errat honore.
Namq; caius terræ ſuperi ſortitur & orbis:
Subq; eius uaſtum cohibet ditione profundum:
Perq; Deûm ſuperas graditur ſpectabilis ædes.
Hanc quoq; mortales uotis uenerantur opimis,
Sacra deæ læti faciunt,Hecatenq; uocantes,
Quæ ſit maieſtas,eiusq; potentia monſtrant.
Illa preces & uota libens aſſumit,& illis
Carpere fœcundas dat opes,& honoribus uti.
Ergo mortales inter,cœliq; colonos,
Cunctorum decus & partem ſortita bonorum eſt.
Ab Ioue uis illi non fit.quoſcunq; recepit,

Munera cùm uobis olim diuiſa darentur
Titanes,ni fallor,adhuc ea ſeruat honores.
Néue quòd Aſteriæ proles fuit unica tantùm,
Conceſſos olim faſces depulſa reliquit.
Arbitrio micat illa potens:nimis utilis illa
Conſilijs, & quem cœtu uult præficit omni.
Stant acies, ſtrictoq́; micant denſa agmina ferrot
Nemo tamen uictor,niſi cui fauet illa,recedit.
Regibus aßidet,atq; illis dat regna tueri,
Iuſticia,quòd ſi pugiles in agone frequentes
Emineant,multoq́; petant ſudore coronam,
Hæc dabit ad nutum uires palmaq́; uocata.
An memorĕ,quid equûm præſtet domitoribus,atq;
His qui cæruleum tumidis mare nauibus errant?
Illi ſæpe preces Hecatæ,plerunq; potenti
Neptuno fudêre:colunt hæc numina nautæ.
Hac duce ſæpe redit præda uenator opima:
Sæpe dolet,longo cum illuſerit illa labori.
Quid quòd Mercurio comes it,ſtabulusq́; capellæ,
Armentumq́; ferax & oues augere putantur?
Ex modico multum,ex multo facit illa puſillum.
Sic ea,ſit tantùm proles licet una parenti,
Ingenti diuos inter tamen extat honore.
Iuppiter huic homines etiam conceßit alendos,
Degere qui uitam poßint,lucemq́; tueri.
Scilicet his Hecate narratur honoribus uſa.
At Rhea Saturno numero ſex inclyta partu

Pignora

Pignora contulerat, Vestam Cererémq; feracem,
His subit auratis Iuno pulcherrima plantis,
Et tu qui Stygias colis improbe Pluto paludes,
Quiq; maris geris imperium Neptune profundi.
Addidit illa Iouem, diuûmq; hominumq; parentem,
Fulminibus terram crebrò qui oppugnat acutis.
Horum crudelis pater unumquemq; uorabat
Nascendo, patrium ne pòst quis obiret honorem.
Illi namq; prius Cœlum Telluq; parentes
Prædixere, suo quòd erat fatale domari
Pignore Saturnum: licet is fortissimus esset.
Hoc ideo metuens, sæuit nascentibus ore
Pignoribus, miseras mater dabat ægra querelas.
Propterea Rhea fulmineum paritura Tonantem,
Dicitur his caros tandem imploraſſe parentes:
Consilio miseræ precor en succurrite natæ.
Dicite, præsentem fœtum quò tuta locorum
Enitar, quæ pœna patris sit habenda furori:
Quòd partus uorat ille meos. mouêre profusæ
Hæ Cœlum Terramq̃; preces iustæq̃; querelæ.
Ergo Rheæ, quæ sint patriq̃; Iouiq̃; futura,
Ostendũnt, & quid sit eis fatale duobus.
Quid moror? hæc Lyctum Cretæ defertur opimam,
Armatum paritura Iouem. misere parentes:
Vt peperit natum, sibi Terra recepit alendum.
Nox erat, atq; omni cœlum tum luce carebat,
Cum Lyctum peteret nato Ique mater, & illum

Haud ſecura,cauo furtim contexit in antro.
Monte ſub Idæo ſyluis latet ille profundis.
Iamq; auidus fauces aperit Saturnus,ut ipſum
Ore recens natum queat inglutire Tonantem.
Stabat fortè ſilex:ſilicem Rhea cepit,& illam
Pro Ioue Saturno poſuit feſtina uorandam.
Hanc miſer inglutit Genitor,uentriq; recondit:
Ignarus,poſt terga Iouem pro caute manere,
Inuictum,mœſtiq; nihil præ fronte gerentem:
Cui citò debebant ſæui delicta parentis
Cedere,quem regno ſeruabant fata paterno.
Nec mora,formoſa concreuit imagine natus.
Vis aderat,qualisq; decet præſtantia regem.
Interea lapſum rurſus Sol induit annum:
Saturnus,monitu cui iam fruſtrata parentis
Mens erat,atq; dolis potuit ſuccumbere nati,
Stare Iouem liquit natum:terræq; procumbens
Ora quatit,quaſſo lapis ultimus exit ab ore.
Iuppiter hunc capit,inq; ſacra Pythone manere
Iuſſerat.illa cauo Parnaſo mœnia quondam
Extulerat:lapis in ſignum memorabile ceſſit,
Gentibus ut fieret res admiranda futuris.
Tum demum patruos à cœli nexibus ultrò
Soluit.agunt dignas tanto pro munere grates:
Atq; Ioui tonitrum dederant,fulmenq; triſulcum,
Et fulgur:terram prius id defodit in altam
Iuppiter.his fretus telis,toto imperat orbi.

Duxit

Duxit ad Iapetum Clymene formosa maritum:
Oceano genus hæc sibi cepit ab æquore Nympha.
Bis duo progenuit natos:Atlanta priorem
Edidit,elato fuit ore Menœtius alter.
Consilio sequitur uario curuoq; Prometheus,
Et quem non recta dicunt Epimetheа mente.
Nam prior inuentis hominem læsisse putatur,
A' Ioue plasmatam quòd abegerat ille puellam.
Fertur at aerio strauisse Menœtion igni
Iuppiter,& Stygijs miserum damnasse sepulchris,
Quòd malus,atq; animos tumefecerat ille superbos.
Maximus Hesperidum iuxta consederat Atlas
Prædia,qua Oceano iungit confinia tellus:
Infractis humeris cœlum (mirabile uisu)
Sustinet,& nullo deflectit pondere collum.
Iuppiter hanc sortem dedit illi.porrò Promethea
Funibus ingenti fertur strinxisse columnæ.
Fœcundo (an memorem?) quòd in cpate sederit ales
Semper,& excretam nunquam satur accipit escam
Namq; dies quod ei absumit,nox sufficit ultrò.
Vidit autem satus Alcmena,uisamq; peremit.
Inuito neq; enim uolucrem Ioue perdidit.atqui
Plus solito pater Herculeæ conducere laudi
Censuit.& quanquam grauis ille Promethea triuit,
Quòd sibi consilijs olim contendit iniquis:
Abstulit immissas studio tamen Herculis iras.
Iudicium diuis fuit & mortalibus olim

Meconæ ſocium ueniſſe Promethea dicunt
Ante Iouem, fertur ſectum poſuiſſe iuuencum.
Fraude bouem ſecuit: carnes & uiſcera lectam
Is ſibi conſtituit præpingui ſumine partem:
Ventre bouis gracili precioſa cibaria texit,
Tergoreq; incluſit fœdo. mox alba ſecundo
Oſſa loco dedit, & molli pinguedine ſepſit.
Hæc hominum diuûmq; parens dum mente uideret:
Iapetionide, qui mentis acumine præſtas,
Qua tibi fraude nimis partem laſciuè paraſti?
Dixit. at econtrà leue ſubridendo Prometheus (tur:
(Nā neq; fraudis erat cœptæ immemor) iſta proſa-
Stant geminæ coràm pater optime maxime ſortes:
Elige, ſi qua tuæ pars eſt gratiſſima menti.
Dixerat iſta dolis. at Iuppiter omnia cernens,
Hæc nouit. neq; enim latuit dolus improbus illum.
Quid faciat? mox ille uiris graue lumina torquens,
Plurima quæ poſſent animo librabat obeſſe.
Hinc adipem ille manu candentem ſumit utraq;,
Excutit exta furor, ultuq; impingitur ira,
Alba quòd exertis conſpexit fraudibus oſſa.
Quò fit, ut illa uiri ſacras adolere per aras
Aſſueti, ueteris imitentur originis uſum.
Tum demum iratus cœli cui numina parent:
Iapetionide, qui præſtas omnibus (inquit)
Conſilio, cœptas neq; enim finis improbe fraudes.
Talia turbato mittebat Iuppiter ore.

Proin-

Proinde doli memor, abdiderat mortalibus ignem.
Id satus Iapeto sensit, ferulaq; fauillas
Inijciens, tepidos terris clàm detulit ignes.
Tanta Iouem medio sub pectore cura momordit:
Affecitq; graui neq; enim medio criter ira.
Pro raptis igitur flammis mortalibus ingens
Addidit ille malum. Vulcano namq; pudicæ
Iußit ut è terra formaret plasma puellæ.
Iussa facit Deus, ambiguo qui crure laborat.
Compsit eam multo Pallas tum cæsia cultu:
Donauit zona, nec abest argentea uestis.
Ipsa manu dea palliolum, mirabile uisu,
Explicat, inq; humeros à fronte reflectit eburnos:
Fertur & hanc tenera quos ungue reuulsit ab herba
Floribus, auratáq; caput redimisse corona.
Lemnius hanc docta deus insigniuerat arte:
Inq; illa longosq; dies, multumq; laborem
Impendit: placuisse Ioui sic ille putatur:
Sculptilibus pinxit uarijs, & imagine multa.
Nam quæcunq; mari, quæcunq; animantia terris
Apparent, in ea uiuunt. micat indita latè
Gratia: neu tantùm pictas motare figuras
Membra, sed has ueris affirmes uocibus uti.
Vt pulchrum mox ille malum (uice namq; bonorum
Fecerat) hanc oculis hominum diuûmq; patêre
Exhibet: allatis ea deinde superbior ibat
Muneribus, largaq; nimis gaudere Minerua.

Astantes

Astantes stupor inuasit: mortalibus inde
Quòd grauior fraus est & inexpugnabilis orta.
Fœmineum genus hinc ortum, sexusq; proterui
Progenies effecta, uiros quæ lædere nata est.
Hos puto qui rebus non consuluêre, sed omni
Tempore cum satie libito sunt uentris abusi:
Quale fauis examen apum dulciq; liquore
Cernimus, infames haud rarò pascere fucos.
Per thyma manè uolant, & picta per arua tepenti
Sole uagæ, cerasq; legunt & dulcia mella.
Prædo latet, curuoq; uorax sub uimine uiuit,
In suaq; abdit edax alienos exta labores.
Talis in humanis prius ab Ioue fœmina rebus
Est data flagitijs hominem quæ lædat iniquis:
Altera mortales est uisa lacessere pestis.
Nam qui coniugium spernit, nomenq; mariti
Triste fugit, nescitq; thori parêre querelis:
Hic altore licet careat, multaq; senecta
Sit grauis, & prona prospectet fronte sepulchrum,
Indiget haud uictu uiuens, solitaq; dieta.
At postquam uita excessit, prò quanta relictas
Turba fit inter opes? lætas pars una nouales
Diuidit, inuentum pars altera diripit aurum.
At cui ducta fuit multa uirtute marita,
Sit cara & prudens, sit & integra moribus illa,
Æquabunt mores secum mala nata probatos.
Infelix sed si fuerit, cui fœmina nequam

Nupserit,ô quantæ uiuent in pectore curæ?
Quòd sit ei nulla morbus medicabilis arte.
Sic animum transire Iouis,mentemq; latêre
Nõ datur.hoc in se probat haud impunè Prometheus.
Multorum licet is prudens,rerumq; peritus
Esset,erant tamen hunc quæ ledere uincula possent.
Quin & Briarei fastum,Cottiq; Gygisq;
Vranus ut uidit pater,admiratus eorum
Corporis ingentem molem,spacioſaq; membra,
Sicut erat,uasta terræ furiatus abysso
Iecit,& Infernas(ait)en habitate tenebras.
Hic dolor æternus lugentibus,hic erit horror.
Iuppiter haud multis post hæc labentibus annis,
Quosq; dei Rhea Saturno conceperat,atrum
Vnanimes adeunt Erebum,clausosq; Gigantas
Exoluunt,uasti ualuæ sonuêre barathri,
Consilijs auiæ rursus Telluris in almum
Apparere diem.caros nam Terra nepotes
Cum tribus his docuit,palmas ex hoste futuras.
Nec mora,bellum oritur patruis Titanibus ingens
Cum Ioue.multa Iouem fratrum tutela leuabat,
Quiq; recens Stygias Erebi liquêre catenas.
Pars ea de summo librabat spicula cœlo.
Tela suis dedit editior Titanibus Othrys.
Inq; Iouem & fratres uibratas fortiter hastas
Proijciunt,pulsantq; polum: tremit ille cadenti
Penè par arma dei trepidant,trepidantibus arma

Porrò,

Porrigit,inq; ſuos graue Iuppiter excitat hoſtes.
Tanta fuit belli ſitis,& Mauortius ardor,
Vt plus quàm denos produceret arma per annos.
Ambroſiam interea ſocijs apponit in eſcam,
Nectarioſq; palàm calices, quibus illicet haustis,
Iucundòs ſubijt non pauca elatio diuos.
Vidit,& inde inquit diuûm pater atq; hominũ rex:
Vos ô,Terra uocat Cœlo quos coniuge natos,
Iampridem bello multos abſumpſimus annos,
Sperantes decus & palmam uirtute parare.
Hinc nos inde nocens non paruis uiribus hoſtis.
Eia agite,inuictasq; manus uiresq; potenti
Pandite nũc animo,atq; Othrym expugnate ſuperbũ:
Haud certè immemores, Ioue quòd ductore ſoluti
Veniſtis,noſtro Stygiam ſuperaſtis abyſſum
Conſilio,nexusq; graues,turpesq; tenebras.
Hæc ait.æquato reſpondit pectore Cottus:
Summe parens,nobis haud ignorata profaris.
Nam neq; nos ſenſu,neq; nos ratione caremus,
Scimus enim quòd ſis diuûm tutela,paterq;,
Qui Stygios coluêre ſinus,infernaq; regna.
Adſumus en reduces miſero de carcere,paßi
O hominum diuûmq; parens,indigna relatu.
Sed quid pro tantis meritis reddemus?in arma
Ire iuuat,belloq; tuas defendere parteis.
Firmior hæc nobis mens eſt,certumq; ſub alto
Pectore conſilium,dicentem talia Cottum,

Ore

Ore auido exhauſere dei: Mars ergo calere
incipit, & multo bellum clamore uocari.
Vnà dijq; deæq; uocant, quos maximus olim
Saturnus natos Rhea pariente creauit.
Vidiſſes & quos gelido diſſoluit ab Orco
Iuppiter, & noſtrum traxit miſeratus in orbem;
Inſtantis ſtudio latè geſtire duelli.
Marte graues hilarant, uaſtis & uiribus arma
Expediunt, centumq; manus & brachia centum
Quiſq; gerit, capitum ex humeris fœcundius agmen
Funditur: in ramos ea quinquaginta ſecantur.
Etiam dira cohors Titanibus obuia paſſim,
Rupibus exciſis ſaxoſa uolumina torquet.
Titanum contrà per agros fulſere phalanges,
Viribus ingentes, & ad omnia bellica promptæ.
Curritur: inq; uicem mixtum graue fluctuat agmen.
Clamatur: tunſum reboat clamoribus æquor.
Horruerat Tellus, pulſum ſuſpiria Cœlum
Edidit, & lachrymis fleuiſſe putatur obortis.
Tantus erat diuûm fragor, ut contuſus Olympus
Nutaret, crepituq; graui concideret axis.
Ipſa nouos ſenſere pedum ſtupefacta fragores
Tartara, terribilis metui fuit undiq; clamor
Pugnantum, & ſi qui uertiſſent terga ſequentum.
Interea mixtis uicibus dum tela uolarent,
Aureaq; immanis ſtridor contunderet aſtra,
Ipſe deûm pater haud ultrà cohibere furorem

Nouit, at irata iamdudum mente coactas
Oſtentat uires: rapidos de nubibus ignes
Spargit, & à ſummo flammas intorquet Olympo.
Fulgur ei uolitant crines, & fulgure peius
Fulmen: ab horriſonis erumpunt nubibus ambo.
Infremuit paſſim ſparſis ambuſta fauillis
Terra, nec arboreis ſyluis ſacra flamma pepercit.
Pontus, & horrendis efferbuit æſtibus ingens
Oceanus: uapor aduerſos deſæuit in hoſtes.
Quin lux aerium cœlo tenus attigit orbem,
Titanumq; oculis immerſit clara tenebras:
Néue ſacro calor eſt uiſus ſplendore carere.
Haud ſecus hæc oculis uidiſſet, & aure patenti
Hauſiſſet, ſpectator ibi ſi fortè fuiſſet,
Quàm ſi terra graui crepitu munduſq; coirent,
Terraq; per partes flueret, munduſq; dehiſcens
Sideret, & multa conuolueret aſtra ruina.
Horruerant fremitu uenti, lateq; coactos
Puluеris attollunt montes, tonat undiq; cœlum:
Arma Iouis nec fulgur abeſt, nec ab æthere fulmen.
Perq; graues uolitant, ualidiq; per agmina uenti.
Fit fragor: heu quanta crebreſcunt numina lite?
Quantum quiſq; manu potuit, monſtrauerat hoſtis:
Nec prius abſtinuit bello, quàm flectere cœpit
Vna per aduerſos acies turbata maniplos.
Antè ferox nam Briareus Cottusq; ruebant,
Quiq; Gyges nullam patitur cum Marte quietem,

Ter

Ter centum torquent pugnando per aëra saxa,
Mærmoreumq; manu graue desuper hostibus imbrẽ
Præcipitant.rapit umbra diem,densantq; sub ipsis
Cautibus horrendæ sublata luce tenebræ.
Fit fuga,subq; solum Titania turba repentè
Truditur,& ualidis ibi cogitur esse cathenis.
Sub Styge Titanes,cæco clauduntur & Orco.
Hinc tanto refugis spacio telluris horizon,
Editior quanto polus à tellure recedit.
Ferrea Tartaream sepes circundedit aulam.
Quem circum triplicis nox atra uoluminis orbem
Implicat,& nimias auget densata tenebras:
Sub Styge radices Telluris,& Aequoris altum
Educunt caput;& superas tolluntur ad auras.
Vltimus est illic terræ locus.horrida porrò
Illuuies scatet,& sæuos alit undiq; uermes.
Talia Titanes uobis ergastula magnus
Iuppiter indidit,& miserum uos trusit in antrum.
Haud retrò ferre gradus licet. irreuocabile fecit
Ex Erebo Neptunus iter.duro hostia ferro
Cudit,& admoto murum construxit in ære.
Briareus simul accessum,Cottusq; Gygesq;
Obseruant,multaq; fide loca septa tuentur.
Illic sidereus polus,infernæq; paludis
Regia,concretis & tellus atra tenebris,
Et quod pacatis æquatur fluctibus æquor,
Quisq; sibi proprios fines & flumina seruat.

Quis labor,heu quales ibi uiuunt deniq; uermes
Ordine cuncta carere putes.Chaos omnia miſcet:
Haud breuibus Stygiæ repetuntur callibus ædes.
Eſto quòd in primo uegetus ſit poſte uiator,
Tartareæq; citus petat interiora paludis:
Longa diuturni prius orbita definet anni,
Quàm medios illi ſit fas intrare penates.
Hinc quòd & hinc aditus turbo rapit ille deorum,
Numinibus plerunq; grauis ſæuuſq; putatur.
Scilicet hoc monſtrum multa caligine noctis
Tecta notat,denſiſq; tegit ſub nubibus aulam.
His coram Cœlum tenuiſſe Promethea dicunt,
Infractaſq; manus ſublataq; colla gerentem.
Nox illic claruſq; dies ueſtigia ducunt
Mutua,perq; uices ſoliti ſunt reddere uerba.
Nunc is ferratos,nunc permeat altera poſtes:
Cumq; dies exit,nox intrat: cumq; ea limen
Linquit,aperta dies tenebris adit hoſtia pulſis.
Haud unà manes habitant.ubi ceſſerit alter,
Non niſi decretam redit altera uiderit horam.
Lucidus is multo mortales lumine donat:
Nubibus iſta caput graditur uelata,manuq;
Fert Somnum,Somno Mors eſt ſoror.ambo parenti
Pignora dicuntur Nocti,Stygiamq; paludem
Vnà habitant:quorum radijs nunquam attigit ora,
Seu ſol cum ſcandit,ſeu cum deſcendit Olympum.
Ex his unus humi,totoq; cubilia ponto

Somnus

Somnus habet,dulcemq; homines dat habere quietē.
Alterius cor in ære riget,præcordia duro
Stant ferro:nihil est pietas quod molliat intus.
Quem primùm capit,haud unquam crudelis abire
Sustinet,heu pariter superis infensior hostis.
Quin & Tartarei latet infima numinis illic
Regia,prædoni qua Persephonea marito
Iungitur,inuitis & cum uix accipit ulnis.
Infremit horrendum diris stridoribus aula:
Antè sedet canis immitis custodia,limen
Fraudibus aggreditur:si quis subit aduena,cauda
Blanditur,geminaq; procax submurmurat aure.
Si reditum tentes,grauior non ille redire
Te sinet:infestos sed agens ab imagine uultus
Corripiet,uastoq; uorax te uentre recondet.
Infernum porrò diuis metuenda barathrum
Styx habitat,canos uenerabilis ambulat annos,
Eminus à cœlo depressam possidet arcem.
Grandia sunt cæcæ domui pro tegmine saxa.
Sculpsit in argento multas circum alta columnas
Atria,sidereo quarum caput imminet orbi.
Hanc prope Thaumantis uersatur nata,per altas
Aequoris uias aquæ.Iouis est ea nuncia magni.
Nam seu dijs oritur grauior contentio,siue
Turpiter illorum linguam mendacia fœdent,
Aut iusiurandum præstent,uolat ocyor Iris,
Formosamq; auro Stygijs in fluctibus urnam

Merſat, & hinc gelidum cœlum ſuper euehit omnē.
Frigidus hic amnis ſaxo quia decidit alto,
Subq; diu tellure natat, noctuq; nigrantes
Fundit aquas. Styx Oceani pars dena putatur,
Aequor & extantem reliquas circundare terram
Dicitur, inq; ipſum ſpumoſo uortice pontum
Præcipitat. ſuperos tantum pars unica lædit.
Namq; deûm quiſquis potuit periurus haberi,
Deprehenſo talem luit is pro crimine pœnam.
Debilior totum recubat proſtratus in annum:
Ambroſiam non ille dapem, non nectaris ille
Fœcundo ſacrum bibit è cratere liquorem.
Vox illi non ulla, trahit uix uiuus anhelam
Ore animam, iacet immiti ſub tergore tectus:
Iamq; noui ſerus redit illi circulus anni,
Peſte quòd ex illa ſit liber. at altera maior
Rurſus adeſt: nam lege nouem procul exulat annos,
Et neq; ſidereis menſis conuiua uocatur,
Conſilium nec adire Iouis cœtusq; beatos
Huic licet, extremum iacet at depulſus ad orbem.
Interea decimum ſibi conuertuntur in annum
Solis equi, mutæq; piant periuria linguæ,
Iamq; ablutus adeſt, uenit ad conuiuia rurſus,
Perq; choros, longam luerat qui crimine pœnam.
Mos ita iurandi diuis: tanto extat honore
Styx cana grandæua comas: iter illa natare
Angustum ſolet, & nullo corrumpitur æuo.

His

Hic obſcura ſuos Tellus,& Pontus,& ater
Tartarus,& magni Cœli domus ordine fontes
Quiſquis habet.quid quòd ſæuis loca uermibus illic
Horreſcunt,animoſq; deûm formidine terrent?
Ferrea marmoreis durant ibi limina portis,
Continuis compacta ſimul radicibus hærent.
Hæc loca Titanes habitant,ſoliq; lacuna
Demerſi,ſocia ſoli caruêre caterua,
Qui parti affuerant Iouis auxiliaribus armis,
Oceani uastas habitant ſub gurgite ſedes,
Cottusq; atq; Gyges.generum Deus æquoris altis
Briareum Neptunus aquis ſelegit,& illum
Cymopolea tuo noctu dedit eſſe cubili.
Aſt ubi de cœlo Titanas Iuppiter alto
Expulerat,nuptam duxiſti Tartare Terram.
Iam tumet illa ſinus,iam facta puerpera natum
Dicitur exertæ admouiſſe Typhoea mammæ.
Iam puer ingentes humeros,iam fortia tractat
Brachia:continuoq; pedes agit ille labori.
Statq; ferax capitum ceruix,uelut arboris ingens
Innumeros truncus qui ſpargit ad aera ramos.
Si numeres,centumq; manent ſpeciemq;,draconum
Ora gerunt,ductis uiſæ aera lambere linguis.
Acrior ex oculis ardebat flamma,nec unum
Ille ſonum,centum reboabant uocibus ora.
Quin & murmur erat uarium,mirabile dictu,
Dixiſſes exinde deos certiſſima fari,

Nonnunquam indomitos coram mugire iuuencos:
Nunc catulos latrasse putes,nunc sæua draconum
Guttura terribiles de montibus edere uoces:
Perq; cauas ualles,perq; altas murmura colles
Spargit, & haud una se uoce Typhoea reddit.
Et iam res eius uoto cessisset,& ipsis
Iura deis daret,& toto regnaret Olympo:
Ni tantum facinus procul aduertisset acuta
Mente Deûm pater.ingenti namq; ille fragore
Intonuit,sparsitq; sacros de nubibus ignes:
Terraq; cum cœlo commota,referbuit æquor
Fluctibus,Oceanusq; graues exhorruit undas.
Nunc Ioue,nunc diuis hinc inde ruentibus,orbis
Intremuit:dubia timuerunt astra ruina.
Heu heu quanta parens traxit suspiria Tellus.
Hinc tonitrus fremit, inde grauem dare fulgura luc̃e
Visa,nec assiduis cessabant fulmina telis.
Perq; solum cecidêre faces,perq; ardua cœli
Culmina,nec liquidis sacra flãma pepercerat undis.
Sensit & ipse minas imi regnator auerni,
Atq; suis timuit nimium graue manibus Orcus.
Titanum tum densa cohors sub carcere nigro,
Saturnum multo circundedit acta fragore.
Viribus armatur tum Iuppiter,armaq; sumpsit
Fulgura,non tonitrus desunt,non fulminis ignes.
Exilienq; loco,summiq; cacumine cœli,
Intorsit de nube faces.diuina Typhoei

Ore

Ora micant,sacriſq; iacent exuſta fauillis.
Ingemuit nato Tellus ardente,profundi
Fulmina ſenſerunt montes,multumq; parentis
Iam fuit exuſtum:ceu plumbum ſæpe frequentes
Aut ferrum candente fabri fornace minutis
Excidunt fruſtis,feruenti liquitur igni:
Perq; ſolum domitum ueluti natat unda metallum.
Iuppiter hinc Stygijs truſiſſe Typhona cauernis
Dicitur,infames uomit is de gutture uentos.
Non Boream,non ille Notum,Zephyriúe tepentis
Flamina,non nigris Argeſten ſpirat ab indis,
Quos diuûm genus eſſe putes. quis commoda narret
illorum erga homines:mittit quæ ſlabra Typhœus,
In mare præcipitant fruſtra,pontumq; nigrantem.
Turbineq; crumpunt uaſto.labat æthere omnis
Machina,r.ortales paßim euerſura labores.
Puluerei denſant nymbi,ſublataq; uento
Syluarum farmenta uolant,perq; aera longum
Errantes qua parte ruant,qua deniq; campos
Tempeſtate premant,miſeri didicêre coloni.
Sunt alij freta qui uerſant,puppesq; procellis
Inuoluunt,fruſtra oratis ſuffragia nautæ.
Aſt ubi cœlicolûm labor eſt expletus,& ipſi
Titanes pœnas Ioue iam uictore dedêre,
Imperium manimes terræ cœliq; tyranno
(Conſilium tellus dedit) aſcripſere Tonanti.
Hinc prior is meritos ſocijs diſcreuit honores,

Et iam regali ſtabat ſublimis in aula,
Metida cum primùm thalamo uocat.illius uxor
Eſſe prius Metis meruit.namq; una deorum
Atq; hominum coetus eſt ſcita reperta per omnis.
Intumuêre ſinus:parituram Iuppiter arte,
Dulcibus & uerbis,uteros exegit ut inter
Pallada comprimeret.genuit nam Pallada Metis.
Conſilijs illam Coeli Terræq; fefellit.
Namq; Ioui amborum nimium ſollertia cauit,
Præter eum ſummo neu quis regnaret Olympo.
Namq; erat in fatis,orituram ex Metide doctam
Pallada,cui patrias uires æquare liceret.
Quin & cùm Metis regem diuûmq; hominumq;
Qui nimis animis elatiß foret,edere uellet,
Egit ut excretam cohiberet Iuppiter aluum.
Talia namq; Ioui perſuaſit Terra nepoti.
Dein Horas Themis ediderat,Iouis altera coniunx:
Iuſtitiam,Legemq; bonam,Pacemq; uirentem:
Quicquid agant homines,tres obſeruare putantur.
Hac quoq; fatales genuit de coniuge Parcas
Iuppiter:hæc Clotho,Lacheſis fuit altera,ſedem
Atropos extremam tenuit.decus omnibus ingens
Addiderat pater,& multo donauit honore.
Namq; mali ius atq; boni dicuntur habere,
Proq; ſuo tres cuncta regunt mortalia nutu.
Tresq; Ioui Charitas præſtanti corpore,nata
Oceano tulit Eurynome.ſi nomina quæris,

Aglaie

Aglaie prior, Euphrosyne, Thaliq; sequuntur.
Ex oculis pulchrum aspiciunt, iucundus ab harum
Sidereis irrorat amor de more pupillis.
Adde, uirum fœcunda Ceres experta Tonantem,
Persephonem parit. heu Stygio nimis illa tyranno
Dum placet, à cara rapta est (Ioue dante) parente.
Quin & Mnemosynem (comptis erat illa capillis)
Vidit ut, ô dederis mihi tu quoq; pignora, dixit.
Ergo nouem peperit formoso corpore Musas.
Nec nigor his semper, nec delectatio desit.
Latonæ posthac congressus, Apollinis ingens
Progenuit iubar, & claram uenando Dianam.
Vltima Iuno placet: tædæ placuêre sororis.
Hac Lucina oritur, simul & spectabilis Hebe,
Et Mars commotis semper qui fluctuat armis.
At cui cunctarum rerum est concessa potestas,
Pallada fœcundo potuit peperisse cerebro.
Armatas ea sæpe acies durosq; tumultus
Excitat, & medios grauis it nec iniqua per hostes.
Quicquid agit, patrium seruat ueneranda decorem.
Sit quoq; nullius commixta libidine Iuno,
Te Vulcane tulit, sed non sine coniugis ira
Insignemq; deos te reddidit arte per omnes.
Neptuno at Triton, Amphitritiq; procaci
Nascitur: auratas habet ille sub æquore sedes.
Atq; unà matri comes it, regiq; parenti.
Heu grauior nimium Triton deus aurea Marti

Pellito

Pellito Cytherea Metum,trepidumq; Timorem
Gignit:uterq; grauis bello pugnantibus esse
Dicitur,& densas pariter turbare phalangas.
Nec non Harmoniam, gaudet qua coniuge Cadmus,
Progenuêre.Ioui præconem Maia deorum,
Mercurium Atlantis peperit.Dionyse crearis
Tu quoq;,fitq; parens Semele,clarissima Cadmi
Progenies.patrem tibi uendicat illa Tonantem.
Securum mortis genuit te Liber:at illam
Mors rapuit.nunc esse deos polus astruit ambos.
Herculeus posthac Alcmena puerpera uires
Ediderat,furata tuum Latoa maritum.
Inclytus Aglaiæ thalamo Vulcanus adhæsit,
Vnam quæ Charitis præstat lætatus habere.
Auricomam summis Ariadnem Bacchus ab astris
Vidit ut (hanc genuit Minos) pro coniuge sumpsit.
Hanc quoq; funereæ morti,turpiq; senectæ
Iuppiter exemit,mediisq; locauit in astris.
Herculis at postquam labor & certamina tandem,
Plurimaq; Argoi cessserunt iussa tyranni,
At sua formosam connubia uinxerat Hebem
Herculeæ uirtutis honos,ea filia magnæ
Iunonis,magniq; Iouis,cœlestia tædas
Atriaq; & diuos celebrarunt tecta iugales.
At Soli genus Oceano quæ ducit aquoso,
Et Circen parit,& regem Perseis Eetam.
Formosis Idyia genis subit:illa sororem

Perſein uocat,atq; ſocrum.nam nupſit Eete,
Medeamq; illi genuit.Vos ô,polus omnes
Quos habet,et ſedes gaudet regnare beatas,
Salucte,tibi Terra parens,tibi dico ſalutem,
Et quæcunq; uago diſpergeris inſula ponto.
Nunc mihi,mortalem ſi qua eſt experta maritum,
Et ſemen cœleſte ſolo commiſcuit imo,
Dicite,ueſter erit labor hic quoq;,dicite Muſæ.
Iaſium fœcunda Ceres heroa maritum
Excipit.hæc ditem dederant connubia Plutum.
Vrbs fuit Itripolis,pinguis fuit inſula Crete,
Prima puer quibus exoluit cunabula Plutus.
Fortunate puer pelago terraq; iacere
Diceris,atq; domos binc inde locare beatas:
Quem ſeu fors hominẽ,propria ſeu ſponte ſequeris,
Diues erit,largosq; feret te dante maniplos.
An loquar Harmonien,Cadmo quæ coniuge ſacta,
Inoq; & Semelen peperit:nec decrat Agaue.
Addidit Autonoen:cuius connubia pulcher
Legit Ariſtæus.multis erat ille capillis.
A' patrijs ſubis has Thebis Polydore ſorores.
Calliroe,neq; enim te nunc labor Oceanine
Hic tacet:ingentem ſubijſſe Chryſaora coniunx
Diceris.hinc cunctis melior mortalibus unus
Geryones,noſtras datus eſt ueniſſe ſub auras.
Ah puer Herculeam infœlix extendere famam
Tu quoq; debebas:nam te abſtulit ille tuarum

Sorte

Sorte boum:teſtis tantæ eſt Erythea rapinæ:
Indica Tithono poſthac Aurora marito,
Pignora legitimo peperit duo fœta cubili.
Aethiopum prior egregijs formoſus in armis
Rex Memnon erat.at nati ſi fortè ſecundi
Scire quod eſt nomen cupis, Emathiona uocabant.
Tum demum Cephali narratur amoribus uſa,
Quis Phaetonta creat.diuis gratißimus ille,
Florentes annos uiridemq; ætate iuuentam
Comptus erat:puerum Cypris cum cepit,& illum
Nocturnum ſacræ fore dæmona iußit ad aras.
Nec tacuiſſe uacat,ſibi quam præclarus Iaſon
Duxerat Aeſonides,ea filia Phaſidis Aetæ.
Medeam dicunt.ſanxêre iugalia diui
Vincula,nec fruſtra iuuenem certaſſe tulerunt.
Namq; graues Pelia pugnas & dura iubente
Arma obijt,patriam tandem eſt regreſſus Iolcon:
Caraq; nec lætæ coniunx Medea carinæ
Defucrat.tædis ortus Medæus ab iſtis
Dicitur.hunc Chiron in monte recepit alendum
Phyllirides:quòd certa Iouis ſic fata iubebant.
Grandæuum ſunt quæ patrem ſibi Nerea dicant,
Vt Thetis,& Pſamathe.mixtæ mortalibus ambæ,
Mortales ex ſe fœtus genuiſſe putantur.
Aeace te Phoco Pſamathe formoſa parentem
Effecit,Thetis albentes argentea ſuras
Pelea magnanimo patrem donauit Achilli.

At Venus Anchiſæ heroi ſuppoſita cubili,
Aeneam peperit, nemoroſæ in montibus Idæ.
Edidit Agrium Circe, fortemq; Latinum,
Quem nulla quiſquam culpa carpendo momordit.
Quis pater ambobus quæris? facundus Vlyſſes.
Omnibus imperio pariter duo iura dedêre
Tyrrhenis, longè fines extendere dicti.
Vltima Nauſithoum concepit diua Calypſo,
Nauſinoumq;, ſuo cum iam potiretur Vlyſſe.
Iamq; ego ſiqua uiris dea ſit mortalibus uſa,
Pignoraq; ediderit, uideor ſatis eſſe profatus.
Nunc cantate nurus harum, & genus, heroinæ
Quæ Ioue, quæ ſummo Muſæ gaudetis Olympo.
O' modò tam digno cur me Fortuna fefellit
Codice? materia cur me priuauit honeſta?
An quo iam merito uatem fraudaret honore?
Néue ſuum decus eſſe ſuo furiata labori
Ferret, & Aſcræas ea nollet uiuere Muſas?
Nos ea Romanis an quòd conuertere uerbis
Noluit? Ah ſi ſic quanti? puto conſcia diua es,
Aemula Mombritium nolis emergere nomen,
Quæ te cauſa mouet? ſunt quæ nos multa ualemus
Scribere, ſunt ſtudijs accommoda plurima noſtris.

THEOGONIAE HESIODI,
per Boninum Mombritium Patricium
Mediolanenſem Latio donatæ,
FINIS.

AD LVCAM TERTIVM, Patriciorum Brixiæ ſplendorem, & Mecœnatem ſuum, Pylades.

Tertie, cura poli, Muſarum gloria, Luca,
Carmine diuorum ſuſcipe queſo genus.
Quod Pylades nuper uictum tibi dedicat unî,
Dum ſibi preſidij te ſatis eſſe putat.
Nil habuit maius, quo te lux maxima natum
Munere deuotus poſſet adire cliens.
Quicquid enim inconſtans homini ſors addit, & au-
Argenti & rerum, poßidet ille nihil. *fert,*
Contentus caſula, & modici poſſeſſor agelli,
Si modò uix tenuis ſuppetat orc cibus.
Hunc tu iudicio poſtquam grauiore libellum
Terſeris, in populum (ſi ualet) ire iube.

DEO.

DEORVM GE-NEALOGIAE, A' BVRCARDO Pylade Brixiano uerſibus elegiacis conſcriptæ, Liber I.

CArmine concipimus geneas cantare deorum,
Quos pia gentiles turba uocare ſolet:
Quónam quiſq; patre, & qua ſit genitrice creatus,
Forſitan & clarum ſi quid in orbe dedit.
In quibus Aſcræi pars eſt non ultima uatis:
Multa etiam, Siculus quæ Diodorus agit:
Quicquid & aggeſit quondam Certaldus in unum,
Aut ueteres ſcriptis nos docuêre ſuis.
Melpomene aßiſtas, turba comitante ſororum,
Res & in hoc ſchedio ueſtra putatur agi.
Quem primum longæua deum commenta uetuſtas
Dicitur, huic nomen Gorgonis illa dedit.
Quod neq; fas aperire foret, nec prodere cuiquam,
Hac uenerata ſuum relligione deum.
Hunc ſine principio, nulloq; autore parentem,
Credidit in tenebris degere poſſe Chai.
Id Chaos (ut perhibent) rudis atq; incondita rerum
Materies, uno corpore iuncta fuit.
Cui neq; quam poſſet quiſquam dignoſcere formam,

Nec nisi pondus iners, & graue, nullus erat.
Dicitur hanc Deus is sedem tenuisse profundam:
Hinc factum, ut nulli cognitus illa foret.
Qui congesta Chao discordia ferre tumultum
Semina concipiens, intulit hisce manum.
Litigium eduxit primum: id sine matre profectum,
Panaq;, tum Parcas exilijsse ferunt.
Prima fuit Clotho, Lachesis subit, Atropos inde:
Hæ manibus uitam fataq; nostra gerunt.
Ipse Polum digitis post hæc concluſit in orbem
Exiguum ductis: sic uaga fama canit.
Protulit hinc Terram, dictam quoq; nomine Vestæ:
Quæ Famam, & Noctem, Taygetemq; parit,
Tartaron, Antæum, numero quæ pignora quinq;
Sola creat, nullo semine fulta uiri.
Tum Terræ iunxisse latus, Pythonaq; magnum,
Inde Erebum fertur progenuisse Deus.
Mox Erebum de Nocte ferunt ter pignora septem
Gignere. primus amor diceris esse puer.
Gratia dehinc, patiensq; Labor, liuensq; uenenum
Inuidiæ, Metus hinc, Frauq; Doluq; subit:
Humanisq; tenax nimium quæ mentibus hæret,
Nonus Egestatem sustinuitq; locus.
Hinc ea quæ miseros fertur sortita, Fameq;
Cum Senio, Morbus, deinde Querela uenit.
Pallorē & Tenebrā ac Somnū Mors atra sequuta est
Atq; Charon, penè est ultima nata Dies.

Ast oriens Aether concluſit uiſcera matris:
Cui ſoror eſt natos proxima nixa duos.
Hunc primùm dixêre Ioucm monumenta uetuſta,
Hunc Celium: atq; idem Cœlius eſſe poteſt.
Iuppiter è cerebro natam eduxiſſe Mineruam
Dicitur, & nulla de genitrice, ſuo.
Altera nata tulit nomen Proſerpina matris,
Quæ (ſi uera canunt) illius uxor erat.
Qui Diana ſimul, Tritopatreus, Ebuleusq;,
Et Dionyſius item, proſilière Ioui.
De Niobe eſt Apis, Lyſica ſuſceptus at Hercles,
Hermen Cyllene protulit Arcadica.
Sunt ſcita, Sol primus, Liberq; ex ordine primus,
Pignora de incertis matribus orta deo.
Idem Epaphum genuit, ſiue Iſis nata Promethei,
Siue Io hunc tulerit: preſſit utramq; deus.
Teq; ex Perſephone, Liber, dixêre ſecundum
Mercurium, uates progenuiſſe pij.
Primus at ex illo, primaq; Cupido Diana
Editus eſt: alijs nixibus Autolius.
Lychione hunc illi peperit. fuit illa parente
(Sed nondum uolucri) Dædalione ſata.
Autoliùs primum non nota è matre Sinonem
Siſſyphon hic, geminos, Autoliamq; tulit.
Dicitur hac ſoller quondam prognatus Vlyſſes,
Proditor hoc Troiæ patre fuiſſe Sinon.
Ex Epapho Libya eſt, & coniuge Caſſiopæa,

Belus inexplicitis Priſcus ab uberibus.
Ex Belo Danaus,geniti,Aegiſthusq;,& Agenor:
Sed quibus,haud clarum,matribus extiterint.
Quinquaginta ortæ Danao,fera pectora,natæ
Matribus ambiguis:quæ necuêre uiros.
Nomen Hypermeſtra eſt primæ,Bona dicta ſecũdæ,
Tertiaq; Amymone:cætera turba latet.
Prima tamen ſcelere abſtinuit,ſponſoq; pepercit.
Aegiſthi reliquæ diſſecuêre genus.
Quo pater his facto perituras Iuppiter undas,
Quas referant humeris,ſub Phlegethonte dedit.
Lynceus Aegiſtho natus perhibetur,& unà
Quos decies fratres quinq; fuiſſe patet.
Tanta cohors dubium quibus à genitricibus ortæ
Deq; tot hic nomen Lynceus unus habet.
Iunctus Hypermeſtræ magnum produxit Abantem,
Cuius in Argiuis regna fuêre diu.
Is Prætum,Acriſiumq; è uentribus,Iaſiumq;,
Suſtulit ignotis:Prætus at ipſe Meram.
Cumq; Mera geminas (ſi ſtant audita) ſorores:
Sed non ſunt illis nomina certa ſatis.
Antiopa hæc fertur,Sthenoboea,uel Antia nixæ
Sunt uario uatum pectora iudicio.
Acriſio Danae genita eſt:ſtetit abdita mater,
E' plumbo Danae Perſea nixa Ioue.
Iaſio Amphion,Thalaon,Atalantaq; nati:
Hippomanem curſu quam ſuperaſſe ferunt.

Orta

Orta tua est Neleu coniunx Amphione Chloris,
Phlegræusq; fuit de Thalaone puer.
De Thalaone uiro prodit malefida Eriphyle,
Sæua thori consors Amphiarae tui.
Eurynome huic mater dicta est: sed cætera turba
Partubus obscuris edita prosilijt.
Quinetiam Eurynome Thalaon tibi gignit Adrastū:
Argiam hic natas, Deiphilenq; duas.
Non patuit genitrix. uerum hac tu coniuge Tydeus
Lætus es: illa uiro non Polynice minus.
Tertia sed Beli proles narratur Agenor,
Septenum tacito uentre parasse genus.
Europam in Cretam tauro per cærula uectam,
Et quæ Taygetam traxit amore Iouem.
Quamq; canunt factam nato Lacedæmone matrem:
Sint licet, hunc Semelæ qui tribuisse uelint.
Hoc Polydorus item natus fluxisse putatur,
Et Cadmus Phœnix, Labdacus, atq; Cilix.
Hermione Autonoen Cadmo, Semelenq; & Agauen
Edidit: noc filia quarta fuit.
Datq; Philistenem Phœnix, quo deinde Sycheus:
Te Phœnix triplici pignore Bele patrem:
Didone, atq; Anna, diro quoq; Pygmalione.
Nec satis, hos uteri qui genuêre, patent.
Tresq; Cilix profert obscura coniuge natos,
Non ullo illustri nomine Lampsacium.
Pyrrhodem, è silice primus qui excusserit ignem:

Et patrem antiqui Pygmaliona Paphi:
Quem peperit dilecta prius sibi eburnea uirgo.
Deq; Papho est Cinyras, matre latente, satus.
At Cinyras Myrrhã, & de Myrrha sumpsit Adonim:
Sed genitrix Myrrhæ nomine nulla datur.
Labdacus extrema est producta ab Agenore proles:
Laius huic tacito filius ex utero.
Laius Oedipodem ex Iocasta coniuge sumpsit:
Ex matre impurus quatuor Oedipodes:
Antigonam, Ismenen, Eteoclea cum Polynice,
Thersandrum Argia de Polynice parit.
Cœlius ætheriæ sobolis pars altera, bis sex,
Sed tantum è Vesta pignora sena dedit:
Tethyn, Opim, Cererem primam, Titana, marisq;
Rectorem Oceanum, falciferumq; senem.
Vulcanum primum tulit inde, Iouemq; secundum:
Sed quo concubitu, non tenuisse licet.
Mercurius pariente Dei quoq; tertius, illi,
Si modò uera canunt, magnaq; nata Venus.
Inuentorq; domus luteæ, sine nomine matris,
Toxius ortus ab hoc, atq; secunda Venus.
A' uenio deducta Venus, quòd ad omnia diua
(Tullius ut cecinit) prompta uenire solet.
Hæc eadem à spumis olim sibi nomina traxit,
E' quibus in rauco dicitur orta mari.
Nam pelagi tumidas cum demisisset in undas,
Saturnus Cœlo membra resecta patri,

Illorum

Illorum è ſpumis contractis ſanguine fuſo,
Virgo ſub æquoreis orta putatur aquis.
Aphrogenia igitur dicta eſt hinc, atq; Aphrodite,
Dorica quòd ſpumam lingua uocauit ἀφρὸν.
Et quòd nata ſacris primùm eſt appulſa Cytheris,
Hoc Cytherea ſibi nomen habere ſolet.
Quòd Cyprõ hinc petijt, ſedes ubi plurima diuæ eſt,
Huic quoq; cognomen Cyprogenia fuit.
Natus Eryx, ſtructo Siculorum in uertice templo,
Fecit ut huic nomen pòſt Erycina foret.
Sunt qui illam dicant Philomedea, teſtibus orta
Quòd fuerit, riſum uel dea ſemper amet.
Te peperiſſe uolunt matrem hanc formoſe Cupido,
Qui mentes hominum cælicolûmq; domas.
Mercurio fulgens peperit Venus Hermaphroditũ,
Qui mulier, qui uir, neuter & unus erat.
Vulcano è primo primus fuit ortus Apollo,
Quem Iouis alterius nata Minerua creat.
Prima Ceres Acheronta parit: qui nocte Megæram,
Tiſiphonam, Alectò, tris furias genuit.
E' terraq; Stygem: parit hæc Cocyton: at ille
Te Phlegeton: Lethen tu generare ſoles.
Vtraq; in obſcuro eſt genitrix. Acheron quoq; nym-
Turbidus ex Orne, protulit Aſcalaphum. (pha
De Styge te nata natam Victoria. ſed te
Natus Honor ſola eſt, delituitq; pater.
Se quondam leto Reuerentia iunxit Honori,

Et ſacra Maieſtas protinus orta fuit.
Titanum è terra bis ſeptem promere fœtus
Conſtat, & Aurora eſt filia ſola tamen.
Cætera turba mares, Hyperion, & ipſe Lycaon,
Cœus & Aſtræus, ſæuus & Iapetus.
Pallenes, Pallasúe, & Typhon, ſiue Typhœus:
Quiq; patris nomen non habuêre ſibi,
Enceladus, Briareus, Aegeon, Runcus, Aloeus,
Falciferi ultores, Porphyreonq;, dci.
Quos pater infeſtos olim ſibi Iuppiter igne
Ad Styga fulmineo truſit ab arce poli.
Sanguine ab illorum fuſo excreuiſſe uirorum
Cædibus & uitijs corpora plena ferunt.
A magno exortum memorant Hyperione Solem,
Et Lunam: obſcurus partus uterq; manet:
Aeonas, Horasq; Chronis: ſed Nerea Soli
Lampetiam & pariter te Phaetuſa tulit.
De Perſa Oceani prole eſt ſublataq; Circe,
Aeetesq;, deo qui uehit altus equos.
Medeam Aectæ coniunx Ipſæa tuliſſe
Fertur, & Abſyrtum, Calciopenq; uiro.
Vxorem hanc Phryxus, Medeam duxit Iaſon,
Quæ fratrem potuit dilacerare ſuum.
Sol quoq; Miletum non nota excepit ab aluo,
Angitiam, Dircen, Paſiphaenq; ſimul.
Candida Mileto Cyane eſt enixa gemellos,
Bibli da cum Cauno, quos malus uſſit amor.

Arca-

Arcadis at mater de patre Lycaone nata est
Calisto, arctoi gloria summa poli.
Hæc uersa est, Helice, Septentrio, uel Cynosura,
Interdum Phœnix nomine dicta nouo.
Latonam è Cœo, qua tu susceptus Apollo,
Asteriéq; ferunt matre latente satas.
Aurora Astræo peperit Titania fratri
Astræam & uentos, qui freta longa premunt.
Primus ab exortu consurgit Apeliotes,
Quem Subsolanum lingua Latina uocat.
Huic flat ab occiduo aduersusq; Fauonius orbe,
Græcula quem Zephyrum dicere turba solet.
Persurit arctoo Septentrio missus ab axe:
Hunc Boream Graiæ constituêre notæ.
Limite quem recto mittit contraria tellus,
Est Latijs Auster, Cecropijsq; Notus.
Inter eum & primum celer est Vulturnus Achæis,
Ingenti strepitu quòd fluat, Eurus erit.
Personat Argestes contrà, nostroq; uocatus
Spirat in æquoreas nomine Corus aquas.
Austrũ inter Zephyrumq; fremẽs uenit Africus, aduo
Obuius huic Aquilo turbidus ore furit. (Libs
Quem Libs atq; Notus claudunt, ab utroq; uocatur,
Compositis gemino dogmate nominibus.
Cæcian opposita dicunt de parte meantem,
Is sibi Romanum non puto nomen habet.
At quem Vulturnus mediũ comprehẽdit, & Auster,

Euroauſtrúm appellant, Euronotumq; ſimul.
Thraſcion obijciunt crepitantem à fronte poetæ:
Fallor, an hæc numero ſtirps duodena fuit?
E' Zephyro Balium, Zanthumq;, Harpyia Podarge
Fertur Achilleis nixa tuliſſe iugis.
Sed Zethum, & Calaim, Boreæ parit Orithyia:
Ignoto Harpalicen ſuſtulit ille thoro.
Heſperon ex Aſia, atq; Epimethea, teq; Prometheu,
Atlantem ex Clymene pertulit Iapetus:
Heſperus Heſperidas, Aeglen ſimul atq; Erethuſam,
Tertia quam memorant Heſperethuſa fuit.
Pyrrha patrem naſcens Epimethea ſola uocauit,
Cognita Pyrrha ſatis Deucalione uiro.
Heſperidum & Pyrrhæ matres latuêre: Prometheus
Pandoram molli fecit at ipſe luto.
Iſide mox factus pater eſt, & Deucalione,
Quos tulit obſcura de genitrice duos.
Deucalion Pyrrha genuit de coniuge, uerſum
Pſittacon in uolucrem nominis inde ſui.
Hellanumq; Hellas quo dicta eſt Græcia: tectis
Sed te Phentrates & Dionyſe thoris.
Ex Atlante fuit tacito de uentre Calypſo,
Sed puer ex Aethra pòſt generatus Hyas.
Hic uenator erat, quem fulua leæna peremit:
Illa diu eſt Ithacum ſed remorata uirum.
Atlanti coniunx Hyadas quoq; parturit Aethra,
Quas numero ſeptem fama fuiſſe refert:

Pyrrho-

Pyrrhodile, Eudora, Ambrosie, Chronis, atq; Thiene,
Polyxo, & Phyto: nomina Græca manent.
Plcione Atlantis semori coniuncta, putata est
Nutrices Bacchi gignere Pleiadas:
Taygetam, Maiam, Steropen, Meropenq; Celæno,
Electram, Alcyonen, sidera facta polo.
Pallene, aut Pallas quintam genuisse Mineruam
Diceris: at uenter, qua genetrata, latet.
Creditur illa tamen patrem occidisse. Typhœus,
Seu Typhon, natos edidit ipse duos:
Aeon, & ignota fuit hic productus ab aluo:
Chedria te mater sæua Chimæra tulit.

DEORVM GENEALOGIAE, A Pylade uersibus conclusæ, Lib. II.

NVnc Iouis in sobolem laxamus uela secundi,
Cœlius ignota est cui genitrice pater.
Partubus huic tribuit uarijs annosa uetustas
Sex numero fœtus protinus, atq; decem.
Hunc Latona patrem Diana & Apolline fecit,
Gratia non una est partaq; ab Autonoe:
Pasithea, Euphrosyne, Argiale, tres nomine dictæ:
Amphion, Calais, Zethus ab Antiopa.
Te Semele peperit Cadmi stirps cognita Bacche.
Asterie quarto est Hercule facta parens:
Arcade Callisto. Tityum fuisse tulerunt
Hellaron, Orchomeno de genitore satam.
Latonam hic stupro Tityus quum fortè uocasset,

Fixus

Fixus ab Ortygio tartara nigra subit.
Infœlixq; nouem sparsus per iugera terræ
Pascit inexhausto corpore semper auem.
Taygetam nato fœtam Lacedæmone, magnum
Dardanon Electra prosilijsse canunt.
Tantalon ignoto regem de uentre Corinthi:
Bellorum inuentrix teq; Minerua ferox.
Argeum, Autoum, Nomiumq; ab Apolline tractos
Fertur: Aristæum iungere fama solet.
Cyrene quos nympha deo Peneia fudit:
Si modò non uatum pondere uerba carent.
Ortus Aristæo tacita est Iolaus ab aluo,
Autonoe Actæum præda futura canum.
Matribus ignotis Lapitham produxit Apollo,
Quo Lapithas dictos turba diserta putat:
Eurynomen simul Adrasti Eurydicesq; parentem,
Et populi Aethiopes quo Garamanta sati.
Edidit & Psychen placida deus Endelechia,
Insignemq; modis Orphea Calliope.
Lychione edoctum citharaq; Philemona clarum:
Inde Arabem nactus de Babylone fuit.
E' nata Laucis, Sucronis coniuge, Branchum:
Psammathiaq; tui prole Crotope, Linum.
Huic Mopsum Manto peperit, uel dulcis Hymante:
Tuq; Philistenem Cantio læta uirum.
Hoc quoq; tu Aesclapi, nymphaq; Coronide sumptus,
Hippolyto uita qui redeunte peris.

Teq;

Teq; Machaon habet genitorem, Aſclepius illum:
Hic tamen ambiguo prodit,& ille thoro.
Dictus ab Argiuis radios quòd iactet,Apollo:
Si modò nil ficti dogma Platonis habet.
Chryſippus,quia non multi,uerùm unicus ille eſt,
Cenſuit id quondam nominis eſſe deo:
Cuius in aſſenſum priſci uenêre Latini,
Qui ſolem,cui par non fuit ore,uocant.
Speuſippus dictum multis à uiribus ignis,
Flammifero gradiens quem uehit axe,putat,
Ex alijs atq; ex alijs quòd flexibus orbis
Aſſurgens ortus proferat ille ſuos.
Protulerat doctus magno à Zenone Cleanthes,
Se nondum paſſus diriguiſſe fame.
At tu Cornifici,quoniam referatur ad ortus
Orbem inter mundi,nomen habere canis.
Quòd perimat dixêre alij atq; animantia tollat,
Corrupto quotiens aere peſtis adeſt.
Vnde illum geſtare arcus,& tela ſiniſtra,
Quæ iaciat,morbos quum ferit ore,ferunt.
At quia tergemina eſt ipſius gratia dextra,
Hunc medicáq; putant arte ualere deum:
Quum Solis calor ipſe omnes depellere morbos,
Temperie ſoleat concomitante ſua.
Sunt qui illum tanquam pellentem corpore triſtes
Languores,dictum ſæpe referre uelint.
Hinc & Alexicacon nobis uaga fama uetuſtos

Rettulit

Rettulit hunc ſolitos dicere Cercopidas.
Læmion hinc Lindi finita peſte uocatum,
Hunc etiam ſummo prorſus honore colunt.
Virgoq; Veſtalis ſacris huic ritè peractis,
Et medice, & Pæan dicere Apollo ſolet.
Hinc Pæana tulit ſedatis Græcia morbis,
Vel quia diſpergens noxia tela ferit:
Antè quit us magnum telis Pythona peremit,
Dum puer in cunis ipſe ſororq; iacet.
Quo quia perpetuis celebratus laudibus ille eſt,
Dum Pæan toto uictor in orbe ſonat:
Hinc factum, ut Pæan Phœbi pro laude feratur,
Etſi qua eſt alijs ſæpe relata deis.
Pythius hinc etiam dictus Pythone peremptо,
Vel quia putreſcant fœda calore dei.
Delius & fertur, claro quòd lumine monſtrat
Cuncta: uel in Delo eſt hunc quia nixa parens.
Cynthius & Cyntho, Deli qui ſidera monte
Pulſat, & ipſius condita templa gerit:
Ortygius, quoniam Delos ſibi nomina multa
Sumpſit: & Ortygiam, Pyrpileamq; uocant,
Aſteriam, Lagiam, Mydiam, Cerrhan, atq; Cynathū,
Quin illi interdum Cynthia ſuggeritur.
Fama coturnicis tamen hanc de nomine dictam,
Ortygiam, eſt ortyx quæ uocitata, refert.
Nam Iouis Aſterie quum uim fugitaret, in illam
Verſa prius fuerat, quàm ſcopuloſa foret.

Inde

Inde autem quum formam aquilæ sumpsisset, eandem
Vrgeretq; deus: saxea facta fuit.
Et latuisse diu saxo mutata sub undis
Creditur, inuita ne potiretur amans.
Sed tandem precibus Latonæ adiuta sororis,
Permissa est undis exeruisse caput.
Vnde putant Delon posthac cognomine dictam,
Quæ sese ostendit quum latuisset aquis.
Hinc ergo Ortygia, Asteric est hinc insula primùm
Dicta, tot ex illo prædita nominibus.
Latonamq; Iouis plenam, Pythonis acerbis
Exagitata diu qnum foret illa minis,
Excepit misserata soror: tulit illa gemellos,
Et Phœbum & Phœben, iussa quiete frui.
A' specie Phœbum, multoq; nitore, uocarunt,
Splendidus & pura sit quia luce Deus.
Est Clarius dictus, Clario Colophonis ab urbe,
Qua solitum multo constat honore coli.
Tum Nomius, non ille greges quòd pauerit olim:
Sed quòd quæ Tellus omnia pascat agit.
Et Lycius, quoniã Lycus est quoq; dictus ab Argisi'
Nam similis multum creditur esse lupo.
Vtq; armenta lupi rapiunt, sic humida quæq;
Attrahit, & radijs surripit ille solo:
Siue quòd albescant ortum post omnia solis,
A' luce excceptum nomen id esse uolunt.
Thymbræũ appellãt, pluuios quòd is excitet imbres,

Quod

Quod tamen à Tymbra maxima turba refert.
Hæc herba eſt Latijs populis Satureia dicta,
Forſan & Origanum quam uocitare ſolent:
Hac ager Iliacis tectis uicinus abundat,
Inde ibi Tymbræo ſunt ſacra templa deo.
Grynæum nemus eſt, dedit urbs cui Grynia nomen,
Quæ ſedet Aetolis Ionijſq; locis.
Id tibi Phœbe ſacrum, Grynæus & inde nocaris:
At Myrhinus, Myrhina te quòd in urbe colunt.
Phocidis à Cyrra pariter Cyrrhæus Apollo.
A' Pataris Lyciæ, ſed Pataræus adeſt:
Huic in utroq; loco quoniam tribuantur honores,
Dictus ab aurata Chryſocomuſq; coma.
Cecropis in uicis quia ſit celebratus, Agyieus,
Nomine quo uicos Attica terra uocat.
Sminthius à templo, quod quondam Teucrus in oris
Troijugenum fertur conſtituiſſe deo,
Poſtquam terrigenas ſerrato prælia uidit
Edere, & in clypeos loraq; dente ſibi.
Quos quoniam Sminthas appellat Gnoßia tellus,
Sminthion hinc Phœbum, Sminthia tẽpla uocant.
Quodq; arcus ſpeciem argenti diffundit in altum,
Exoritur quotiens, Argyrotoxus erit.
Quotidie uerò quoniam renouatur, & ipſe
Gignitur, ac gignit ſplendidus oré micans,
Argeneten Dores ſimul, & dixêre Phaneta.
Loxian obliquus circulus eſſe facit.

Vlion

Vlion inde, ſalus quoniam tribuatur ab ipſo,
Mæonius uates protulit ore graui.
Eſt Libycus ſaluis dictuſq; Liöyßinus olim,
Qua ſua Trinacrius terga Pachynus habet.
Tum ſoror eſt Phœbi uario quoq; nomine culta,
Quòd fuerit nobis parua referre mora.
Diana eſt, quòd nocte diem quaſi conficit, aut quòd
Tempus eam duplex noxq; diesq; uidet.
Quòd iuuet, eſt Iuno, Lucinaq;, prodere luci
Quòd ſolcat partus menſibus illa ſuis:
Aut oculis luciq; fauens, uel forſan ab illo
Qui ſacer huic fuerat lucus in Exquilijs.
Dogmate quinetiam dicta Ilithyia Pelaſgo,
Hanc quia placaret fœmina parturiens.
Artemis hac eadem, ceu quæ ſecet aera magnum,
Fertur ab his quibus eſt Atticus ore lepos.
Quòd triuijs præerat, Triuiam cauſantur: ob idq;
Tris facies reddunt, oraq; terna deæ.
Sed lunam idcirco, noctu quòd luceat una,
A radijs uel quòd lumina ſolis habet.
Perſephone eſt Græcis, atq; hinc Proſerpina nobis,
Vel ceu proſcrpens credita utrinq; gradi.
Dictynnam à capto ſummerſæ retibus olim
Corpore Minois uim fugientis agunt.
Vnde etiam montem, quo templa fuêre Dianæ
Condita, Dictynnum Cretica terra uocat.
Nata quòd inde Delo eſt cum Phœbo Delia fratre

Diciturat Phœbe, pura quòd ore nitet:
Quòd centena deam placaret uictima, uel quòd
Centum errare annos non tumulata daret.
A' Græcis Hecate eſt: Pergæaq́; ab urbe uocata
Pamphiliæ, Perga qua ſibi fana tenet.
Bis ſeptem Amphion Niobe temeraria coniunx
Fœta tibi eſt, arcu quos dat Apollo neci.
Semarcũ, Epinitũ, Archemorũ, Antegorũq́; uocarũt,
Phædimon, & Sypilon, Tantalon atq́; mares.
Quatuor aſt alij mutarunt nomina primis,
Te quibus Alphenor ſuppoſuiſſe uolunt.
Et ſimul Iſmenum, Damaſitona, & Illioneum:
Sed maribus numero eſt ſumpta puella pari:
Nerea, Pelopia, Cleodoxe, Chloris, Ogune,
Cum Pythia, extrema eſt Aſtyeratia ſoror.
Pulchra Itylum Zeto atq; Thyim produxit Acdon,
Mortua quæ dè te Cardue nomen habet.
Enixa è Baccho Venus eſt Hymenea. Thyoneus,
Eſt etiam Bacchi, matre latente, genus.
Fertur & è Baccho peperiſſe Ariadna Thoantem,
Qui tulit obſcuris nixibus Hypſipylen.
At Bacten Bacchum, & Graij dixêre Babacten,
Clamorem βάξιν quòd ſua lingua notet.
Nam madidi uino magnos efferre tumultus,
Bacchantesq́; ſolent ſæpe uocare deum.
Baſſarea appellant, quoniam ſit baſſara ueſtis
Baccharum, ad ſummos uſq; remiſſa pedes:

Lydia

Lydia quam mittit locus est nam Bassara, uestes
Qua similes fiunt Lydia terra tuis.
A' strepitu Bromius, quòd uociferetur Iacchus:
Quòd curis soluat corda, Lyæus erit.
Nec minus Alysius, Latio seu nomine Liber:
Quòd pius est, Eleus dicitur esse pater.
Hunc utero (ut fama est) Semeles à fulmine tactæ,
Iuppiter excepit, suppositq; sibi.
Hinc lateri insutus quia sit Iouis, Eraphioten:
Nam suere est ῥάπτειν, lingua Pelasga refert.
Quodq; Iouem pupugit, Dionysius: ostia lucis
Quòd bis adit, nomen huic Dithyrambus adest:
Seu quòd ad os iterum quæ sunt admissa, redire
Cogit, & arcani non tenet ille fidem.
Quodq; duas matres est uisus habere, Bimater
Dicitur huic Semele, Iuppiter inde fuit.
Nyctilium perhibent, nocte quia membra resoluat,
Vel quòd nocturno tempore sacra ferat.
Nysæus fuerit, quia sit quoq; pungo νύσσω,
Vrbs illum Aegypti uel quia Nysa colit:
Qua primum hunc referũt uinum ostendisse, uel illa
Nysa Helicon pagus qua patet ara tuus.
At quia grassentur bacchantum membra, Thyoneus
Extiterit: ferri est impete nanq; θύειν.
Mænalius, quòd turba furat: uel ab Arcade monte,
Annua quo soliti condere sacra deo.
Dictus ab elatis bacchantum uocibus Euan,

Aut Euan Bacchum Phryx quia ſermo uocet.
Quòd madidos faciat, quòd uino corpus inundet,
Dorica Bryſæum dogmata ſæpe canunt:
Aut quia Bryſæa celebretur in urbe Laconis
Præcipuo cultu, nomen ab urbe gerit.
Euchion à precibus, quòd uota præceſq; litantum
Suſciperet, dictum nuncia fama tulit.
Euhyon à magno cœlirectore uocatum,
Id ſonat in Latijs filius euge bonus.
Namq; giganteo tremerent quum numina bello,
Iamq; polum manibus turba teneret atrox:
Primus ibi indutus Bacchus noua membra leonis
Horrendum ſubita morte gigantа premit.
Quo pater exultans tunc Iuppiter, Euhye dixit,
Ingenti faſſus pectore lætitiam.
Montibus in ſummis quoniam ſit cultus, Oræus
Fertur: ab Arcadiæ monte, Lycæus erit.
Lenæus, ſeu Lenobates, à uaſe feretur,
Quo calcata fluens eijcit uua merum.
Quodq; ignem inducat neruis, pariatq; calorem,
Sæpius Ignigenam lingua Latina uocat.
Herculis eſt quarti Carthago filia dicta,
Huncq; colunt Tyrij, fætaq; nulla patet.
Arcadis Ioniius nympha eſt ſtirps orta Selene,
Nomina quem perhibent exhibuiſſe freto.
Huius at Euandri mater Nicoſtrata proles,
Fertur ab ignotis edita uiſceribus.

Sed

Sed Iouis è nato Lacedæmone prodit Amyclas:
Argulus hoc illo est, Oebalus atq; patre.
Oebalus Oebalij quo sunt à regĕ uocati,
Icarus & Ledæ Tyndarus unàe sati.
Icarus Erigonem tulit, & te Penelopea,
Iphthimaq;, Eumelo consociata uiro.
Deq; tot à magno quondam Lacedæmone ductis,
Nullius genitrix cognita uera fuit.
Dardanus Electræ stirps & Iouis alma secundi,
Dardana quo tellus nomina gensq; trahit,
Gignit Erichthonium. nixa hunc Candauia partu
Dicitur, & coniunx illius atq; soror.
Troius hoc genitus, seu Tros: quo Troia uocata est,
Quæ regio fuerat Dardana dicta prius.
Trosq; Ilum, Ilionemúe, altam qui condidit urbem
Ilium, & Assaracum, cum Ganymede tulit.
Ex illo ductum sed Laomedonta fatentur,
Hercule periurus qui domitore perit.
Quo simul Hesiona est Telamone puerpera facta,
Et Teucri genitrix, Antigonéq; sata.
Tithonus, Lampus, Clytioq;, Hicetaon, & ipse
Rex Priamus, iuncto Bucolione simul:
Matribus incertis ingens quæ prodita turba,
Tithono Aurora est Memnona fœta suum.
Nymphaq; Auaruarea Esipium, Pidasumq; tulisse
De magno fertur Bucolione duos.
At Priamus quondam Troiæ rex inclytus, amplam

Progeniem uarijs partubus extulerat.
Hoc primùm atq; Hecuba de cõiuge prodijt Hector,
Theſſalicis circum Pergama tractus equis.
Cui puer Aſtyanax, genitor quem ſæpe Camandrum
Dixerat, uxore eſt ſumptus ab Andromacha.
Ex Hecuba Paris eſt Priamo ſatus, atq; Polites,
Oenone Paridi Nymphaq; nixa duos:
Daphnin, & Idæum tacita de matre Polites
Dat Priamum, Aſcanio qui comes ire tulit.
Phorbantem genuit Priamoq; Epiteſia mater,
Obſcuro Phorbas Ilionea toro.
Denaq; progenies Hecubæ parientis ab aluo
Exilijt, Priamum quam genuiſſe putant:
Ilione, Thracum regi quæ contigit uxor,
Caſſandra & uates ſponſa Choræbe tibi;
Aeneæq; ſequens ueſtigia rapta Creuſa,
Dum patrem & patrios ſuſtinet ille deos.
Laodice Thracis coniunx Helicaonis: & te,
Thrax cui rex auro dat Polydore necem.
Deiphobe inſidijs Heleneq; uxoris adempte,
Et qui Pelidæ Troile ab enſe cadis.
His Helenum uatem, atq; Epiri regna tenentem
Addimus, Aeneas unde futura capit.
Queq; patris tumulo eſt mactata Polyxena Pyrrho:
Antiphus Atrida cæſus ab hoſte ſubit.
Teſtorium Priamo parit inde Perhibia regi,
Atq; Iphatem, Antilochi qui cecidêre manu.

Suſtu-

Sustulit è nympha Teucrum simul Antiodona·
Vnguibus hic ursi dilaceratus obit.
Laothoe senis Althai pariente Lycaon,
Alter & es Priamo dcm Polydore satus.
Te quoq; Castimira genitum,à Teucroq́; peremptū
Gorgition,Priami seminis esse ferunt.
Cui fuit & mater,siue uxor Arisba,Thymetis,
Sumendi heu Graij iam malè suasor equi.
Huic & Alixirhoe peperit te nata Dimantis
Aesace:de ignotis cætera sumpta cohors.
Hippothous, Pāmō simul,Antiphonusq́;, & Agauus,
Inde Agathon,Mestor,Dicomoonq́; nothus:
Quem pugnans Ithacus ferro confecit Vlysses,
Isus & Atrida pereutiente cadens.
Quos Diomedis item uirtus subduxit,Echemon
Et Cromenon,paribus dum uehcrentur equis.
Patrocli & saxo Cebrion prostratus ab ictu,
Laocoonq́; sacer maxime Phœbe tibi.
Mentoridæ coniunx,Polypi quoq;,Medisicastis,
Chaon er,unde Heleni nomina terra tenet.
Et tua Polydamas coniunx formosa Lycaste,
Aiacisq́; necat quem Doridona manus.
Assaracus Trois generosi tertia proles
Dat Capyn,Anchises editus ipse Capy.
Non patuêre tori.Aeneam Simoentis ad undam
E magno Anchisa protulit alma Venus.
Anchisen formosa patrem genitrice latente,

Nupta tibi Alcathaon Hippodamia refert.
Aſcanium Aneæ coniunx enixa Creuſa:
Iulius Aſcanio, Romaq́; progeniti.
Syluius à ſyluis, caſu quibus ortus, habetur:
E` Romaq́; urbem nomen habere putant.
Mater in obſcuro eſt, qua ſit conceptus uterq́;
Syluius Aneæ poſthumus ortus item.
Hunc patre defuncto, in ſyluis Lauinia coniunx
Edidit, hinc dicta eſt Syluia poſteritas.
Ex illo Aeneas alter ſatus, inde Latinus:
Filius hoc Alba eſt, hinc generatus Athis.
Ortus Athi Capys, in Capuam quo decidit urbem
Nomen: ab hoc genitum Capeton eſſe uolunt.
Inde refers Tyberine genus, quo uortice merſo
Albula mutato nomine dicta fuit.
Agrippam tamen ante ſeris. Remulus fit ab illo,
Qui Iouis ætherei fulmine tactus obit.
Iulius hoc, à quo gens Iulia creditur orta:
Hoc quoq; Auentinum patre fuiſſe patet.
Ille Procam, atq; hic te genuiſſe putatur Amuli,
Teq́; ſimul Numitor, pignora ſæua duo.
Dat Numitor Lauſum, patrui quem dextra peremit:
De patre Lauſe tuo eſt Ilia nata Rhea.
Omnibus his certas nulli tribuêre parentes:
Marte Rheaq́; ſati Romulus atq; Rhemus.

DEO-

OCeanus Veſta & Cœlo genitore creatus,
Plurima, ſed uaria pignora matre dedit.
Pleionem, quam duxit Atlas: Phaetontaq; nixam
Te Clymene & Circen, te quoq; Perſa feram.
Hinc Aethram, Atlantis quæ dicta eſt altera coniunx
Et quæ Vulcanum nutrijt Eurynomen.
Coruſicen, Pallas qua inuentrix nata quadrigæ eſt:
Et quæ Chironem Phyllira protulerit.
Tum Solem, quo mel quoq; eſt medicina reperta.
Nec ſatis, hos uteri qui genuêre, patent.
At Dorin Oceano Thetis eſt, & Protea, ſœta:
Et Tritona, genus qui tenet ambiguum.
Neptuno fertur nam diua Salacia coniunx
Menſibus expletis hunc peperiſſe deo.
Suſtulit Idotheam Proteus, nigramq; Melantho.
Neptuno oppreſſam: mater utriq; latet.
E' Terra pater Oceanus bis flumina ſena
Prodidit; hæc uario fluctibus orbe ruunt.
Theſſalia exoritur Peneus, amœnaq; Tempe
Alluit, & Macedûm littora pulſat aquis.
Hic Daphnen Phœbo dilectam protulit olim,
Quæ fugiens lauri cortice tecta fuit.
Te quoq; Ariſtæi Cyrene cognita mater,

Quem cum melle olcum prædocuisse uolunt.
Currit ab Aonijs Epidamnum Asopus ab alto,
Fulmine iam tactus,dum mouet arma Ioui.
Ipsea qui genuit,comitatum Eteoclea bello:
Nomen,& Aeginan,insula cuius habet.
Apenninigenam Thuscosq; Vmbrosq;secantem
Rhoma capit Tyberim,dum freta longa petit.
Ocnus ab hoc genitus proles fuit inclyta,Manto
Tiresiæ uatis filia quem peperit.
Impiger Aoniam Cephisus fluctibus ambit,
Cui latus implicuit candida Lyriope.
Narcissumq; tulit:qui dum se cernit in undis,
Dicitur in florem uersus amore sui.
E' Pindo tellus Acheloum Thessala monte
Excipit,Aetoli est terminus ille soli.
Atq; uno tantùm perfertur in æquora cornu:
Herculeæ reliquum diminuêre manus.
Sirenas genuit (si uera est fama) puellas:
Terpsichore has peperit,Musaue Calliope.
Leucosiam,Lygiam,Pisnoen carmina dicunt:
Quarta tribus iuncta est Parthenopea soror:
Vrbs noua Parthenope cuius de nomine dicta est,
Hac quoniam moriens urbe sepulta fuit.
Irrigat Argolicos Inachus delapsus Achæis,
Cui stirps incerta est trina parente data.
Io prima fuit,quam Iuppiter arserat,antè
Quàm data Iunoni munere nacca foret:

Altera

Altera Phægeus, ſuperis quem prima ſacella,
Cumq; annis menſes inſtituiſſe ferunt.
His ſubit, Argiuûm tenuit qui regna, Phoroneus;
Quo ſatus Aegialeus dicitur, & Niobe.
Crimniſus Siculas fluuius perlabitur oras,
Sargeſta hunc nato fecit Aceſte patrem.
Hanc tulit Hippotes Troiani ſanguinis unus,
Oppreſſit fluuius, dum canis ora gerit.
Flumina Theſſalico ducit Sperchius ab orbe:
Pegaſcumq; ſinum, Thermopylasq; premens.
Pelleis huic genuit Polydoris Mneſthea, qui ſe
Pelidæ ſocium Pergama ad alta dedit.
Appameam Mæander habet, Phrygiasq; Celænas,
Inq; ſuos ortus uerſus & ora rigat.
Alluit Ioniam, Carasq;, urbemq; Prienem,
Miletumq; acto diuidit ille ſinu.
Biblidis & Cauni Cyanen genuiſſe parentem
Hunc fama eſt, dubium de genitrice tamen.
Paphlagonum campos rutilantibus Axius undis
Spargit, & elatis fontibus arua tegit.
Maxima Acheſſameni quæ nata Perhibia dicta eſt,
Illius amplexum ſuſtinuiſſe ferunt,
Sub decimumq; fuit menſem Pelagonius ortus,
Qui tulit Aſteropum: nec torus unde, patet.
Hellidis Alpheus claro de fonte putatur
Editus, Arcadico flumina ferre ſolo.
Qui terras ſubter, pelagiq; abſiruſa profundi

Labitur,

Labitur, & Siculo tollit in orbe caput.
Alpheo Orſilochus ſatus eſt, illoq; Diocles:
Hoc pariter Criton, alter & Orſilochus,
Ignotis uenêre toris: hos fama gemellos
Ad Troiam Aneæ procubuiſſe manu.
Nilus ab Aegypto Aethiopum diſterminat oram,
Omnia fœcundans quæ madefecit aquis.
Incerti eſt ortus, fluuiorum creditus ingens,
Et quinum incerta matre tuliſſe genus.
Herculis hic nomen ſibi poßidet, illa Mineruæ:
Hic Dionyſus erit, Mercuriusq; ſubit.
Mercurius, nobis qui fertur in ordine quartus:
Pluribus hic Hermes, ſed trimegiſtus adeſt,
Hic genuit Daphnin, ſyluis qui paſtor in altis
Primus, & egregio frontis honore fuit.
Mercurium pariter quintum, cui Mercuriorum
Cunctorum aſcribi plurima geſta uolunt.
Editus hoc Norax quem protulit Oſchyra nympha,
E' Pirenei ſemine progenita.
Vulcanum quintam ſobolem tibi Nile dederunt:
Hunc Apin Aegyptus, quo duce gaudet, ait.
Is tulit Aethiopem, populi quo autore feruntur:
Quum primum Aetlantes, ætherijq; forent.
Solem etiam genuit, quo Lampetuſa parente,
Et Phætuſa fuit, Lampetieq; ſata.
Tum Phaeton, Clymene peperit quẽ cãdida nympha,
Heu patrij currus qui malè rexit equos.

E' Phae-

E' Phaetonte Lygur, non certa naſcitur aluo,
Quo Lygures populos nomen habere putant.
Aſcræus, fluuios Tethy genitrice profectos.
Oceano, uates, & genitore canit.
In quibus Eridanus grandis memoratur, & Iſter,
Strymon, & Alpheus, Nilus & Heptaporus:
Mæander, Rheſus, Myſoq; ſub orbe Caycus,
Idæo Rhodius uertice ad ima cadens.
Colchorum Phaſis, Lydorum turbidus auro
Hermus, & in Phrygijs quem Simoenta uocant.
Argento ſimiles qui fert Acrioius undas,
Neſus item, pronis inde Liachmon aquis:
Aeſippus, Ladon, Grenicon, Parthenius q;.
Peneum his addit, Sangariumq;, duos.
Euenum, Ardiſcum pariter, diuumq; Scamandrum:
Seq; alios uates ſcribere poſſe negat.
Enixa Oceano Tethys quoq; Nerea magna,
Qui tulit è Dori coniuge Nereidas.
illa quidem ſoror & coniux, ut uno Tonanti,
Nereos eſt olim dicta fuiſſe dei.
Nereides uarijs traxerunt nomina rebus,
ingenio, victu, corpore, uentre, locis.
Dictaq; prima Thetys, Pelidæ mater Achillis:
Proxima Cymodoce fluctibus una quies.
Cymothoe, Spio, Glauce, Neſæo, Phæruſa,
Amphithoe, Clio, Dynamenéq; potens.
Phillodoce, Euarne, Proto, Xantho, Galatea

Alba comas, Drymo quercubus assimilis.
Actæa, Amphinome, Autonoe, & formosa Menippe:
Inde Ephyre, & Melite dulcius ore canens.
Apseudes, Panope, Nemertes, Callianira;
Opis, Dexamine, Deiopea subit.
Has Hiera atq; Arethusa, Lycorias, Orithyia,
Cum Clymene, & Doto, Callianassa premunt.
Eucrate insequitur, Neso, Cymoq́;, Saoq́;,
Atq; Eudora nitens, Mœra, Thalia, Thoe.
Pasithea, & niueis post has Eunica lacertis,
Eulimene, & curis Protomedea frequens.
Hinc Amphitrite, & pacata mente Galene,
Multorumq́; Erato pignus amoris habens.
Hippothoe, Hipponoe, Euagore, & tu Pontoporea,
Eione, & risu prædita Glauconome.
Laomedia sagax, Halimedaq́; cura profundi,
Legibus à multis dictaq́; Pollynome.
Liagore, Eupompe, Psamathe, Pronœa, Themiste
Aeterni referens pectora iusta patris.
Cydippe, & florens lanira, & Doris, Agaue,
Mox Halia, & roseis compta Ianassa genis.
Tum quæ stagna colit Limnoria, blanda Lygea
Additur, extremo es tuq́; Amathyia loco.
Insuper Oceanum Hesiodus, cum coniuge Tethy,
Multiplices nymphas progenuisse refert.
Quas numero ter mille canit, pressasq́; paludes,
Atq; solum uarijs incoluisse locis.

Ante

Ante omnes Pytho, Vranieq; similima diuis,
Incedunt, Prymno tertia iura tenet.
Admete hinc, Clymene, Electre, & formosa Rhodea,
Callirhoe, Zeuxo, sedula deinde Thoe.
Meloboſis, Pluto, Polydoraq;, Pasithoeq;,
Plexaure, atq; Asie, tuq; Petrea subis.
Xantha, Galaxaure, simul Europea, Telesto,
Cumq; Hippo, adiuncta est his lanira procax.
Eurynome, & pulchrum pectus sortita Dione,
Flauaq; Cerceis, & moderata Tyche,
Idya, Eudore, Perseis, Acasta, Menestho:
Quæ secum Amphirhoen, Ocyrhoenq; trahit.
Styx, & Iantha uenit, Clytie, dulcisq; Calypso:
Nec non Chresceis, pulchraq; Doris adest.
Cætera quis poterit comprendere nomina uersu,
Sedibus, ore, cibis (ficta) uel officijs?
Vltima Saturnus Cœli Vestæq; propago,
Dena quidem, at septem pignora sumpsit Opi.
Plutonem infernum, qui te Reuerentia natam
Dicitur ignoto progenuisse toro.
Glaucam etiam tulit, & Vestam, Cereremq; secundã
Persephones matrem, falcifer ille senex.
Vos quoq; Neptune, & Iuno, & qui Iuppiter olim
Dictus es à primo tertius esse Ioue.
Tum Cronin, à nostris qui Serpentarius esse
Constet, & obscura sit genitrice satus.
Phyllira teq; seni Chiron præceptor Achillis

Extis-

Extulit,unde uocant te quoq; Phylliridem.
Chironi Ocyrhoen rapidis (ſic fama) Cayci
Fluminis in ripis filia nympha parit.
Auſoniæ regem Picum Saturnus.at ille
Et Scntam,Faunam tc quoq; Faune tulit.
Eurymedon Fauno Eurymedonte Perhibia regis
Phæacum genitrix edita Nauſithoi,
E' Fauno Satyros,Panes,Faunosq́; creatos,
Syluanosq́; uolunt,nullaq́; mater adeſt.
Acis & ex illo,nymphaq́; Simethide creetus,
Sæpe ſuo fouit quem Galatea ſinu.
Nympha quoq; è Fauno eſt enixa Marica Latinum,
Prænestc hinc,cuius urbs ſibi nomen habet.
Hinc etiam Aeneæ coniunx Lauinia nata eſt,
Nondum auis:hanc uxor gignit Amata uiro.
Ecce pater Neptunus adeſt,longa agmina ſecum
Natorum uarijs matribus orta ferens.
Ex Helope eſt Dorus, parit Euryma Telemon, unde
Eurymedes dictus uatibus ille fuit.
Ex Amphitrite Steropen,Brontem atq; Pyragmon,
Buſirimq́; Epaphi ſuſtulit ex Libya.
Alcyone Hircæum,Phorcum pariente Thooſſa,
Qui maris è monſtro Gorgonas exhibuit.
Euryalen,Sthenno,plenamq́; decore Meduſam,
Gorgonibus frater tuq́; Bathylle uenis.
Scylla quoq; è Phorco genita, & Critheide nympha:
Et cui certa datur nulla,Thooſſa,parens.

E' terra

E terra Harpyias gignis Neptune, Podargen,
Ocypetenq; duas nomine fama refert.
Has præter geminas iunxêre Celæno, & Aello:
Sic numero harpyias quattuor esse patet.
Quas tamẽ Electra quidã & Thaumante profectas,
(Vt sunt diuersa pectora mente) uolunt.
Nycteus è pelagiq; deo satus, atq; Celæno:
Qui sibi Nyctimenen, Antiopamq; tulit.
Mater Amalthæa est natarum dicta duarum,
Nympha sub Idæis cognita littoribus.
Neptunum alatus patrem genitrice Medusa
Pegasus, haud dubia uoce referre solet.
Hunc etiã memorãt genitorẽ, Othusatq; Ephialtes:
Vxor Aloeos hos Iphimedia parit.
Te quoq; de nata Phorci Polyphemе Thoosa,
Sub liquido æquoreas protulit orbe senex.
Incerta genitrice Taram qui condidit urbem,
Vnde Tarentini littora nota sinus.
Sicanum incertæ de quo Sicania dicta
Collibus à ternis Trinacris ora prius.
Incertis Siculum, Siculæ quem nomina terræ:
Aonaq; Aoniæ quem tribuisse uolunt.
Bergion Albionem, Actorium, Aclionа, Pelasgum,
Chrysaorem dubijs edidit inde toris.
Et Cygnum, ad Troiam qui impar congressus Achilli
Occidit, eq; suo corpore fecit auem.
Mesapum pariter, nates quo autore putatur

Ennius à prouis continuasse genus.
Addidit Onchestum, qui mœnia condidit urbi,
Quam de se Onchestam dicier instituit.
Hoc Megareus, illo Hippomanes genitore creatus:
Cui cessit cursu virgo Atalanta pedum.
Ortus Amymone est Danai Neptunia proles
Nauplius: auditis si modò danda fides.
Hic natum obscura Palamedem excepit ab aluo,
Insidijs Ithaci quem mala saxa premunt.
Mox Amycum nympha ex Melite Neptune tulisti:
Is Buthen uterum fama sed occuluit.
E' Buthe generatus Erix, magnáq; Dione:
Cuius ex à templo dicta Erycina fuit.
Aegæum maris inde pater, qui rexit Athenas,
Sed tacito fertur progenuisse toro.
Huic Medum Medea parit, quo Media dicta est
Quæ tristes succos edere terra solet.
Huic Aethra eximium bello factisq; superbum
Thesea, qui è Phædra sustulit Antigonum:
Deseruitq; suam qui Phyllida, Demophoontem,
Illo quæ potuit non redeunte mori. (gnit,
Hippolytum Hippolyta Theseus quoq; Amazone gi-
Quem trepidi phoca dilacerastis equi
Virbion hinc dictum quoniam reuocatus ab umbris
Arte Machaonia, bis uir in urbe fuit.
Virbius huic etiam quem mater Aricia syluis
Extulerit, fertur deinde fuisse puer.

Hinc

Hinc tibi Nausithoum Neptune Perhibia fudit;
Illo Rixinorq; Alcinousq; sati.
Rixinorq; Aretem genuit, latuere parentes:
Ex Arete Alcinous Laodamanta serit:
Clyoniũ, atq; Haliũ, & madidũ que excepit Vlyssem
Nausicaam, & patrios uexit ad usq; lares.
E' nympha Peliam Tyro Neptunus, & altam
Nelea qui struxit, protulit inde, Pylon.
Patricidarum, dubia genitrice sororum
Et tuus est Pelias dictus Acaste pater:
Tum duodena senex Chlori de coniuge Neleus,
Carmine Mæonio pignora clara dedit.
Quattuor at nobis patuerunt nomina tantùm,
Surripuit famæ cætera temptus edax.
Inde Periclymenus, Chromius, uenit inde Biantis,
Hæc Pero est coniunx, hic quoq; Nestor adest:
Nestoris Antilochus, Pisistratus, Anthos; Echephron;
Et Stratius, Perseus, cum Thrasymede, uiri.
Fœmina sola fuit Polycastis nomine dicta:
Quos omnes coniunx parturit Eurydice.
Iuno tuum Saturne genus, sed in ordine primum,
Si modò Nasonis carminis pondus habent:
Lactucis Heben fertur peperisse comesis,
E' tactu floris belligerumq; deum:
Iuratæ quem Flora deæ se posse tacere
Nascentem in campis prodidit Olenijs.
Sunt quoq; pertusso Martem qui dicere uulua

Exortum pergant maxima iuno tibi.
Marte deo belli prodit ter quina propago,
Et uarijs fœtus pastus ab uberibus.
Aliger ex Venere est susceptus matre Cupido,
Psycha Voluptatem protulit aligero.
Hermionem Martiq; Venus pulcherrima nixa est,
Quod graue Vulcani corda tulêre uiri.
Hinc fuit Hermione Cadmo cum contigit uxor,
Infaustum claudi nacta monile dei.
Astyocha Ascalaphus tibi Mars, & Ialmenus orti.
Actoris Azidæ hæc filia clara fuit.
Ex Thebe Euadne est, Asapi coniuge, nata,
Ignibus in medijs concomitata uirum.
Zetius ex Hebe tua sed Remus Ilia proles,
Romaniq; caput Romulus imperij.
Bisthonide è nympha Mars est quoq; Terea natus:
Cui parit & Progne, deinde propinat, Itym.
Quæ sequitur dubijs è uentribus orta propago,
Belligero pariter dicitur esse deo.
Britona Minoem, quæ se, non passa furentem,
In mare seruata uirginitate, dedit.
Cuius ab æquorea subducto retibus unda
Corpore, Dictynnæ condita templa deæ.
Tum iaculi inuentor quod Plinius asserit: unde
Creditur Aetolus nomina ferre solum.
Occiditq; animal qui primus Hyperuius, & qui
Helidis & Pisæ rex fuit Oenomaus.

Oeno-

Oenomaus, genita est Pelopi quo iuncta parente
Victa olim rapidis Hippodamia rotis.
Ex Merope, aut Sterope Atlantis, Parthaona gignit
Mars Deus. at fœtus quattuor ille creat.
Thestion è nympha genitum Calydonide, matrem
Sustulit Altheam qui Meleagre tibi:
Quusq; dedit letho fratres Meleagrius ensis
(Temporis ut prisci nuncia fama refert)
Insignem Plexippon equis, & Toxion arcu:
Quorum opera Actolus funera sensit aper.
Cuius ob ereptum quod virgo Atalanta gerebat
Sorte caput, iuuenes occubuêre duo.
Agrius, atq; Melas, & rex Calydonius Oeneus:
Cetera Parthaon stirps tibi nata fuit.
Et pater Altheæ fratrumq; puerpera nulla,
Aut modò quam dictos tris genuisse feram:
Altheaq; Oeneus Meleagrum, & Tydea sumpsit,
Prælia miscentis fulmina bina dei.
Atlanta Meleagre feris tibi Parthenopeum,
Tydea Deiphile dat Diomede patrem.
Sunt tua de incertis proles genitricibus Oeneu,
Alcidæ coniunx Deianira feri.
Quem dedit & letho Menalippum dextera Tydei,
Cauta parum: & Gorge, non renuenda soror.
Marte satus Phlegyas, superûm contemptor, & altis
Subdere qui potuit Delphica templa focis.
Quem deus Areitenens calamis prostrauit acutis,

Inde animam Stygios truſit ad uſq; lacus:
Atq; ſub ingenti religatam ſiſtere ſaxo,
Pendet ubi aßiduè uaſta ruina dedit.
Cauſa mali princeps, Phœbo uitiata Coronis,
Extitit. hinc Phlegyam perculit ira patrem.
Ortus & Ixion Phlegya. non ille parente
Sanctior, & pœna non leuiore cadit.
Hoc patre Pirithous, Ditis quem regna petentem
Cerberus ægida uix ſuperante, necat.
Sed tulerat ſortem bello prius is Polypœten,
Illum hunc coniunx Hippodamia parit.
At miſer Ixion cœlo pietate receptus,
Conſcius arcani cum Ioue factus erat.
Dumq; toros ſternit molles, dum cætera tractat,
Iunonem eſt auſus ſollicitare deam.
Suppoſitaq; ferox genuit de nube uirorum
Corpora, Centauros, quadrupedumq; truces.
Nomina ſunt, Amycus, Rhœtus, Gryneus, Oedus,
Eurytus, Orneus, Mermerus atq; Medon,
Piſenor, Lycidas, Thaumas, Pholus, Aſtylus, Hyleus,
Neſus, Abas, Menaleus, Monycus, Antimachus,
Eurynomus, Tereus, Dorylas, Danis, Iphinousq;
Telephos, & cum Demoleonte Chromis,
Dictys, Helops, Phareus, Cæneus, Petreus, Aphidas,
Neſæus, Thonius, Pyramus & Stiphelus,
Nedimnus, Ripheus, Pelegrneus, & ipſe Bianor,
Hippaſus, Hilonome, Cyllarus, inde Lycus,

Phœo-

Phæocomes, Imbreus, Caneus, Areus, Oditcs,
Iunctus Eridupo tuq; Pyrete uenis: (pes:
Mox Helimus ſubit, & Latreus, Bromus, atq; Lyce-
Queq; duplex retinet cætera turba genus.
Iamq; audax nimium Ixion Iunonis adulter,
Sedibus ætherijs à Ioue pulſus erat.
Venerat in terras, & ſe iactare potitum
Iunonis ſancto cœperat ille toro.
Iuppiter exarſit: temeraria uerba loquentis
Fulmine ab ætherio percutit ora polo.
Subq; imos pepulit manes, & tartara nigra,
Verſariq; dedit noxia membra rota.

DEORVM GENEALOGIAE, AD Pylade uerſibus concluſae, Liber quartus.

TErtius eximium nobis parat ecce laborem
Saturno genitus Iuppiter, ortus Opi.
Edidit hic Muſas, uatum pia numina, doctas:
Mnemoſyne dicta eſt quas peperiſſe nouem.
Per totidem noctes ſocium quæ paſſa Tonantem,
Vertice Pierio foetibus aucta redit.
Calliopen Græco primam ſermone poetæ,
Quòd bona uox illi fertur adeſſe, uocant.
Quòd celebret quæ geſta canit per carmina, Clio,
Surgit & ex illa gloria, nomen habet.
Hanc inuentricem hiſtoriæ monumenta tulerunt,

Quæ nota antiqui temporis acta forent.
Dicta fuit dulces Erato quia cantet amores:
Nam quod erân dicit Graius, amare sonat.
Illius inuentum connubia prima fuisse,
Rettulit ad nostros nuncia fama dies.
At quia multiplici continuaret usq; Thalia,
Inq; dies floret Palladis auctus amor.
Hac una arboribus fretos autore serendis,
Rumor ait primos edidicisse patres.
Melpomene à cantu stetit appellatio: uerùm
Terpsichore, celeres quòd iuuet ipsa choros.
Euterpenq; uocant, quoniam delectet, & esse
Omnibus assueuit grata canore suo.
Huic primum dulcem modulata est tibia cantum,
Si ratus à priscis sermo refertur auis.
Laudibus à multis, memoriúe Polymnia mente,
Aruorum cultus, noticiamq; dedit.
A' cœlo Vranie, cœlestes promere cantus
Fertur, & astrorum prædocuisse uias.
Has simul à cantu Latium dixisse camœnas,
Argiuûm Musas, dogmata, certa fides.
Seu quòd nos docerant: nam fert idioma Pelasgûm,
Nostra quod assueuit lingua docere, uetus.
Siue quòd inquirant. hæ namq; fuisse putantur
Artibus autores omnibus, atq; duces.
Quòd tuus his Helicon Bœotia mons dedit ortum,
Inde Heliconiadum nomina sæpe tenent.

Non

Non procul assurgit quoniam Parnassia rupes
Phocidis, haud impar uertice, uel niuibus,
Quam simul has habitasse ferunt, Parnassidas inde
Carminibus crebris turba diserta uocat.
Quòd Thracum Aonia est regio, contermina terræ
Phocidos, Aonidas hinc uocitare solent.
Quodq; Cytheronem saltum coluisse feruntur,
Appellant uatum metra Cytheriadas.
Pieridas Macedûm regio celebrata uocari
Tradidit antiquo nomine Pieria.
Emathiam dixêre noui. sed Pieris illi
Pieriæ dederat nomina sylua prius.
Sunt qui Pieridum cantantibus agmine uicto,
A totidem Musis nomina sumpta uelint.
Thespia Phocæo sedet urbs Helicone propinquo
Littore, qua genitam Thespida in urbe uolunt.
Extitit una nouem Musarum Thespis alumna,
Vnde illas soliti dicere Thespiadas.
Fons tuus est Helicon nitidis purissimus undis,
Pegasus impacto quem pede pressit equus.
Hunc Hippocrenem Dorcs, Romanaq; fontem
Lingua Caballinum, Pegaseumq; tulit.
Pegasidas referunt, atq; Hippocrenidas ergo,
Fonte sub hoc Musas quas habitare canunt.
Libethrus Macedon latis fons ortus in oris,
Magnetum populi qua regione sedent:
Libethra hunc iuxta est antrum, Libethrides inde

Nomen habent, locus his quum sit uterq; sacer.
Pimpleo de fonte alio uicóue iacente
Sub Macedûm campis, quos patet esse uagos.
Monte uel Orchomenum, Pimpleidas appellarunt:
Quòd patet hos illas incoluisse locos.
Nec mihi Castalius fons in radicibus imis
Parnassi montis prætereundus erit:
Castaliæ qui nomen habet de nomine nymphæ,
Quo sacra Musarum ludere sueta cohors:
Castalidas tali memorant à fonte poetæ,
Quarum perpetuo uerba fauore ferunt.
Mnemosyne extremum tribuit cognomen. at illud
Syllaba non patitur uersibus esse meis.
Id patronymicis non multum creditur impar,
Quid faciam? mater prodere sollicitat.
Da ueniam lector, uult Mnemosynidas illa
Dicere, sic nomen tollere ad astra suum.
Ab Ioue rex olim Messenius ortus Achæus,
Vnde suum populus nomen Achiuus habet:
Menaq; prolatis in mensam dicta præesse
Floribus, & Phrygia Xanthus ab urbe cadens.
Mater abest, Ioue nata Venus, pulchraq; Dione,
Vulcani coniunx tertia dicta Venus.
Ex Venere est generatus Amor. Corymosa tonanti
Myrmidonem fertur nympha tulisse deo.
Leda Clytæmnestram, fuit hæc Agamemnonis uxor:
Leda Helenam, nupsit quæ Menelae tibi:

Quam.

Quã Phrygius poſtquã rapuit Lacedæmone paſtor,
In Troiam bello Græcia tota ruit.
Iuppiter ex Leda Pollucem & Caſtora, fratres
Gignit, equo hic, pugnis inclytus ille fuit.
Nata Ioui è Cerere eſt coniunx Proſerpina Ditis,
E' Luna exortum te Dionyſe putant.
E' Ioue ſed nympha Garamantide, prodit Iarbas,
Getulum tenuit qui ditione ſolum.
Nympha Ioui geminos peperitq; Thalia Paliſcos,
Hiſcentem referunt nomina rurſus humum.
Europam niueo mutatus corpora tauro,
Tranſtulit ad Cretæ littora nota pater.
Hinc ſatus es Lyciæ rex iam Rhadamante future,
Cuius ex inferno iura ſub orbe patent.
Prodijt hinc Minos, qui poſt Cretenſia regna,
Cum fratre in Stygio iudicat acta foro.
Minoi Androgeum, Phædram ſimul, atq; Ariadnam,
Paſiphae coniunx, edita Sole, parit.
Glaucum etiam Minos genuit, cum Deucalione,
Natum Deucalion Idomenea tulit.
Orſilochum Idomeneus, Ithaci quem perdidit enſis,
Hiq; omnes tacitis exiliêre toris.
Aurea luciferum nixa eſt Aurora Tonanti,
Ceycem Alcyones edidit ille uirum.
Edidit accipitrem factum quoq; Dædalionα,
Dictaq; Trachinna eſt nympha utriuſq; parens.
Dædalion ſed te, latuitq; puerpera, gignit

Peonij

Pæonij coniunx credita Lichione.
Qua cithara insignis tibi natus Apollo Philemon,
Furq; tibi est Hermes nobilis Aitolius.
Tu quoq; siderei non ultima gloria cœli,
Diceris Orion semen habere Iouis:
Si modò danda fides Nasonis uersibus ulla est,
Immictum corio dum bouis esse refert.
Quod licet ediderint facinus tria numina summum,
Fama patris dignum fecit honore Iouem.
Neptuno Ascræus quanquam Minoida uates
Credidit Euryalen hunc peperisse deo.
Sunt quoq; Trinacrio qui dicant Oenopione
Progenitum, uel quem miserit alma Chios:
Illius & natam Meropen, uel nomine dictam
Candiopen semori suppositisse suo.
Ex illa Hippolagum genuisse, sed illo Dryantem:
Is te rex Thracum docte Lycurge tulit.
Protulit Augeum rex Harpalicemq; Lycurgus,
Quæ patrem è medijs abstulit ense Getis.
Et te quæ nimio correpta cupidine Phylli,
Ad reditum lento Demophoonte cadis.
Horum nulla datur genitrix, sed & Aona celsus
Iuppiter è Nympha Mnosíde progenuit.
Aone dixerunt ignota matre Dymantem,
Ignotaq; duos esse Dymante satos.
Hinc Asium, tibi qui non uanus auunculus Hector,
Atq; Hecubæ, ex alio sed patre, frater erat.

Hinc

Hinc ea, qua ſumptis nondum proceſſerat alis
Aeſacus in mergum uerſus, Alixirhoe,
E' Ioue Sarpedon, peperit quem Laodamia,
At nothus ex illo prodijt Antiphates.
De Ioue Pilumnus, qui ſtercora ferre per agros,
Et docuit populos pinſere grana rudes.
Huic Daunum Acriſij Danae compreſſa tuliſſe
Creditur: à Dauno Daunius ortus ager.
Ex Dauno Turnum formoſa Venilia gignit,
Iuturnam Daunus matre latente ſerit.
Filius ætherij Iouis eſt Acriſius, huius
Laertes, dubio partus uterq; toro.
Laerti coniunx Anticlia fudit Vlyſſem,
Et natam pulchris uultibus Echimenem.
Sunt quibus Autolia eſt Anticlia dicta, patremq;
Qui Laertiadæ Siſyphon eſſe putent.
Is latro notus erat, ſeruans anguſta uiarum,
Et ſaxo impediens prætereuntis iter.
Lætaq; quum peteret noua nupta oracula diuûm,
Vim tulit, & ſæua traxit in antra manu.
Inde grauis peperiſſe uiro narratur Vlyſſem,
Quem Laertiaden Siſyphiumq; uocant.
Penelope eſt illi ſatus Icareotide, nulla
Cui par uiſa fide eſt, coniuge, Telemachus.
Telegonus Circe: patrios qui noſcere uultus
Dum cupit, incautus perdidit ipſe patrem.
Auſonius tacito ex utero quoq; natus Vlyßi

Fertur,

Fertur, ab hoc fluxit nomen in Ausoniam.
Mercuriumq; Tonans eduxit Atlantide Maia,
Portantem gemini nuncia fida poli.
Myrtilus Oenomai curtus auriga parentem
Hunc uocat. at genitrix non satis ulla patet.
Huic parit Eudorum soboles Polymela Philantis,
Huic Lara dat geminos, siue Larunda, Lares.
Esse Larcs, Geniosq; uolunt, data numina bina
Omnibus: & uitæ, funeris atq; duces.
Sunt quoq; Penelopen qui uix bene credita uerba,
Mercurio natum Pana tulisse uelint:
Non quem Pana deum uenerantur in Arcade terra,
Sed quem de cunctis sustulit illa procis.
Mercurio Euandrum peperit Nicostrata regem
Arcadiæ, Euandro stirps geminata fuit.
Hinc genitrix orta est Pallantia grata Latini,
Vnde Palatinus nomina sumpsit apex.
Hinc ferus à Turno confossus uulnere Pallas,
Et quibus exierit uiscera neuter habet.
Perseа rex supcrûm genuit Saturnius, auro
Quèm pluuio Danae protulit Acrisij.
Is Persen prima est à quo monstrata sagitta
Censuit ut quondam Plinius ore graui.
Mater in obscuro est, quos nerò exinde creauit,
Edidit hos illi quattuor Andromeda.
Quattuor è numero surgit mihi primus Erythreus,
Vnde putant rubro nomina facta mari.

Con-

Conſequitur Sthelenus, cui dur ũ Euryſthea coniunx,
Sit licet ignoti nominis illa, parit.
Tertius accedit Bacchemon: filius illi
Ortus Achæmenides, Orchamus inde fuit.
Non torus illuxit: ſed te uocat Orchame patrem
Leucothoe, tibi quam ſuſtulit Eurynome.
Gorgophonem prodit quarto ſed in ordine Perſeus,
Pignora quo uates bina recepta ferunt.
Hinc Electryonem, quo ſis Alcmena profecta
Herculis æthereа de Ioue facta parens.
Alcæum hinc, qui te Amphytrio produxerit. atqui
Omnibus his uentres, qui peperêre, latent.
Sunt tamen Alcmenæ qui peruenisſe parentem
Eurydicen Pelopis, Lyſidicen uc putent.
Alcmena Amphytrio de uxore Iphiclea gignit,
Huic puer obſcura matre Iolaus adeſt.
Aeacon Aegina eſt magno connixa Tonanti,
Qui prius Oenopiam de genitrice uocat,
Et ſcelera in Stygio cum fratribus excutit orbe.
Phocus ab hoc, Peleus, cum Telamone ſati.
Mater abeſt. duplex Telamone eſt orta propago,
Diuerſo quanquam uenerit illa toro.
Heſiona Teucer nam Laomedontide cretus,
Aiacem dubiæ progenuêre fores.
At Peleus tacita Polydorim ſuſtulit aluo,
Inſignem bello Mneſthea quæ peperit.
E' Thetide eximium atq; inuictæ mentis Achyllem

Scyriâ

Scyria, cui Pyrrhum Deidamia, parit.
Andromache est, aut Hermione Peripelea Pyrrho
Fœta. Molossus at est ortus ab Andromacha.
Nunc genuisse ferunt Polydectam, nullaq; certa est
Mater: & ignotum, uir, mulier ne fuit.
Vulcanum regina Ioui tulit inclyta Iuno:
Quem Lemni fabrum, Mulciberemq; uocant.
Huic Prænestinæ fundator Cæculus urbis
Filius ambiguo contigit è thalamo.
Cacus & Herculeis oppressus uiribus olim,
In sua dum tractas diripit antra boues.
Dum tua Vulcanus cupido petit ore Minerua,
Oscula dum pugnas, uimq; pudica fugis:
Natus Erichthonius sparso de semine terræ
Dicitur: hoc Cephali Procris amica fui.
Hoc Borææ coniunx, matrum decus, Orithyia,
Et rex Pandion Atticus exilijt.
Esse duas perhibent genitas Pandione Progne,
Quæ Thracum regis Tereos uxor erat:
Et quæ trunca fuit linguam Philomela, scelesti
Ne facinus posset Tereos ore loqui.
Nulla tamen genitrix, positis tot in ordine natis,
Emicuit, cuius nomina fama gerat.
Tullius inde tibi Vulcane est Seruius ortus,
Cressia cui mater Corniculana fuit.
Contigit huic duplex, uario sed pectore, nata:
Hæc maior fuit, hæc Tullia dicta minor.

Venter

Venter abest.Aruntis erat prior,altera Luci
Vxor:Tarquinius quos pater ediderat.
Dißimilis natura fuit:pius ille,ferocem
Hic animum geßit:dißimilisq; torus.
Fato animos iunxêre. perit minor,& perit Arunς;
Lucius & maior conueniuntq; duo.
Quid moror?impulsu iam sumptæ coniugis,ille
Regalem,ostendit,corripuitq; gradum.
Dumq; socer prodit solium capturus,ab illo
Pellitur,& multo uulnere plangit humum.
Audierat coniunx,regem uisura maritum
Prosilijt;rapidis in fora uecta rotis.
Dum redit,auriga est uiso genitore perempta
Territus,& frenis iam retinebat equos.
Nata uetat,patriosq; iubet proculcet ut artus
Curribus,& scindat uerbere quadrupedes.
Filia dura quidem,atq; omni damnabilis æuo,
Cumq; uiro & natis funere digna graui.
Hippotæ Sergesta Ioui te filia Trois,
Aeole non ficto nixa putatur auo.
Non minus Hippotades igitur, quàm frater Acestes,
Diceris.hæc natos uos tulit una duos.
Multa,sed ignotis proles tibi matribus orta:
Primaq; Ceycis creditur Alcyone.
Tum Canace,& Macareus: uetito quos iunxit amore
Quæ solet ignotos iungere sæpe Venus.
Misenusq; iacens tribuit qui nomina monti

Baiarum, præstans ære cieri uiros.
Nec non Salmoneus, tonitrum qui imitatus Olympi,
Fulmine sub Stygias est reuolutus aquas.
Hoc Tyro genita est, Neptuno fœta gemellos,
Critheaq; Aeoliden postmodo nacta uirum.
Te Cephalus, Procris coniunx, uocat Aeole patrẽ,
Hesperus Aurora est cui pariente satus.
Te uocat Iphiclus, cui pota nenena Podarcem
Serpentis natum contribuisse uolunt.
Rex Athamas uocat, Inoe cui fœta Learchum:
Illisit saxo quem pater inde furens.
Et qui Portumnus, Melicerta est, sine Palemon
Dictus, & inous de pariente deus.
Prima tamen coniunx Athamanti prodidit Hellen
Neiphile, unde Helles nomina pontus habet.
Et simul aurato uectum sub æquora Phryxum
Ariete, quum nondum lapsa natasset aquis.
E' Phryxo, ignota fluxitq; Cytorus ab aluo,
Paphlagonum de quo terra uocata fuit.
Aeolus est Ephyræ tibi rex & conditor altæ,
Sisyphe, ab antiquis creditus esse pater.
Quem fama Ionij Aegeiq; in littoris ora
Abruptum est olim corripuisse iugum.
Perdere consuetum saxo de monte reuulso,
Fors quibus illorsum sæua dedisset iter.
Vnde Acheronte situs, prægrandi pondere saxum
Voluis, & elapsum rursus ad ima petis.

Nupta

Nupta tibi Merope est Peligni carmine uatis:
Qua Glaucum & magnum deinde Creonta seris.
Hunc regem accipimus defuncto patre Corinthi
Natam unam,obscuro sed genuisse toro.
Nata Creusa fuit.sponsam hanc non duxit Iason,
Cum patre quòd rapta est Colchidis arte focis.
Bellerophon Glauco est ignoto uentre creatus,
Achimene huic coniunx pignora terna dedit:
Isandrum, Hippolochũ, pulchram quoq; Laodamiã,
Quæ te Sarpedon de Ioue nixa fuit.
Hippolocho est alter Glaucus,sed ab ubere tecto
Partus,& hic Phrygijs mœnibus auxit opem.
Crithea uentorum genuit rex Aeolus:illi
E Tyro natos quattuor esse putant:
Aesona,Medeæ redijt cui fortior etas
Artibus:hinc Pheritas,Alcimedonq; subit.
Hinc Amythaon adest. fratres Polymela & Iason
Aesone sunt orti:nec tamen unde,patet.
Hypsipyle Euneumq;, Thoantaq; gignit Iason,
Aurato felix uellere nomen habens.
Gignit & obscuro Philomelum corpore.Plutum
Ille,sed hic nato fit Parcante pater.
Hinc Paeon appellant,quæ sit Minoia primum
Dicta,quòd hac sedem fixerit ille fugam.
Fudit Epitropium Alcimedon.Amythaone creti
Sunt duo:& inde Bias,inde Melampus adest.
Nec quibus è thalamis,patuit.fueratq; Melampus

Herbarumq; potens, augurioq; sacer.
Theodamasq; illo satus est, non segnior augur.
Suffectus titulis Amphiarae tuis.
Mantyona, Antiphatemq; Bias de coniuge Pero
Extulit. at gemitos Mantyon ipse creat:
Formosum Clytonĕ, Aurora est qui raptus ab alma:
Et uatem, nomen cui Polyphidis erat.
Ille Theoclimene est factus pater augure docto:
Nec tribus his data sunt ubera certa satis.
Antiphate est, & mater abest, generatus Oicleus:
Haustus ab hoc satus est Amphiaraus humo.
Cui natum Amphilochum peperit coniunx Eriphile,
Quiq; illam Alcmæon perdere sustinuit.
De genitore etiam prodit Batyllus eodem,
Hoc triplex dubijs nixibus inde puer.
Tyburtus simul, atq; Corax, Catyllus & alter,
Mœnia sunt quorum Tyburis aucta manu.

DEORVM GENEALOGIAE, AD Pylade uersibus conclusæ, Liber quintus.

TAntalus è Plote est nympha tibi Iuppiter ortus,
Quem natum fama est apposuisse deis.
Ille quidem superûm fertur conuiua fuisse,
Arcanis summi nec caruisse patris.
Quæ quoniam est ausus mortalia ferre sub ora,
Pectora sunt multo pressa dolore Iouis.

Protinus

Protinus ad Stygios pulsus fuit ille recessus,
Pomáq; & inter aquas esurit atq; sitit.
Taygeta huic Niobem peperit, quam prole superbã,
Teq; uiro Amphion, diriguisse canunt.
Edidit & Pelopem, tergo qui insignis eburno
Pulsit, ubi infernis est reuocatus aquis.
Quattuor inde Pelops fœtus tulit Hippodamia,
Quam uictam celeri duxerat ille rota:
Lysidicen matrem Alcmenæ, dirumq; Thyesten,
Atreumq; ferum, Plisthenemq; simul.
Polluit Atrei thalamos scelerata libido
Fratris, & Harpagigen Plisthenemq; tulit.
Tantalus acceßit thalamo sublatus eodem,
Sed prior & Pelope nata Thyeste fuit:
Cui pater impurus sese commiscuit, inde
Sanctior Aegisthus non genitore satus.
At miser Atreus natorum epulanda Thyestæ
Membra tori obiecit fraude recepta sui.
Quem mox Aegisthus ferro confecit, & illi
Ereptum patri reddidit imperium.
Filius Atreo Euiolus fuit atq; Melampus,
Tertius Alceon, mater & omnis abest.
Plisthenio geniti Menelaus, & ipse Agamemnon:
Quos Merope exortos matre fuisse uolunt.
Hos pater Atreo fratri, quum ceßit in auras,
Tradidit: inq; suam rettulit ille fidem.
Atridas hinc fama uocat, quos extulit Atreus,

Vt genitor primis fidus ab unguiculis.
Ex Helena Hermionem genuit Menelaus Oresti
Pactam, nec Pyrrho surripiente datam.
Quo tamen occiso, rursum hanc sibi duxit Orestes,
Vt nos antiqui temporis acta monent.
Te Menelae patrem fortis uocat & Megapenthes,
Quem tibi fœtura Lydia serua dedit.
Rege Mycenarum fluxêre Agamemnone fœtus,
Matre Clytæmnestra, quos memorasse libet.
Laodice, Electra, Iphianassa, aut Iphigenia,
Pulchraq; Chrysothemis: sed nec Alesus abest.
Altera consequitur mox Iphianassa, & Orestes
Filius: huius habet semina Tisamenes.
Huius item, patuit genitrix & nulla, Corinthus:
Quo dicta est Ephyre terra uocata prius.
Alter ab hoc patris de nomine fertur Orestes
Editus. hinc populos exilijsse uolunt.
Fama Iouem magno patrem tulit Hercule factum,
Quum latus Alcmene subdidit ille suos:
Et tribus edixit fieri de noctibus unam,
Vt posset uoto commodiore frui.
Seminis Herculei Lydus, Lamyrusq; fuerunt,
Eurythe rex Iole quos tua nata dedit.
E' Lydo Lanius processerat: abdita mater.
Herculis & stirpem tu Diodore tenes.
Teq; Sophon prodit: genitrix est neutra reperta,
Hercule ter quinum nascitur inde genus.

Deicoon

Deicoon Megara, Teriomachusq; parente,
Et Creontiades: quos pater ipse necat.
Ille etiam Oxeam genuit: cum matre peremit
Hunc quoq;, dum Stygio victor ab orbe redit.
Ex Paphia (si uera canunt) susceptus Ithoneus,
Ilus & ex aluo Deianira tuo.
Tlepolemum nixa Astyocha est, Sardiiq; Crominq;.
Atq; Agilem, & Cyrnum, cognita nulla tulit.
Telephus ex Auge est, lactatus ab ubere cerue,
Et pater Eurypylo, tum Cyparisse tibi.
A' Pyrrho Eurypylus cæsus fuit: iste dolore
Languit, arboreo stipite membra tegens.
Thessalus Alcida, Phidippus & Antiphus illo
Exorti, certum non habuêre torum.
Fertur Aucntinus diuo quoq; ab Hercule natus,
Matre Rhea, ut uates Andicus ore sonat.
Inde Scythes, Scythica est regio quo dicta. Gelonum
Addimus: hoc populos de duce rumor ait.
Herculis Heracles dixerunt nomen Achæi,
Quod per Iunonem præmia laudis habet:
Viribus infracta superans & mente labores,
Quos audax subijt obijciente dea.
Dictus ab altrice est idem Tyrinthius urbe,
Quæ Tyrins Argis proxima terra fuit.
Amphitryoniades Alcmena matre creatus
Quòd fuerit, cui uir contigit Amphitryo.
At quoniam Alceus pater extitit Amphitryonis,

Alciden uatum carmina ſæpe uocant.
Ipſe puer geminos à cunis reppulit angues,
Elidens tenera guttura preſſa manu.
Vaſtantem iuuenis Theumeſia regna leonem
Strauit, & inde humeros tergore fultus abit.
Mox alium Nemeam iuxta, paruaſq; Cleonas,
Qui leo funeſtus ſub regione fuit,
Hoſpitio fretus paſtoris fortè Molorchi,
Perculit, & claua quam dedit ille necat.
Sunt tamen, hunc iſtumq; putent qui prorſus eundē,
Et uaria priſcos mente fuiſſe patet.
Lernæam abſumpſit ferro, ſed & ignibus hydram,
Septenum poſſet quum renouare caput.
Mænalium conſecit aprum, quod in Arcade terra
Monſtrum erat, infeſto cuncta pauore tenens.
Hunc alij ad durum perhibent Euryſtea tractum,
Quum nondum letho ſuccubuiſſet aper.
Is tamen Arcadiæ uarijs à montibus hauſit
Nomina, quos uerſu non memoraſſe piget.
Mænalus eſt, Pholoe, Cyllene, atq; inde Lycæus,
Quo Iouis ætherij templa uetuſta ſedent:
Parthenius, Lāpheus, Nonacris, & ipſe Erymanthus:
Vnde Erymanthæum fama uocauit aprum.
Arthemiſcus item. ſed enim quia Theſſalis ora,
Mænala, & Arcadicum continet omne ſolum:
Mænaliam conſueta ſeram ſunt carmina uatum,
Et magicos uerſus dicere Mænalios.

Acripe-

Aeripedem ceruam, atq; auratis cornibus, olim
Mænalium ſolita eſt quæ coluiſſe nemus,
Alcides potuit celeri comprendere curſu,
Et captæ ſpolium cornua fulua tulit.
Stymphalidas ſummo percußit in aere telis,
Stymphalus Arcadico quas tulit orbe lacus.
Corpore tam grandi uolucres, ut lumina poſſent
Solis, & obducta tollere nube diem.
Taurum Cecropias immani corpore terras
Vaſtantem, Herculeæ perdomuêre manus.
Victus & ablato cornu eſt Achelous ab iiſdem,
Se licet in formas uerteret ille nouas.
Palma ſequens illi uenit Diomede percmpto,
Treijcijs olim Biſtonijſq; duce,
Hoſpitibus qui ſuetus equos depaſcere cæſis,
His cibus Alcida ſubijciente fuit.
Buſirin Aegypti regem, qui proxima Nilo
Diripiens, toto littore ſæuus erat,
Hoſpitis innumeri fœdans quoq; templa cruore,
Occiſum illius obtulit ipſe deis.
Antæum Lybicis cui regia Lixus in oris,
Cui fuit immani corpore terra parens,
Omnibus infeſtum, terræq; mariq; cruentum,
Perdidit, inq; ulnis compulit ire neci.
Tum geminas pelago fertur poſuiſſe columnas,
Qua ſeſe Oceano porrigit unda minax.
Atq; duos montes, Abilam Calpenq; reciſos,

Perpetuum ſolitos continuare iugum.
Heſperidum uigili mala aſſeruata dracone
Aurea confecta ſuſtulit inde fera.
Geryonem triplici forma Tarteſia naſtum
Littora, & Hiſpana ſub ditione pecus,
Strauit, & ablatis gregibus perduxit in ortus,
Heſperij magnum quod decus orbis erat.
Thermodoontiacam ſpoliauit Amazona balthco,
Huncq; Mycenei regis ad ora tulit.
Nec Cacus Herculeas uires & pondera claua
Fugit, ubi auerſas traxit in antra boues.
Sed iacuit, foribus linquens affixa cruentis,
Quæ dederat letho perditus ora uirûm.
Centauros ſolita domitos uirtute peremit,
Pirithoi cupidos diſſociare torum.
Amphitryoniadæ pactam quoq; Deianiram,
Eurythus optaret quum rapuiſſe ferox:
Fœdifragum rapta fixit Calydonide Neſſum,
Eurni ut tumidas exuperauit aquas:
Sanguine qui moriens tibi Deianira fluentem
Peſtifero ueſtem triſtia dona dedit.
Neleos undenam ſobolem, patriamq; domumq;
Diruit, in Pylios dum grauiora parat.
Vnus abit tanta Neſtor ſubtractus ab ira,
Poſſet ut in Phrygios utilis ire ſuis.
Bergion, Albionemq; tibi Neptune creatos,
Siſtere dum uellent prætereuntis iter,

Ad

Ad Rhodanum & lapidũ campum, ceſſante pharetra
Fundere Gnoßiaci noxia tela ſoli:
Imbribus adiutus lapidum, Ioue pauca rogato,
Vicit, & incœptam protulit inde uiam.
Proſtrauit cetum, ſoluit ſcopuloq; puellam
Heſionam, Phrygio Laomedonte ſatam.
Mercedem & tædas natæ tantiq; laboris
Cum patre, diuino ſemine pactus equos.
Periurum poſthac regem, & promiſſa negantem
Vltus, in Iliacos prælia magna tulit.
Deleuitq; urbem, & populos cum rege peremit,
Abduxitq; illi qui puer unus erat.
Sumere quem Priami nomen uicinia fecit,
Hunc redimens auri pondere ab hoſte graui.
Extremam Italiæ quum prædo Lacinius oram,
Græcia quæ magna eſt, in ſcelus omne daret:
Multaq; diripiens infeſtior omnibus eſſet,
Concidit Alcidæ percutiente manu.
Condita Iunoni qui templa Lacinia dixit,
Quodq; iacent furis mons ſibi nomen habet.
Alcmenæ genito, ſæuorum eſt cauſa laborum,
Dixerat Euryſtheus, maxima Iuno tibi.
Atq; hinc Alciden telo penetrare triſulco,
Iunonis mammam non timuiſſe ferunt.
Terrigenum ſuperi tremerent quum prælia, quiſq;
Interiore poli ſede receptus erat.
Nutabat curuum nimio ſub pondere cœlum,

Caſuros

Casuros poterat terra timere deos.
Protinus Alcides magno sociatus Atlante
Orbem humeris subijt, sustinuitq; suis.
Aut cum fessus Atlas humerum mutare pararet,
Herculis interea membra tulêre polum.
Ductaret quum fortè boues Tyrinthius olim,
Qua Siculum cohibent littora longa fretum:
Ecce uorax anus una pecus furata Charybdis,
Cœperat abstrusis occuluisse locis.
Amphitryoniades tumidas hanc misit in undas,
Quas illa absorbens, ut pecus antè, rapit.
Hinc Erycem Butæ, Siculas qui rexit habenas,
Viribus eximium, cæstibus ipse necat.
Plutonem Pylijs, ipso oppugnante, fauentem,
Percussit teli cuspide tergemini.
Quod nisi Pæonijs foret ille adiutus ab herbis,
Omnia morte premens, ipse peremptus erat.
Erginum Orchomeni mira feritate tyrannum
Sustulit, atq; urbi libera colla dedit.
Ad Sagarim fluuium, qui Lydia temperat arua,
Sæuus inauditi corporis anguis erat:
Hic homines rapiens, & agros & cuncta terebat,
Qui tamen Herculeo robore cæsus obit.
Iussus ad Hesperios olim dum pergeret hortos,
Deuius à recta cœperat ire uia.
Caucason ingressus, uinctumq; Promethea uidit,
Pascentemq; iecur non peritura auem.

Quem

Quem miserans, aquilam fixit. qua cæsa sagitta est,
Dicitur hæc astris esse relata poli.
Pirithoum Theseus Stygias comitatus ad umbras,
Stabat in inferno carcere uinctus adhuc.
Id postquam Alcides didicit, per operta Laconum
Tænaron ingressus, limina Ditis adit.
Liberat Aegiden, triplici ligat inde catena
Cerberon, abstractum donat habere uiro.
Soluit & Alcesten Peliæ, pro coniuge mortem
Quæ subit Admeto, uiuus ut ipse foret.
Rettulit hanc illi, Stygioq; ex orbe retractam,
Rursus in aerio sistere posse dedit.
Comperit infernis cum iam redijsset ab undis,
Nescio quem Thebis imperitare Lycum.
Ceperat hic solium uiolento iure, subacta
Herculis & Megare coniuge lætus erat.
Deiectam regno occidit, Thebasq; tyranno
Soluit, & oppressa dempsit ab urbe iugum.
Mox furijs captus, sæua Iunone magistra,
Vxorem & natos sustulit ense suos.
Eurytus Oechaliæ natam promiserat illi
Rex Iolen, stabili iungere connubio.
Fallentem Alcides, & tradere uelle negantem,
Perdidit illius cum patriaq; domum.
Inde Iolem raptam tanto dilexit amore,
Illius ut iussu quodq; subiret opus.
Senserat id coniunx, & Deianira morantem

Alio-

Allicere ad ſeſe credula poſſe uirum.
Acceptam à Neſſo ueſtem pia dono marito
Coniugis immemori miſit habenda ſuæ.
Inducrat miſſam, quæ dum uenatibus inſtat,
Humidus & toto corpore ſudor abit.
Ipſius occulto penetrauit membra ueneno:
Quod, niſi mors potuit dira leuare nihil.
Concidit ille igitur muliebri uictus amore,
Qui nihil inuictum liquit in orbe ferox.

FINIS.

INDEX.

Abas 442.476
abila 495
abſyrtus 446
Acaſta 149.469
acaſtus 473
accipitris & luſcinie a-
pologus 15
acceſte 465. acceſtes 487
achæus, achiui 480
achelous 147.464
achemenides 485
acheron 445
acheſſomenus 465
achilles 197.467.485
achimene 489
achlis 82. acis 470
acmon 175 (442.483
acrioius 476. acriſius
actæa 142.468
actæon 450. actor 474
actorius 471
Admete 149. adonis 445
adraſtus 443.450
Aeacus 197
æ̃o 456. æetes 193.446
æ̃us 478
æglé 446
ægialeus 465
ægina 464
ægiſthus 442.491
ægle 448
Aello 143.471
æmulatio duplex 13
Æneas 197.461
æneas ſecundus 462
æneum ſeculum 12
Æoli proſapia 487
æon 449
æones 446
Aerumna noctis F. 139
Æſacus 461.483
æſapus 144
æſculapius 450
æſippus 467
æſon 489
ætatis deſcriptio 43.93
æſtate quali uictus ratiõe
utendum 43 (9
ætatũ quatuor deſcriptio

ether

æther 440. Nocte pro-
gnatus 131
æthiops 466
æthiopes 450 (tes 466
æthra 463.472.æthlan-
æolus 474
Agamemnon 491
eius proles 491
agathon 461
agaue 142.195.443.468
agauus 461
agenor 442.eiusq; pro-
sapia 443 (193
agiles 493.aglaia 189.
agriculturæ præcepta 29.
31 & inde
agrippa 462
agrius 197.475
agyieus 454
Aiax 485. Alba 462
albiũ 496. albiones 471
albula 462. alcæus 485
alcathoos 462.alceõ 491
alceste ab inferis reducta
per Herculem 499
alcides 493
alcimedon 489
alcinous 473
alcmæon 490
alcmena 193.485
alcmena una nocte & Io-
uis et Amphitryõis cõ
gressum passa 63.67
alcione 449.470.487
alecto 445. alesus 492
alexicacos Apollo cur di
ctus 451
alexirhoe 461.483
aloeus 446
alphenor 456
alpheus 147.466. 467
althæus 461. althea 475
alysius 457
Amalthea 471
amata 470
amathyia 468
ambrosia 449
amicitia 139. amiclas 459
amicus fratri non faciendus æqualis 53
amor 440.480
amor deorum pulcherrimus 131
amor Veneris comes 137

amo-

amoris uis 121
amphiaraus 443.490
amphilochus 490
amphinome 468
amphion 442.449
amphione 443
amphiro 149
amphirhoe 467.469
amphitrite 141.191.468
amphitryo 485
amphitryoniades 493
amulius 462
amycus 472.476
amymone 197.442.472
amythaon 363.489
Anaurus 99
anchises 461
ancilla liberos habẽs nō
leſta 45
androgeus 481
andromache 460
angitia 446
animal qui primus occi-
derit 474
anna 443 (495
antheus Herculi domitus
antegorus 456
antæus 440.
anthos 473.
anticlia
antigone
antigonus
antilochus
antimachus
antiodon
antiopa
antiphates
antiphonus
antiphus
Aon, aonia, aonides Muſæ
Apate 138.
aphidas
aphricus
aphrodite 445.
Venus
amphrogenia
apis
apollo 191.446.449
apollo primus
apollinis cognominũ ra-
tio 451. inde
apri ab Hercule domiti
uaria cognomina 494
anthea 93
antia 442
483
444
472
475
476
460
443
483.490
461
460.493
471.479.482
apeliotes 447
476
447
curdicta
137
445
441
445
apollinis cognominũ ratio 451. inde
apri ab Hercule domiti
uaria cognomina 494

apſeudes 468
Aquilo 447
Arabs 450. araeus 477
arationis tempus & modus 30.35.37.45
arborum ſationis Thalia inuentrix 478
Arcadiæ montes 494
arcas 447.449
archemorus 456
arcturi ortus 43
arctus 79 (467
ardeſcus 147. ardiſcus
arctes 473. arethuſa 448
argæus mons 159
argenetes 454
argentea ætas 9 (447
arges 133. argeſtes 151.
argæus 450
argia 443.444
argulus 459
argyrotoxus 454
ariadne 193.481
aricia 472. arimæ 145.
arion equus 73 (463
ariſba 461. ariſtæus 195. 450.463
arne 93.99
arthemiſeus 494
arthemis 455. aruns 487
aruorũ cultus Polymniæ inuentum 478
Aſbolus 79
aſcalaphus 445.474
aſcanius 460.462
aſclepius 451.469
aſcra miſer uicus 47
aſia nympha 149.448
aſius 482. aſopus 464
aſſaracus 459.461
aſteries 153.447.449.452
aſteropus 465. aſtra 151
aſtræus, aſtrea 151.446. 447.466.467
aſtyanax 460
aſtycratia 456 (493
aſtylus 476. aſtyocha
Atalãta 442.472 et 475
athamas 488. athis 462
atlas 161. cœliger. ead. 448
atreus 491 atridæ. ibid.
atropos 83.139.189.440
auarca 459

audaciam ad diuitias iuuare 23
auentinus 462.493
augeus 482. augis 493
aureum seculum 9
aurora 149.446
auroræ proles 151.195
aurora laborem promoueri 43
ausonius,ausonia 483
auster 447
autolia 441.483
autolius 441.482
autonoe 195.443.449.468 (450
autonome 141. autous
autumni descriptio 45
Axiius 465. Azidas 474

B

Babaetes 456
babylon 450
bacchemon 485
bacchus 449
bacchi cognomina 456. inde
bacchi proles 456 (193 bacchonupta Ariadne.
bactes 456. balius 448
bassarus,bassara uestis,et locus 456
bathyllus 470
Beatorum insulæ 13
bellerophon 147.489
belus 442.443
bergios 471.496
Bianor 476. bias 490
biantis 473
biblinum uinum 49
bimater 457 (442
biblis 446.465 bona bonorũ malorumq; summa in dijs 51
boreas 151.447
boreæ uis 39.41
branchus 450
briareus 133.169.175. 177.446
briarei sedes 183
briton 476.bromius 457
bromus 477
brontes 133.470
bryseus,bryseaurbs 458
Bucolium 459
busyris 470. Herculi

domitus 495
buthes 472

C

Caballinus fons 479
cacus 486. Herculi domitus 496
cadmus 195 443
cadmo nupta Harmonia 191
Cecias 447
cæculus 486. cæneus 477
caicus 147.467
calais 448.449
calciope 446
caliſto 447
callianaſſa 468
callianira. ibid.
calliope 129.450
callirhoe 143.149.195
calpe 495
calydonius aper 475
calypſo 149.197.448
camander 460
canœnæ 478
canace 487
candiope 482
cantio 450
capetus 462
capræ æſtate pingues 43
capua unde dicta 462
capys 461. cardùus 456
carthago 458
caſſandra 460
caſſiopea 442
caſtalius fons, caſtalia, caſtalides Muſæ 480
caſtimira 461. caſtor 481
catyllus 490
caunus 446.465
Cebrion 461
celeno 449
celius 441. ceneus 77
centauri 476. corũq; nomina. ead. (496
centauri Herculi domiti
cephalus 195. 486.488
cephiſus 464
cerberus 145. Herculi ab inferis abductus 499
cerberi officium 179
cerceis 149. ceres 155.195
ceres prima 444. ſecunda 469
cerrha 452. certaldus 439
ceto

ceto 133.143.
ceyx 481
Chaon 461
chaos 131.439
charites 188
charitum ſedes 127
charon 440
charybdis 498 (145
chedria 449. chimæra
chiron 469. phillyrides
197
chloris 442.456.473
choræbus 460
chreſeis 469
chromis 476
chromius 473
chronis 446.448
chryſaor 143
chryſaonis proles 195
chryſocomus 454
chryſothemis 492
Cicadas rore paſci 93
cilix 442. cinyras 444
circe 193.446.463
circes filij 197
Clarius 453 (467.477
cleodoxe 456. clio 129.
clotho 82.139.189.440
clymen 149.159 448.
463.466.468.469
clyonius 473
clypei Herculei deſcri-
ptio 75. inde
clytæmneſtra 481
clytie 149.469
clytion 459. clyton 490
cocytus 445
cœlibatus incõmoda 167
cœlum 316. terræ F. 131
cœli et terræ F. 440. inde
cœli genitalia à Saturno
filio exeſta 135
cœlius 440. eius propa-
go 444. cœneus 477
cœus 133.446 447
coniugij boni commodi-
tas 164
connubia, Eratus Muſæ
inuentum 478
contentio 139
cõtẽtionis duo genera 13
conuiuandi modus 25.53
corax 490
corinthus 450
corniculana 486.492

coronis 450.476
corufice 463. corus 447
carymoſa 480
cottus 133.169.171.175
cotti ſedes 183
Craterus 197
credulitatis pernicies 27
crcõ 489. crcõtiades 493
creus 133. creuſa 460.462
crimniſcus 465. crio 151
criſiæ 149
critheus 488.489
critõ 466. cromenos 461
cronis 469. crotope 450
cupiditatis ſedes 127
cupido 441.445
Cyane 446.465
cyclopes 133. unde dicti. ibid.
cydippe 468 (471
cygnus Martis F. 63.69.
cygni & Herculis pugna inde 93
cygni mors 95
cyllarus 476. cyllene (441
cymatolege 141 (441
cymo 141.468
cymodoce 141.467
cymopolia 183
cymothoe 141.467
cynæthus 452
cynoſura 447
cynthia, cynthius 452
cyparisſus 493
cyprigena cur Venus 137
cyprogenia 445
cyrene 450.463
cyrnus 493
cyrra, cyrreus 454
cythera, cytherea 445
cytherea cur Venus 137
cytheron, cyteriades Muſæ 479
cytorus 488

D

Dædalion 441.481
dæmones ex hominib. 11
Damaſithon 456
dande, danaides 442
danaus. ibid.
danis 476. daphne 463
daphnis 460.461
dardanus, dardania 450. 459.

daunus,

daunus,daunia 483
Deianira 475
deicoon 493
deidamia 486
deimos 79.99.190
deiopæa 468
deiphile 443.475
deiphobus 460
delia 455.*delius* 452
delos unde dicta 453
deli nomina diuersa 452
demoleon 476
demophoon 472
deorum obseruatio 53
deorũ periuriũ qualiter puniri solitum 181
deos inter homin.obuersari actionũ arbitros 19
desideriũ, Veneris comes 137
deucalion 448.481
dexamena 468 (455
Diana 191.440 449.
dianæ cognomina inde
dice 189.*dicomoon* 461
dictyna,dictynus mons. 455.474
dictys 476. *dido* 448
dies 440
dies interdum mater, interdum nouerca 61
dies Nocte prognatus 131
dierum obseruatio 57
diffidentiæ pernicies 27
dij hominum custodes in terris multi 19
dijs sacrificandum 25
in Dijs bonorum malorumq; summa 51
dimidium plus toto 3
dimocoon 462
diocles 466. *diomede* 475
diomedes Herculi domitus 495
diõe 149.469.472.480
dionysius 193.441.448. 481
dionysius 457.*dirce* 446
dithyrambus 457
diuitiæ quæ optimæ 23
diuitiarum parandarum ratio 29

dolores 139. dolus 440
domus imperfecta nõ re
linquenda 55
donatio bona 27
doris 141.149.460.
468.469
dorus 470.dorydon491
dorylas 476
doto 141.468
dryalus 79.dryas 77.482
drymo 468. dymas 483
dynamene 141.467

E.

Ebulcus 441
echemon 461
echephron 473 (483
echinna 145. echimene
Egestas 440
Eione 141.468
Electra 142.149.449.
450.459.492
electryon ab Amphitryo
ne cæsus 65.72
eleus 457
eleutheræ 127
Emathia 479
emathion 195
Enceladus 446
endelechia 450
ennius 472. enyo 143
Epaphus 445
ephialtes 472
ephyre 458.488.492
epimethrus 161.443
epimetheo suscepta Pan
dora; omnium malo-
rũ causa hominib. 7
epinitus 456
epitesia 460
epitropius 489
Erato 129.141.468.478
eraphiotes 457 (449
erebus 131. eiusq; filij
erginus Herculi domitus
498
erichthonius 459.486
eridanus 147. 467 (459
eridupos 477. erigone
erinnyes unde prognatæ
137
eriphile 490
ericina 472
erymanthus,erymãtheus
aper 495

ery-

erymome 485. eryphile (443
erythia 143
erythreus 484
eryx, Erycina 445.473
eryx Herculi domitus 498
Esipius 459
Eteocles 444
Euadne 474
euagore 141. euan 457
euander 458.484
euarne 141.467 (468
euchios 458. eucrate 141.
eudora 141.149.449
eudorus 484 (469
eueus 147.467.
euhyos 458
eulimene 141.468
eumelus 458
eunice 141.468
eunomia 189
euphrosyne 179.449
eupompe 141.468
euroauster 448
euronotus. ibid.
europa 149.443
europæ raptus 481
europea 469 eurus 447
euryale 143.470.482
eurybia 141
eurydices 450
eurydice 473.485
euryma 470
eurymedes. ibid.
eurymedon. ibid.
eurynome 149.189 443. 450.463.469
eurynomus 476
eurypylus 493
eurystheus 485
eurythea 195 (145
eurythus 496. eurytion
eurytus 476. Herculi domitus 499 (dius 77
euterpe 129.478. exa-

F

Falx Saturni adamãtina
fama 440 (135
famæ cura habenda 57
fames 440. ignauiæ comes 23.31 inde
fatum, Noctis filia 137
Faunus, fauna 470
fauonius 447

Ferreum seculum 14
figulus figulo inuidet, et cætera 3
Flora 473
flumina nõ citra religionem transeunda 55
in Fluuiorum alueum nõ meiendum 57
fluuiorum progenies 147
Fontis descriptio 45
cum Fratre etiam ludẽte adhibendus testis 27
Fraus 139.440
frumenti uertendi tẽpus 45
fucis similes ociosi 23. & mulieres 167
fulgur & fulmen unde Ioui 159
furiæ 445
furiarum tempus 61

G

Galatea 141.467.470
galaxaure 149.469
galene 141.468
Ganymedes 459
garamas 450.493
Gelonus 493. genij 484
genion 143.195. Herculi domitus 496 (137
gigantes Terra prognati
Glauca 141.467.469
glauconome 141.468
glaucus 481
glaucus alter. ibid.
Græa 143
græcia magna 497
granicus 147. gratiæ 449
gratiarum domus 127
grenicon 467
gorge 475
gorgitiõ 461. gorgõ 439
gorgones 143.470
gorgophon 485
gratia 440. gratiæ 189
gryneũ nemus, gryneus Apollo 454
gryneus 476. grynia 454
gygantomachia 169 inde
gyges 133.169.175.177
gygis sedes 183

H

Halia 468
haliacmon 147
hali-

Halimede 141.468
halius 473
harmonia 191.195
harpagige 491
harpalice 448.482
harpyiæ 143.471
hebe 191. Herculi nupta 193.473
hecate 153. opum largitrix 153.456
hecates luus à præstantia 153
hector 460
hecubæ proles. ibid.
helena 480
helenus 460
helicaon. ibid.
helice 93.447
helicon, heliconiades Muſæ 123.478.479
helimus 477
hellanus 448
hellaros 449. hellas 448
helle, hellespontus 488
helope 470. helops 476
heneti 461. heniocha 71
heptaporus 147.467
heracles 493
hercules 193.441. eiusq; filij 492
hercules Iouis ex Alcmena F. 63.69
hercules quartus 449
hercules unde dictus 493
hercules furens 499
herculis aduersus Cygnũ pugnaturi armatura 73
herculis ad inferos descẽsus 498
herculis cognomina 493
herculis columnæ 495
herculis cum Marte pugna 97
herculis & Cygni pugna inde 95
herculis interitus 499
herculis labores 495. inde
herculis scutũ quale 75. inde 77
herculi cæsa hydra 145
domitus Geryon 195. 496
leo Nemeæus 147
herculi nupta Hebe 193

her-

hermaphroditus 445
hermes 441
hermes trismegist. 466
hermiõe 443.474.486
hermus 147.467
heroum ætas 13
heroum clades ad Thebas & Troiam. ibid.
hesiodus opilio, carmen à Musis doctus 123
hesiodus carmine victor tripode donatus 49
hesiodi nauigatio. ibid.
hesiodi pater Cuma Ascrã nauigando profectus 47
hesione liberata Nereidi 459.485.497
hesperethusa 448
hesperides 143.448.Nomis Ff. 139
hesperus 448.488
Hicetaon 459 hiera 468
hippomanes 442.472
hippasus 476
hippo 149.469
hippodamia 462.467
hippocrite 121. hippocrenides 479
hippolagus 482
hippolytus ab Aesculapio ad uitã reuocatus 450
Hippolytus, Hippolyta. 472
hipponoe 141.468
hippotes, hippotades 465
hippothoe 141.468
hippothous 461.487
hircæus 470
hirundo uere prodit 43
historiæ inuentrix Clio Holmium 123 (477
hominum sortis uarietas ex Iouis consilio 1
hominibus cur tradita à superis iusticia 21
honor 445. hopleus 77
horæ 5.139.446
hospitem & supplicẽ lædere, par delictum 25
hospitalitatis ratio 53
hyas, hyades 448
hydra lernæa 145
hylcus descriptio 37.39

byleus 476
bylonome. ibid.
bymante 450
bymeneus 456
hyperion 151.446
hypermestra 442
hyperuius 474.hyp/ipy
I (le 456
Iacchus 457
ialmenus 474
ianassa 468
ianira 149.468.469
ianthe 149.469
iapetus 133.446.448
iapeti progenics 159
iarbas 481 (489
iasius 195.442.iasō 446.
iasoni rapta Medea 197
Icarus 459
Ida 197. idæus 460
idomeneus 481
idothea 463
idyia 149.193.469 (37
ignauiæ comes, fames 23.
ignauiæ detestatio 35 37
ignis à Prometheo dijs surreptus 5.154
ignigena 458
Ilia Rhea 462
ilioneus, ilione 456.460
ilithya 190.455
ilus, ilione, iliñ 459.493
Imbrcus 477
Inachus 464
industria hominibus optima 35
iniuriæ pernicies 17. pœna qualis à dijs inferri solita. ibid.
ino, inous 195.488
inoe 443
insulæ beatorum 13
inuidia 440
Io 441.464
iocasta 444
iolaus Herculis auriga 63.71.87.450.485
iole rapta Herculi 492.
ionius 458 (499
iouius cõsilio diuersam esse hominum sortem 1
iouis mens aliàs alia 37
iouis oculus omnia uidẽs
iphates 460 (21
iphi-

iphimedia 471
iphicleus 485. *Alcmenæ & Amphitryonis F.* 63.69
iphiclus 488
iphigenia 492
iphimous 476
Iphthima 459
ipsæa 446. *ipseus* 464
irene 189. *iris* 143
iris quãdo mitti solita 181
Isander 489
isis 441.448
ismene 444. *ismenus* 456
ister 147.467. *isus* 461
ithoneus 493
itylus 456
itys 474
Iulia gens 462
iulius. ibid.
iuno 155.355.469 *eiusq; proles* 473
Iuno postremò Ioui nupta 191
Iunonis filij 191
Iupiter 157.441 *in Creta educatus* 157
Iupiter secundus 444. *eius sobolcs* 449
Iupiter tertius 469.477
iuramentum 139
iusticia cur solis hominibus tradita à superis 21
iusticia uirgo, Iouis filia. 19
iusticiæ neglectæ pœna, 17. *et custoditæ præmiũ à dijs quale.* ibid.
iustum esse, periculosum iam 21
iuturna 483
ixion 476
ixionis pœna 477

L

Labdacus 443.444
labor 139.440
labor hominibus destinatus à dijs 29
laboris commendatio 21
laborem promoueri aurora 43 (459
lacedæmon 443.450
lachesis 83.139.189.440
lacinius latro, Lacinia Iuno

Iuno 497
Iadon 147.467
Læda 480.
Lærtes 483
Lærtiades 483
Lagia 452.
Laius 444
Lampetusa 466
Lampetia 446.466
Lampheus 494
Lampsacius 443
Lãpus 459. Lamyrus 492
Laocoon 461
Laodamas 473
Laodamia 483
Laodice 460
Laomedia 141.468 (461
Laomedon 459. Laothoe
Lapitha, Lapithæ 450
Lapitharum pugna 77
Lara, Larunda, Lares 484
Latinus 197.462.470
Latona 147.153
Latonæ proles 191
Latreus 477. Lauces 450
Lauinia 462.470
Lausus 452. Learchus 488
Lemnius 486. Leneus 458
Lenobates. ibid.
Leo Nemeæus 145
Leonis irati descriptio 97
Leonũ inter se cõgredien
tium descriptio 95
Leucosia 464
Leucothoe 485
Liachmon 467
Liagore 141.468
Liber 457
Liber primus 441. secun-
dus. ibid.
Liberalitatis commenda-
tio 27
Liberis gignendis quando
danda opera 55
Libethrus, Libethra, Libe-
thrides Musæ 479
Libya 441. Libyssinus 455
Licentia 139
Lichione 482
Ligna quando secanda 31
Limnoria 468
Linguæ parcæ thesaurus
optimus 58
Linus 450
Litigium 440
Lixus 495

Lœmios Apollo 452
loxias 454
Lucifer 151.481
lucina 191.455
lucra mala damnis æqua lia 27
lucri amor 25
luna 149.446
luna unde dicta 455
luſciniæ & accipitris a pologus 15
Lybs 447
lyæus 457
lyæus 458.494
lycaon 446.447.461
lycaſte 461
lyceus 442.lycepes 477
lychione 441.450
lycidas 476
lycius,lycus 453
lycorias 468
lyctus 157. lycurgus 482
lycus 476.Herculi domi tus 499
lygea 468. lygia 464
lygur,lygures 467
lynceus 442
lyriope 464
lyſianaſſa 141.lyſica 491

M

Macareus 487
machaon 451
Mæander 147.465.467
mænalia fera, mænalij uerſus 494
mænalius 457
maia 191.449
maieſtas 446
malum conſilium conſul tori peſſimum 19
malorum inter homines cauſa,Pandoræ pyxis 7
manibus illotis non ſacri ficandum dijs 55
mantyon 490
manto 450.464
marica 479
mars 191.473.abHercule uulneratus 91.99
martis filij 191 474
martis & Herculis pu- gna 99
medea 193. Iaſoni ra- pta

pta 195.197
medius 197
mediocritas obſeruanda 51
mediſicaſte 461
medon 476
medus, media 472
meduſa 143.470
megæra 445
megapenthes 492
megera 493
megareus 475
melampus 492
melantho 463
melas 473
meleager 475
meliæ nymphæ 157
melicerta 488. meliõ 471
melita 141 469. 472
mellis in medicina uſus à quõ repertus 465
meloboſis 149.469
melpomene 129.478
memnon 195.459
memoriæ filiæ, Muſæ 127
mena 480
menalcas 576
menalippus 475
menelaus 491
meneſtho 149.469
menippe 141.468
menœtius 159
mera 442
mercaturæ præcepta 49. 51 inde
mercurius 484. Argicida 6 eius donã. ibid.
mercurius Iouis ex Maia 1 F. 191
Mercurius Nili F. 466
mercurius ſecũdus 444. tertius 444. qntus 466
mermerus 476
merope 449.475.482. 489
meſapus 471
meſſis tempus 29.43
meſtor 461
metis 149
metus 440. Martis F. 191
Miletus 446
milium quãdo ſeratur 95
minas 79. minoia 498
minos 474.481

Minerua Bellona 450
minerua ex Iouis capite 191.441.449
minerua quinta 449
minerue partus 189
miſenus 488
Mnemoſyne 126.173.191. 477
mnemoſynides Muſæ. 480
mneſtheus 465.485
mnoſis 482
Moera 468
Molorchus 494
moloſſus 486
monycus 476
mopſus 77.450
morbus 440
mors 440.Noctis F.138
mortis domus 179
Mulciber 486
mulieri non fidendum 27
mulieres æſtate ſalaciores 43
mulieres fucis ſimiles. 167
à Mulierum blanditijs ca uendum 27
mulierum noxa unde inter mortales 169
muſæ 477. Iouis ex Mneſyna filiæ 127.191
muſæ Heliconiades 123
muſæ unde dictæ 477
muſarum cantus in deorum honorem 123.125
muſarum cognomina. 477
muſarum encomium 125
muſarum munus cuiuſmodi earũ cultoribꝫ cõferri ſolitum 127
muſarum nomina 129
muſarum ſedes 127
mutuò accipiendi ratio. 27
Mydia 452
myrmidon 480
myrrha 444
myrrhinus, myrrhina. 454
myrtilus 484

N

Naufragio perire miſerum

rum 51
nauigatio uerna. ibid.
nauigationis tempus 47.
49 inde. usus. ibid.
nauplius 472
narcissus 464
nausicaa 473
nausinoüs 197
nausithous 197.470.471
Nedimnus 476
neiphile 488
neleus 443.473
nemæus leo 147
nemertes 141.468
nemesis 139.relictis homi-
nib.ad deos concessit 15
neptunus 157.469
neptuni progenies 470
nerea 446.456
nereides 197.467
nereidum nomina 141
nereus 139. cur senex di-
ctus. ead.
nerei progenies 141
nesæa. ibid.
nesseus 467
neso 141.468
nessus 7.Hercules domitus
496
nestor 473. Herculis ui-
rib.subtractus 496
nesus 467.476
Nice 15
nicostrata 458.484
nilus 147. eiusq; proles.
466.467
niobe 441.465.491.
eiusq; proles 456
Nomius 450.453
nonacris 494
norax 466
notus 151.445
noualem serendi ratio 35
nox 440. Chaus filia
131
noctis filij 131.137.139
noxa 139
Numitor 462
nuptiæ quæ tempestiuæ.
53
Nycteus 471
nyctilius 457
nyctimene 471
nymphæ Meliæ 137

nymphæ montium incole 131
nympharum catalogus 147
Nyſæus,Nyſa 457
O
Obliuio 139
Occaſio in omnib.optima 51
Oceanus 444.Terræ & Cœli F. 133.463
oceani propago 147.149
ocium dijs & hominibus inuiſum 23
Ocnus 464
ocypete 143.471
ocyroe 149.470
odites 477
Ocbalus,Oebalij 459
Oedus476.œdipus 444
Oencus 475
œnomaus 474
œnone 460
œnopia 485
œnopion 482
Ogune 456
Oicleus 490
Onchestus,Onchestaurbs 472
Opis 444.468
Oræus 458
orchamus 485
orchomenos 449
orci galea 81
oreſtes 492
oreſtes alter. ibid.
origanum 454
orion 482. eius ortus & occaſus 45
orithyia 448.468.486
orne 445. orneus 476
orpheus 450
orſilochus 466.481
orthos 145.147
ortygius,ortygia 452
ortyx 452
Oſchyra 466
Oſſa cur adoleri dijs ſolita 163
Othus 471. Oxea 493
P
Pæan 452
Pæonius 482
Palemon 488
pa-

palamedes 472
paliſci 481
pallantia, Palatinus mõs, 434
pallas 434
pallas 151.446.499
pallas, quadrigæ inuẽtrix 463
pallene 446.449
pallor 440
pammon 461
pan 440.484
panes 470
pandion 486
pandora 448
pãdoræ Vulcani diuerſa à dijs munera tributa. 57
pandoræ à Vulcano fabrefactæ deſcriptio. 165
pandoræ pyxis malorum inter homines cauſa 7
panope 141.468
paphus 444
parca, eiuſq; deſcriptio. 75
parca noctis F. 137
parcæ 139.189.440
parcarum deſcriptio 83
pareas, paros 489
paris 460
pärnaſſus, Parnaſſides Muſæ 479
parſimonia in fundo moleſta 27
parſimoniæ bonum 3
parthaon 475
parthenius 147.467
parthenius mons 494
parthenope, parthenopea 464
parthenopeus 475
partis addendum 27
paſiphae 446.481
Paſithea 141.449.468
paſithoe 149.469
patara, pataræus 454
paupertas animi conſumptrix, nemini exprobranda 53
paupertas, dcorũ munus. ibid.
paupertatem hominibus à Ioue dari 47

Peeunia hominibus anima 51
Pegasus 143.471.479
pegaso capta Chimæra. 147
Pegaseus fons 479
Pegasides. ibid.
Pelagonius 465
Pelagus Terræ proles 133
Pelasgus 472
Peleus 197.485
Pelias 197.473
Pelopia 456
pelops 459.483.491
Penelope 459.483
Peneus 147.463.467
Pephredo 143
Pergea, Perga 456
Perhibia 460.465.470
Periclymenus 473
perimedes 49
peripeleus 486
perithous 77
periurium à furijs quando uindicari solitum 61
periurij pœna 21
pero 473
Persa 446
Perseis 149.193.469
Persephone 355.469
Perses 151.484
Perseus 83.442.473.484
Perseo cæsa Meduſa 148
Pestis 139
Petrea 149.469
Petreus 79.476
Peucidas 85
Phædimos 456
Phædra 481
phægeus 465
Phæocomas 477
Phaethon 195.463.466
Phaetusa 446
Phetusa 466
Phalerus 77
Phanetes 454
phareus 476
phasis 147.467
phebe 133
phelegræus 476
pheritas 489
phecusa 141.467
pheutrates 448
phicium

phicium 67 469
Phidippus 493
philæmon 482
philas 484
philemon 450
philistenes 443.450
philomedes cur Venus. 136.445
philomela 486
philomelus 489
philotis 138
phlegeton 445
phlegræus 4[illegible]
phlegyæ 475
phobus 79
phocus 197.485
phœbe 133.456
phœbes progenies 153
phœbus, phœbe 453
phœnix 443.447
pholoe 49. pholus 476
phorbas 460
phorcus 470
phorcyn 139
phoroneus 464
phryxus 446.488
phyllira, phyllirides 462
phœnix 448
phrixus 446.488
phyllis 482. phylo 449
picus 470. pidasus 459
pieria, pierides Musæ, pieris 127.479
pilumnus 483
pimpleus fons, pimpleides musæ 480
pirithous, pisenor 476
pisistratus 473
pisnoe 464. pitho 149
pleione, pleiades 449. 463
pleiadum occasus 47
plexaure 149.469
plexippo 475
plisthenius 491
plote 490
pluto 149.157.469
pluto ab Hercule vulneratus 499
plutonis regia 179
plutus 195
podarce 488
podarge 448.471
poeseos beneficio animi tristitiam discuti 129

Pollux 481
polycaſtis 473
polydamas 461
polydectes 486
polydora 149.469
polydoris 465.485.
polydorus 195.443.460 461
polymnia 199.478
polymela 484
polynices 443.444
polynome 141.468
polyphemus 471
polyphides 490
polypœtes 476
polites, polyxena 460
polyxo 449
ponti progenies 139
pontoporea 141.468
porphyreon 446
portumnus 488
Prœneſte 470
priamus 459. Herculi abductus 460
Priami ſoboles. ibid.
priſcus 442. procas 462
procris 486
proetus 443
progne 474.486
prolochus 77
Prometheus 161.448 ab Hercule liberatus 161
prometheus ignem dijs furatus 5
promethei ſupplicium 161
pronoe 141
pronœa 468
proſerpina 440.455.481 Plutoni rapta 189
proſerpinæ regia 179
proteus 463
proto 141.467
protomedia 148.468
prudētia Ioui nupta 187
prymno 149.469
Pſamathe 141.197.468
pſamathia 450
Pſittacos 448
pſyche 450.474
Pudor egenti uiro inutilis 23
pudor relictis hominibus ad deos conceſſit 15
pygma-

Pygmalion 443
Pylos oppugnata Herculi 473.496
Pyragmon 470
Pyramus 476
Pyrethus 477
Pyrpilea 452
Pyrrha 448
Pyrrhodes 443
Pyrrhodile 449
Pyrrhus 486.Pythia 456
Pythius 452
Pytho 159.469
Python 440.452

Q

Quadrigæ inuentrix, Pallas 463
Querela 440

R

Rapinæ detestatio 27
Reges doniuori 3
reges ex Ioue 129
regum comes Calliope. ibid.
Religionis præcepta 57
Remulus 462
remus 462.464
reuerentia 445.469
Rhadamanthus 481
Rhea 133. eiusq; ex Saturno proles 157
rhea llia 462
rhesus 147.467
Rhodea, rhodia 149.469
rhodius 143.467
rhætus 476.rhoma 462
rhipheus 476
Riximor 473. Robur 151
romulus. 462.474
Runcus 446

S

non Sacrificãdum illotis manibus 55
Sagaris fl. 498
Sagittæ inuentor Perses. 484
salacia 463
salmoneus 488
sangarius 147.467
sao 141. Sardus 493
sargesta 465
Sarpedon 483
saturcia 454.
saturnus 133.444

Saturnus liberos suos devorare solitus 157
Saturnus patris Caeli genitalia excindit falce. 135
Saturni otia, aurcum seculum 9
Saturni ex Rhea propago 157.469
Saturni falx 135
Saturno devoratus pro Ioue lapis 150
Satyri 470
Scamander 147.467
Scylla 470
Scythes, Scythia 493
Semarcus 456
Selene 458
Semele 191.195.443
Semidei 13
Senium 139.440
Senta Fauna 470
Septentrio 447
Sergesta 487
Serpentarius 469
Servius Tullius 486
Servus cuiusmodi conducendus 45
Sicanus, Sicania 471
Siculus, Sicilia. ibid.
Simethis 470
Simois 147.467
Sinon 441
Sipylus 456
Sisyphus 441.443.488
Sisyphius 483
Sminthius 454. Sminthaeus.
Sol 149.446.463. Nili F. 466
Sol primus 441
Sol unde dictus 451
Solis filij 198
contra Solem non meiendum 55
Somnus 440. Mortis frater 179. Noctis F. 139
Somni domus 179
Sophos 492
Sperchius 465
Spes sola in Pandorae pyxide relicta 7
Sphinx 147.
Spio 141.467
Ster-

Stercorãdi agros author 483.
Sterope 133.449.470.
Sthenelus 485
Stheno 143
Sthenoboea 442
Sthenno 470
Stiphelus 476
Stratius 473
Strymon 147.467
Stultum accepto malo sapere 17
Stymphalus, Stymphalides aues 495
Styx 149.445.469
Styx unde deorũ iuramentum 152. quale 179
Stygis progenies 151
Suada 5
Subsolanus 447
Sucron 450
Supplicem & hospitẽ ledere par delictum 25
Sychæus 443
Syluani 470
Syluius 462
Syrenes 464

T

Tantalus 450.456
taram, tarentum 471
tarquinius 487
tartarus 440
in Tartarum quantũ spacium 175
tartara 138
tartari descriptio 177
taygete 440.443.449. 450
telamon 459.485
telebas 476
telecletus 87
telemon 470
telegonus 483
telemachus. ibid.
telephus 567
telesto 149.469
tellus omnium fundamentum 131
tenebra 440
tereus 474.476.486
teriomachus 498
termessus 128
terpsichore 129.478
terra 440
terra

terra omnium mater 34
terræ progenies 131
testorius 460
tethys 133.444
tethyos ex Oceano pro-
pago 147
teucer 459.461.485
Thalaon 442.443
thalia 129.141.189.468.
478
thaumas 139.145.476
thea 133
thebæ heptapylæ 12
ad Thebas heroum clades
13
themis 133. Ioui nupta 189
themiste 468
themisto 141
themistonoe Ceycis filia,
Cygno nupta 91
theoclimenes 490
theodamas. ibid.
thereus 476
thersander 444
theseus 77.472. Herculi
ab inferis liberatus 498
Thespia, Thespis, The-
spiades Musæ 479
thessalus 493
thestios 475
thetis 141.197.467.
thiæ proles 149.
thicne 447
thoas 456
thos 149.468.469
thonius 476
thoossa 470
thrascios uentus 448
thrasymedes 473
thyestes, thyis 456
thymbreus 454
thymetes 461
thyoneus 456.457
tibiæ inuentrix, Euterpe
492
timor Martis F. 191
tisiphone 445
titan 444. eius proles
447
titanes 137. cœlo pulsi
183
titanũ aduersus deos bel-
lum 169
titaresius 77
tita-

titanum locus 183
tithonus 459.eius proles 195
tityus 449
tlepolemus 367
Tonitrus unde Ioui 159
toxius 444.475
trachinia 481
trinacria 471
triſticiam poeſeos ui diſcuti, Muſarũ beneficio 129
tritogenia 191
triton 189.191.463
tritopatreus 441
triuia 455
Troia Herculi diruta 397
troilus 460
troius, tros, troia 459
tullia maior & minor. 486
turnus 483
tyberinus, tyberis 462. 464
tyburtus, Tybur 490
tyche 149.469
tydeus 443.475
tymbra, tymbræus Apollo 453
tyndarus 459
typhaon 145
typhaonium 67
typhoeus 183 (449
typhon; typhœus 446.
tyrius, Tyrinthius 491
tyro 488. tyros 473

V

Venilia 483 (447
uenti Auroræ Ff. 141
uẽti ex Typhœo qui 187
uentorũ catalogus 447
uenus prima & ſecunda 444. tertia 480
uenus ex reſectis Cœli teſticulis nata 137. et ſpuma maris 445
uenus unde dicta 444.
ueneris cognomina unde 137.444.445
ueneris comites 137. dotes. ibid. filij 191.474
uerecundiæ præcepta 551
ueris deſcriptio 43
ueſta 155.440.469
uici-

INDEX.

Vicinus malus magna no xa 25
uicini cognatis meliores. ibid.
victoria 445
victus parandi facilior ratio cur hominibus abſcondita à dijs 35
uindemiæ tempus 45
uinum æſtate optimũ 43
uirbios 472
uirtutis uia ardua 21
uiri æſtate imbecilliores. 43
uirum uxore bona nil ſortiri melius 53
uis 151
uitium incidendarũ tempus 48
uitijs infenſi dij 25
Vlios 455
ulyſſes 441.461.483
ulyßis filij ex nymphis. 197
ungues non ſecandi in cõ-
uiuio 55
uoluptas 474
Vrania 129.149.469.
urius 79 (478
urſa 447
uulcanus 191.486
uulcanus primus 444
uulcanus Nili F. 466
uulturnus 447
uxor quando ducenda ſit & qualis. ibid.
uxore bona nihil melius ſortiri uirũ 53.mala nil peius. ibid.

X

Xanthe 149.469
xantho 467
xanthus 448

Z

Zelus 151
zephyrus ibid.447
zeſius 474
zetho 456
zethus 448.449
zeuxo 149.469

FINIS.

PROLEGOMENA TZETZIS IN HESIODUM.

PROCLVS *uir sapiens, explicans præsentem librum Hesiodi, nihil præclarum, nec sapientiæ authoris congruum, nec dignum expositione elaborauit. Primùm enim oportebat diuisionem facere poetarum, eorumq; notas & characteres, & qui sint illorum nominatissimi, indicare. Deinceps uerò exponere, quo genere poematis utatur author quem explicare instituit, quorum temporibus claruerit, quot libros post se reliquerit, ubi & qua ratione è uita migrauerit. Postea libro in manum sumpto, primùm quidem scopum illius accuratè declarare, deinde uerò etiam fabulosas historias cum suis allegorijs remissè tangere: tum carmina & alia necessaria perspicuo & institutiuo modo explanare, non labyrinthico atque intricato, aut tali, qui ipse magis egeat explicatione, quàm ea quæ ad explicandum proposita fuere. Ille uerò nihil horum fecit, nihil prænarrat, sed sine exordio tanquam ex improuiso & illotis manibus atq; ordine confuso authorem explicandum aggreditur: & alicubi quidem grandia uolens loqui, de rebus cœlestibus & sublimibus magnificè nugatur, alicubi uerò ab authore proposita & explicata repetit: & circa talia occupatus, prolixum quidem, sed inutilem prorsus contexuit com-*

mentarium. Sed prætermissis ijs, in quibus sapientissimus Proclus errauit, transeamus ad ipsam explicationem. Vos quidem utranq; expositionem affectu studioq; ueritatis, non contentionis, inuitem comparate, probeq; iudicate, num illi à Proclo, uel hi à me æditi pulli sint uerè aquilini, qui melius ad poesin Hesiodi accedant, & constantius authorem ueritatis solem aduersis oculis intueri queant: quamuis ipsis splendidis atq; argento fulgentes pennas non apposuerimus. Non enim multo studio, sed tumultuariè hunc laborem perfecimus: quemadmodum illi sciunt, qui nos ad hoc certamen compulerunt. Quòd si utranq; commentationem sine studio contentionis iudicabitis, præstate uos perspicaciores Gallico Rheno, ac fœtus utrosq; summa atq; exacta cura æstimate, quinam formæ patriæ aptiorem habeant similitudinem, & qui spurij sint, atq; à genere Hesiodi alieni, aut imperfecti et cæcutientes partus: deniq; ad chrysopolin herbam, aut lydium lapidem, βάσανον uocatum, aut ad ignem probatorium, more censorum auri, utrunq; laborem examinate. Sed nunc, quæ instat, rem ipsam auspicemur.

De poetarum diuisione memini me etiam non ita pridem iambis ex tempore compositis opusculum contexuisse. Quin & meus frater de eadem materia in Lycophronis expositione, elegantissimè diligentissimeq; scripsit. Nihilominus tamen, quæ huic instituto opportuna uidebuntur, ea repetita quàm potero breuissimè exponam. Qui uerò subtilius atq; exactius illa cognoscere uolet, consulat prædictos commentarios, nec pigere debet ullum hæc ante omnem poeticum libellum præcognoscere.

nicen, Thelxinoen, Terpſichoren, Euterpen, Eucleaden, Diam, Enopen. Qui ſanè ignorarunt, ut ueriſimile, id quod nunc à me dictum fuit, quòd omnes qui aliquam artem inuenerunt, tam uiri quàm mulieres, Muſici & Muſæ uocantur. Vnde non ſolùm iſtæ, quas illi recenſent, ſed etiam innumeræ aliæ reperientur. Cæterùm quidam, omnes, quas uocant, Muſas uirgines eſſe affirmant: quidam uerò illas nouem, quæ ab Heſiodo ponuntur, excipiunt, & ſolas reliquas in uirginum numero collocant. Itaque fabulantur, quòd Ialemus & Hymenæus fuerint Cliûs & Magnetis filij: Rheſus uerò, Euterpes & Aſtrymonis, aut iuxta alios Terpſichores: Palæphatus, Apollinis illius Carbantis & Thaliæ: Linus, Vraniæ & Apollinis, aut Pieri terra geniti: Sirenes, Melpomenes, aut ſecundum alios Terpſichores & Achelöi: Melpus, Terpſichores, aut Melpomenes & Lieni, Apollinis filij, aut ſecundum alios Lari: Thamyris, Eratûs & Aethlij Endymionis filij, aut Philamonis: Triptolemus, Polymniæ, & Celei, ſiue Chimarri Martis filij: Orpheus, Calliopes & Oeagri. Sed quid neceſſe eſt ſermonem tam longè producere, & aures iuniorum obtundere, loquacitate tam uana, et tam prolixo Muſarum catalogo deſcribendo, perinde ac ſi meipſum oblitus, Tzetzes nõ eſſem, qui ſciat res aptè diſponere, & perſpicuitatem amet, cupiatq; plurima ſcribere, eademq; ſalutaria paruis cõprehenſa opuſculis: nec uerò ſtudeat pauca, eademq; inutilia, curioſè excogitatis & lõgiſſimis ſermonibus in medium afferre, quemadmodũ clamoſi quidam, & nimia perſuaſione laborantes, facere conſueuerunt?

Verum

Verùm enimuero non mea ſponte, ſed ut tibi gratificarer, tam longè à propoſito diuerti, merumq; catalogum Muſarum recenſui. Nunc uerò mecum adſis, longæq; orationi Tzetzianæ animum aduertas, dum ſummatim comprebẽdam fabuloſas uocatas Muſas, & alia quamplurima, poſteaq; ſermonem adiſciam de ueris & reuera exiſtentibus Muſis. qua in re non peccauero, ſi ſim prolixior. Huius uerò ultimæ loquacitatis culpam tibiipſi imputato. Nunc igitur aſſumptione & recognitione eorum facta, quæ antè diximus de fabuloſis Muſis, eadem breuius repetita, aliaq; certius explorata auſculta.

Multi igitur Muſas fecerunt multas, easq; differentes tam operibus quàm nominibus: & alias quidem dicunt eſſe uirgines, alias uerò nouem, quas Heſiodus recenſet, liberos peperiſſe, & Iouis eſſe filias atque Mnemoſynæ, natas in Pieria, ex concubitu nouem dierum. Quòd uerò in Pieria ſunt natæ, ideo choreas ducũt circa Helíconem, & patrem ſuum bonoribus proſequuntur. De reliquis autem, quæ præter iam commemoratas ab alijs recenſentur, hoc ſcire debetis, quòd illæ fuerint mulieres, inuentrices artium & rerum in uitæ uſu utiliſſimarum: & Muſarum nomen acceperunt ἀπὸ τῆ͂ς ἀληθῶς μέσης γνώσεως, à ſcientia nimirum, quæ uerè Muſa appellari meretur. Quocirca non ſolùm illæ celebratæ à ſcriptoribus, ſed etiam ſexcentæ aliæ myriades, Muſæ uocari poſſent, ſi quis compertas habeat aliquas, quæ nimirum artes aut res utiles inuenerunt aut excogitarunt. Illæ uerò quæ ab Heſiodo nouem ponuntur, neq; nouem numero, neq; mulieres mortales fuerunt, ſed forſitan deas fuiſſe credi

credi posſit, quæ tamen & ipſæ non putentur liberos peperiſſe. Sed Muſa quidem eſt ſcientia ſiue cognitio, comparata ſtudijs & inſtitutione, non innata atq; à nullo alio edocta intelligentia. Appellatur autem Muſa, ut ſuprà dictum, à quærendo, quòd ab omnibus aut plurimis quæratur, aut quòd multis inquirendis & curiosè inueſtigandis occupetur. Collectim uerò & pluraliter Muſa, Muſæ uocari cœptæ ſunt, easq; nouem eſſe fabulantur, tanquam ter tres, hoc eſt, multoties multas. Nam ternarius numerus initium eſt multitudinis. Etiamſi enim ſcientia ſeu cognitio, quantum ad totum, ſimplex eſt atq; uniformis: illa tamen ipſa, quantum ad particularia inuenta & placita, in infinitum extenditur. Sunt enim ſcientiæ ſeu cognitiones in hominibus obſcuræ, & omnino intra menſuram comprehenſæ, nec ſunt eiuſmodi, qualis eſt apud Deum, quæ eſt uniuſmodi, certaq; & omnibus numeris perfecta. Generantur autem illæ noſtræ ſcientiæ, Muſæ appellatæ, in Pieria, domicilio Iouis, hoc eſt, mentis, in loco uidelicet corporis noſtri ſupremo, qui eſt caput. Inde fluunt ᾠδαὶ, opima & ſagaciſſima, Ioue per nouem dies cum Mnemoſyne commixto, hoc eſt, mente frequenter reuoluente & memorante ea quæ cognouit. Generatæ uerò ſcientiæ in tali Pieria, quam modò explicauimus, (non in monte illo fabuloſo) ducunt choreas in Helicone, patremq; ſuum Iouem hymnis celebrant: hoc eſt, mandatæ literis circumaguntur & circumferuntur undiquaq; in modum chorearum, & manifeſtam celebremq; reddunt mentem, quæ ipſas genuit. Sic ego caput, quod eſt domicilium mentis, Pieriam appello, libros

ᾠδαὶ alludit ad uocem ᾠδὰς.

uerò Heliconem, in quibus Musæ, hoc est, scientiæ & inuenta hominum sapientum, circumsaltant. Neq; hîc probo, quæ Proclus de Helicone monte adfert, & de nouem sphæris, in quibus Musæ incedunt, non timentes casum. Sed postquam de Ioue, Musis, Pieria & Helicone satis multa locuti sumus, dicamus etiam, cur aliqui Musis attribuant filios, quorum nomina antea recitauimus.

Primùm igitur aiunt, Ialemum & Hymenæum filios Cliûs Musæ fuisse, id est, historicæ cognitionis (hæc enim uerò παρὰ τὸ κλέος, τὸ δόξαν, id est, à celebrando originem trahit) eò quòd illi lugubres cantus, hic uerò, quos uocãt, odas inuenit. Rhesum autem, Euterpes filium faciunt, quòd eorum quæ ad ornatum corporis & pulchritudinem atq; elegantiam uestimentorum & contextuũ pertinent, inuentor fuerit, quemadmodum cultum eius admirandum in bellis describit Homerus, cum inquit:

ἁρμὰ δ' οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ὑπὸ ἴσκετο.
τεύχεα δ' χρυσέη πελώρια, θαῦμα ἰδέσθαι.

Hoc est: Currus uebit aureus ipsum,
Argento inserto fulgens, arma aurea regis
Tota nitent, ipso miranda stupendaq; uisu.

Palæphatum autem aiunt Thaliæ fuisse filium, quòd plantandi artem scriptis suis docuit. Linum, Vraniæ filium, quòd de cœlo & toto mundo opus contexuit. Sirenes, Melpomenæ, aut secũdum alios Terpsichoræ & Acheloi, filias, quòd melodias & chordas primæ inuenerint. Thamyrin, Eratûs filium, quòd primus amorum libros conscripsit. Triptolemum, Polymniæ filium, quòd agriculturam inuenit, κὼν πολλοῖς ὑμνουμένην, à multis decan-

decantatam: aut τὴν πεφιτίκευ, καὶ πολυμυήμονα, hoc est, gratam, & omni memoria celebrandam. Orpheum deniq; Calliopæ filium, ὡς καλλιλογίας ποιητικῆς εὑρετὴν, quòd poeticam bene & eleganter loquentem, tum hymnos in laudem deorum inuenit. Verùm enimuero hanc ipſam prolixam orationem, tibi rurſum imputato. Cum enim ſuprà à te perſuaſus eſſem, ut omnes Muſas recenſerem, eodemq; labore etiam liberos earum commemoraſſem, uidebatur mihi ſanè, non fore abſurdum, ſi fabulas illas etiam allegoricè interpretarer. Poſtquam uerò etiam allegorias illarum rerum tractauimus, age iam alia diſquiramus.

Quare hîc Muſas oriundas ex Pieria inuocet, & non illas ex Helicone, ſicut in Theogonia fecit, cùm præſertim poeta noſter fuerit Heliconius, ut qui iuxta Aſcram habitauit. Solutio iuxta Proclũ. Proclus, uir doctiſſimus in Philoſophia, dicit poetã hoc feciſſe inſtitutiuo modo, quòd nimirũ uoluit exemplum præbere ijs qui inſtituuntur, ne propria et domeſtica pro ſelectiſſimis habeãt: ſed etiã aliena, quæ ſunt utilia, digniora exiſtiment proprijs. Quo prænarrato, poſtea ſermonẽ inſtituit de Pieria, Helicone & ſphæris, in quibus Muſæ choreas ducunt. Præterea addit Proclus, quòd hoc nõ ipſius Heſiodi ſit proœmium, ſed alienum prorſus, ſiquidem multi hunc librum ſine proœmio habuerũt: et propterea hîc poeta non ſuas Muſas, ſed Pieridas inuocauit, in Theogonia uerò Heliconiadas. Hactenus Proclus. Sequitur ſolutio Tzetzis. Nos uerò aliquãtulum prolixiore ſermone dealbemus ueritatẽ, & explicemus uerã cauſſam, propter quam in præſenti

Opere Musas Pieridas *inuocet* Hesiodus, *in* Theogonia *uerò* Heliconias. Ego duplices Pierias & Heliconiasagnosco, secundum rem ipsam, & secundum intellectum. Ita Musæ nomen tripliciter accipi debet: historicè, intellectiuè & elementaliter. Historicè quidem, siue secundum rem ipsam, Pieria & Helicon montes sunt & ciuitates Bœotiæ. Pieriam nanque Pierus primùm possedit, qui fuit Methonis frater, pater uerò Lini: unde locus Pieriæ denominationem accepit. Postea uerò eandem Lyncum appellarunt, cuius imperium etiam tenuit Aëropus, maximus natu inter filios Emathionis, sicut Melissæus refert, qui Adelphica composuit. Helicon autem & Cithæron ab Helicone & Cytharone fratribus nomen acceperunt, quos contra se mutuò pugnasse scribit Lysimachus ille Cyrenæus in primo de poetis libro. Sic igitur historicè, siue secundum rem ipsam, Heliconem & Pieriam agnosco montium esse nomina. Secundum intellectum autem Pieria est domicilium Iouis, id est, mentis. Significat enim τὸ λογιστικὸν, hoc est, facultatẽ rationalem, à qua, ut antè dixi, τὰ νοήματα, pinguia & sagacissima destillant. Helicon autem est consignatio & diuulgatio rerum scrutatione & ratiocinatione cognitarum & comprehensarum, quæ fit per libros, qui undiq; περιλίσσονται, hoc est circumuertuntur. Cæterùm Musæ quoq; nomen scio tripliciter posse intelligi. Nam secundum intellectum omnis cognitio Musa uocatur: elementaliter uerò, astrorum & totius mundi elegantissimus & conuenientissimus motus. Deniq; historicè, id est, secũdum rem ipsam, inuentores & inuentrices aliquarum rerum per

N.B. περιλίσσονται alludit ad uocem Helicõ.

participio

participationem, Musæ uocantur. Nunc uerò neque de Musis inuentricibus rerum particularium, neq; de Musico astrorum & uniuersitatis motu loquitur: sed de intellectiua Musa, id est, de scientia, quam antiquo, magisq; Attico more Musas appellat comprehensim. Et meritò quidem hoc libro illas oriundas ex Pieria inuocat, in Theogonia uerò Heliconias, propter caussam quam iam dicam. Hic igitur percursor cœli Procle ausculta, qui multum tonas, & sublimia uertis ex altis & sublimibus curriculis. Hesiodus hoc libro de plantarum & agrorum cultura doctrinam fratri præscribit, materiam tractans humilem & tenuem: ideoq; non immeritò Musas ex Pieria, id est, propria mente oriundas, nimirum scientiam inuocat: & quodammodo à seipso innuit hoc opusculum proficisci. In Theogonia uerò de origine deorum uniuersitatis tractat: ideoq; quòd magnum erat illud opus, magisq; physicum, aptè ac decenter ibi Musas inuocat Heliconias. Quod ita intellige, Hesiodum ibi introitum sibi præparare, & de seipso affirmare, quòd ea, de quibus in præsenti Theogonia sit dicturus, à seipso non dicet, sed Musarum auxilio & scientiæ, quam ex Helicone, id est, libris decerpserit. Sic ego Pierias, sic Helicon.as, sic Musas intelligo. Sic etiam Hesiodum hoc quidem libro Musas Pieridas inuocare censeo, alibi uero Heliconias. Musarum autem, siue dearum quarumcunq; inuocatio, ut nobis adsint & ferant auxilium ad dicendum ea quæ uolumus, sermo est allegoricus, qui, ut dictum fuit in diuisione poetarum, primum est & præcipuum poetæ indicium. Reuera enim propriam scientiam, & non aliquam

alteram, uel deam, uel mulierem, tali inuocatione ad dicendum hortatur.

Sententia proœmij talis est: O Musæ, id est, scientiæ, quæ honoratis & celebratis uestrũ patrem. Per ellipsin uerò & concisionem intelligit Iouem, hoc est, mentem. Quamuis aliqui etiam τὸν διὰ in uersu scribant, i. post ponẽtes. Venite ex Pieria (hoc enim significat πιερίηθεν) hoc est, organo corporis intellectui rationiq; accommodato. Dicite celebrantes in cantibus, hoc est, carminibus & poematis, διὰ ὧν τινα, scilicet τρόπον, quo pacto homines æquè & indifferẽter mortales & corruptibiles sunt obscuri & inglorij, expertesq; famæ, tum etiã celebres, nominati & illustres. Barbari uerò & Græci, superfluum & Procliannm est. Secũdum Græca uerba igitur textus ita ordinari debet: ὦ μοῦσαι πλάσασαι σφέτερον πατέρα, δεῦτε λῦτε πιερίηθεν, ἐυέπτεϊ ἀοιδῇσι, διὰ ὧν (λέγει, τρόπον) οἱ ἁμῶς (ἀπαράχουστες) βροτοὶ ἄνδρες, (εἰσὶν) ἄφατοί τε, φατοί τε. Poeta interrogat, quomodo fiat, ut inter homines sine ullo discrimine corruptioni obnoxĩos alij quidem sint illustres & diuites, alij uerò obscuri & infames. Deinde inducit loquentem Musam, hoc est, sciẽtiam suam, quæ dicit talia fieri hac ratione: ἐκπλῆ γὰρ βουλῇ τοῦ διὸς, ex uoluntate & consilio Iouis: fatum appellans Iouem. Sed prius explicemus, quot significationes habeat hoc nomen διὸς, deinceps alia consectabimur. Hæc uox διὸς uniuersim & indefinitè posita quinq; significat: sapientes, reges, elementa, facultates animæ, affectus, & fatum, quod alij prouidentiam appellant. Sic igitur hoc nomen, διὸς, absolutè positum quinq; obtinet significationes.

tiones. Singula autem nomina deorum tripliciter exponi possunt: intellectiuè, elementaliter, & historicè. ut uerbi gratia. Iuno significat hæc tria: mulierem regiam, æthe- rem, & fortitudinem. Nomen Mineruæ similiter: mulie rem regiam, crassiorem partem aeris, & prudentiã. Sic de alijs uolo intelligi. Aliqua etiam deorum nomina multipliciter accipiuntur: ut, uerbi gratia, τὰ ζῶα. Historicè namq; significat quẽdam regem: intellectiuè autem, mentem: quo pacto etiam Musas, id est scientias, generat. Elementaliter denique, omne cœleste corpus cum suis partibus: aerem & constitutionem cœli nubilã: præterea pluuium solem: tum planctã. Iouem dictum: & fatum, secundum Stoicos. In qua postrema significatione ubiq; accipitur in toto hoc poemate, excepto solo principio. Nã ibi Iuppiter, quem patrem Musarum appellat, id est sciẽtiæ, mentem significat. In alijs autem poematis ferè fatum intelligitur, nisi fortasse de elementis aut alijs quibusdam sermo sit institutus. Cæterùm tu multiplices has significationes habe semper in memoria atq; in pectore, ut possis commodè & conuenienter ac pro cõditione loci, quid sit Iuppiter & alia, interpretari. In elementalibus nanq; nomen Iouis pro cœlo aut aere usurpatũ intellige: in intellectualibus, pro mente: in alijs aliter, prout uidelicet expositio materiæ propositæ cõuenire uidetur. Nũc autẽ, ut dixi, fatũ significat. Sed exposito iã sufficienter eo, quot significatiões nomẽ Iouis habeat, progrediamur ad alia.

βροτοὶ κἄνδρες.) ἐπίκηροι, corruptioni obnoxij, ἀπὸ τοῦ βέζω, quod significat cruorẽ cum puluere mixtũ. Vocabulũ ἄρσην quinq; significat: animosũ, maritũ, sexũ uirilẽ,

ad ætatem uirilem prouectum, & hominem.

ῥᾳ̃α μὲν γὰρ βελάει.) In uoce ῥᾳ̃α fit contractio longæ syllabæ ῥᾱ & α in unam longam. Alioquin enim uersus scandi nequit.

μινύθει.) perdit, minorem reddit: ἀπὸ τῦ μινυὸς, paruus. Vnde etiam fit μινυώδιον, τὸ βραχυχρόνιον, breui tempore durans, fluxum, citò periturum. Sensus autem illius, ῥηϊα μὲν βελάει, manifestus est & perspicuus etiam idiotis & imperitis: quòd nimirum fatum facilè extollit etiam obscuros, & contrà illustres deturbat.

ἰδυίῃ σκολιόν.) Varios & inæquales mores habentem propter astutiam, σκολιὸν, hoc est, tortuosum & obliquũ appellat. Hunc igitur ait à Ioue dirigi, rectumq; reddi, hoc est, rursum ad simplicem mentis habitũ reduci. quod fit, quum punit subdolam illam uafritiam.

ῥηϊ᾽ ὑψιβρεμέτης.) ἢ εἱμαρμένη, fatum. quomodo autem fatum altitonans dicetur? quòd secundũ opinionem philosophorum, ex alto, hoc est, cœlesti astrorum motu, fata hominum demittãtur, quæ alios quidem claros cæterisq; imperantes faciunt, & quodammodo celebritatibus ac præconijs percutiunt tanquam fulmine desuper deiecto: alios uerò bombulant calamitatibus & infortunijs.

πέρσαντα δώματα.) Zodiacum circulum intelligit, ex quo fatum dependet, & unde boni ac mali euentus demittuntur.

κλῦθι ἰδὼν.) Assumit rursus suam personam poeta, & loquitur ad Iouem, hoc est, ipsum fatum. Audi, inquit, & da mihi aures, tu qui uides præsentia & inaudis, atque iustè moderaris leges & iura. Ego uerò Persæ fratri

κεῖτε

uera narrabo. Sed nunquid unà cùm Proclo nihil dignũ lectu ſcribemus? Hoc nomen δίκη, tria ſignificat: forum iudiciale, iuſtitiam & iudicatum.

θέμιστας.) ſiue terra eſt ſecundum Aeſchylum. A iuſtitia igitur agricultura, iuſtitia & omne ius ſiue appellatur. Themis quid ſit.

τιών.) Doricum & paragogicum pronomen. Dores enim τιών pro σὺ dicunt, ἰγώνα pro ἰγὼ, & ſimilia.

ἰγὼ δέ κε πίρσῃ.) Et aduerbia & expletiuæ particulæ uocali ſubſequente literam ἐφελκυστικὴν recipiunt: conſonante autem ſuperueniente, non amplius.

ἐν ἔρᾳ.) In Theogonia Heſiodus unum genus ſeu unam ſpeciem contentionum poſuit: nunc igitur illud quodammodo corrigens, inquit: Non utiq; unum eſt genus contentionum, ſed duo. Ieſus enim non ſolùm ſũma uocatur, qui eſt bona contentio: ſed etiam inuidia, quæ eſt peſſima, ex ſanguine gaudens contentio.

μῦνον.) pro μόνον, Ionicè.

δύο.) per ο μικρὸν ſecundum Iones, quod in contextu longum fit propter ancipitem ſyllabam. Secundum Dores autem & Atticos δύω ſcribendum, per ω μέγα. Cæterùm quòd in terra & cœlo ſint contentiones, liquet. Producere autem ſermonem in rebus parui momenti & dictu indignis, Proclianum eſt: quemadmodum etiam in illo, ubi Heſiodus dicit, alteram contentionem eſſe uituperabilem, & utranq; diuerſum animum habere.

διαὶ δίκα δομὴν ἴχουσιν.) Sapiens Proclus per δομὴν intelligit uitam, nos uerò ſuauiſſimam illam & animatam rationẽ. Heſiodus enim de contentione loquens dicit.

quòd contendentes ἐνμὸν, id est animum, duplicem & bipartitum habeant.

πόλεμος.) bellū, diſſēſio hoſtilis, πολυαμὸς τις ἀὸν, ὁ πολλὰς ἀμῶν, quaſi multos metens: aut πολυμὸς, magis inuerſe, ὁ πολλὰς χέων, & multos fundat, opprimat, proſternat.

σχεδίη.) moleſta, nimium uiolenta. Mala enim ſunt uiolēta & illegitima: bona uerò facilè & expeditè procedunt excurruntq;.

οὔτις τήγε φιλεῖ βροτὸς.) Ne cogites in tranſcurſu, hāc eſſe autoris ſententiam: Nec aliquis hominū illam amat, deorum cōſilio. Sed hoc pacto intelligas: Nec aliquis hominum illam amat, ſcilicet uolens, ſed propter neceſſitatem & potentiam ſic uolentium deorum, hoc eſt, fati. Fatum enim, ut ſuprà dictū, per deos debet intelligi, qui grauem illam contentionem colunt. Si quis autem obijciat: Ergo dij erūt cauſſa mali? Certè quidem, ſecundum opinionem Heſiodi. Hic enim animarum poſuit πρωτόγονα ξύμπαντες animas ante corpora creatas iam olim fuiſſe. Ipſæ nanq; animæ per ſe exiſtētes, nec alimentis, nec fortunis, nec diuitijs, aut alijs id genus corporeis rebus indigebant, propter quas pugnæ fiunt & cōtentiones. Poſtquam autem quodam fato corporibus iunctæ ſunt, quibus opus eſt & alimentis, & fortunis, atque alijs ſimilibus, propter quæ contentiones accidunt: ideo non immeritò dixit, quòd homines deorum, hoc eſt, fati conſilio decretoq; colant contentionem.

νὺξ ἐριδῶνὸ.) Bonam contentionem, quæ ζῆλος ſeu æmulatio uocatur, dicit priorē eſſe quàm malam, tempore & dignitate. Quòd autem dicit νὺξ ἐριδῶνὸ, illud aio non

ex eo

ex eo dici, quòd ex obſcuro originem trahat. Nam & altera ex obſcuro naſcitur. Sed hoc dico, quòd in principio fuerit erebus & chaos: poſtea nati ſunt homines. Erit igitur contemporalis hominibus bona contentio, cùm ſit ex illo erebo & chao progenita. Mala uerò eodem tempore poſtea acceßit. omnia ſiquidem bona, cognata ſunt conſitaq; hominibus: mala uerò, acquiſita. Aut etiam hoc modo: Bona contẽtio ex nocte uidetur nata eſſe, hoc eſt, ex obſcuro, quod omnis qui aliquem æmulatur, occultè illum ſubſequitur atq; imitatur. Inuidus autem palàm obtrectat, & conuicia pugnasq; nectit.

ἐριθ ϛνὺ.) Aeolicè per duplex ν ſcribitur.

Ζῆνα δὲ μιν προνίδεα.) ὁ κρόνου παῖς, Saturni filius Iupiter, id eſt, ὁ νιμερμίνου, ὁ κορυπῶσα τὸν νῶν, fatum obſcurans mentem, & occultum atq; incognitum, quòd in excelſis iugis & cathedris zodiaci circuli & ipſius ætherij Iouis ſedem obtinet. Dixi enim, quòd ſecundum exteros motu aſtrorũ omnia deſignantur implenturq;, quæcunq; ſunt euentura. Eſt igitur hæc ſententia, quòd Iupiter, qui habitat in æthere, qui habitat in radicibus terræ, qui habitat in hominibus, ille inquam alteram contẽtionem fecit multò præſtantiorem altera. Per Iouem autem fatum intelligi, iamprimùm dixi.

ἤ τι καὶ ἀπάλαμνόν περ.) Bona contentio etiam infirmum, καὶ τὸν μὴ πάλαμᾶδα δυνάμενον, impotentem, & ad laborem ineptum, tamen excitat ut laboret. Aut pro ὅμως legatur ὁμῶς, quod eſt ὁμοίως, eritq; ſententia, quod ſimiliter excitat.

τὶς τρηχὺν γὰ.) hoc eſt: Aliquis.n. qui ceſſat ab operãdo,

& ſpe-

& ſpectat alterum diuitem, diuitem quidem ex laboribus, qui etiam ipſe alios ſpectauit, dat operam ut aret & plantet.

ἀρόμεναι.) Illud ο breue eſt, ſed producitur propter ſequentem immutabilem, & fit anceps ſyllaba. Poteſt etiam, ſi quibus placet, Attico more per ω μέγα ſcribi.

ſυνὶ δὲ τε.) Bona contentio, etiam zelus ſeu æmulatio appellatur: ſicut mala, inuidia nominatur. Inuenias tamen Heſiodum ſuprà abuſum uocabulo zeli ſeu æmulationis pro inuidia.

τὶς ἄφενον σπαύδοντα.) ἄφενος, πλοῦτος, ὄλβος, τύχη, & εὐδαιμονία, differunt. ἄφενος enim & ἄφνειος uocatur dies, qui particeps eſt τοῦ ἀφύειν. Eſt autem ἄφενος annua collectio perceptioq; fructuum. πλοῦτος, ea quæ per multos annos collecta ſunt: ut uerbi gratia, ſerui, facultates, fundi. ὄλβος utrunq; ſignificat: τύχη autem ſplendorem uitæ & eleuationem. εὐδαιμονία, ut multa ſilentio prætermittam, τὸ εὖ τοῦ δαίμονος, hoc eſt, animalium uirtutem beatitudinem deſignat: Homerus enim & Socrates animam etiam uocant dæmonem.

κακὴ πορφαμένοις πόλεμόν τε.) Digreditur iam etiam ad malam contentionem, & proprietatem illius deſcribit. πόλεμος à πολέω originem trahit in τῷ πτοέομαι τὸ δείδω, formido, metu perterreor: aut ἀ πιπλωκὼς τοῦ ἴκω, qui decidit ab habendo, deiectus à ſuis facultatibus.

τίῳ ἐνὶ θυμῷ.) ἐν τῷ σῷ θυμῷ. Eſt autem θυμὸς hoc loco animus. Alioquin etiam partes animi ſignificat, quæ tres recenſentur: τὸ θυμικὸν, iraſcibilem: ἐπιθυμητικὸν, concupiſcibilem, quæ uoluptate alitur: & λογιστικὸν, rationalem,

malem, in qua consistit uis consultandi, ratioq; subducendi. Est enim concordia cogitationum.

λαικάζουσι.) malis gaudens, aut qua mali gaudent.

ἀγορᾶς ἐπαΐων.) auditorem eorum quæ in foro uenalitio narrantur. Habet autem nomen ἀγορὰ plures significationes. Interdum forum significat, ubi exercetur mercatus: aliquando curiam seu forum iudiciale: sæpe multitudinem in utrisque congregatam, tum rumores & sermones qui in utrisq; spargunturi abusiuè postea quemlibet rumorem siue narrationem. ἀγορὰ dicitur etiam omnis res in foro empta, & numisma per quod emitur.

ὄφρα γάρ τ' ὀλίγη.) hoc est: Non oportet contentionum studiosum esse, & tempus consumere in foro uenalitio, illum hominem, cui annuatim non prouenit ex terra tantum fructuum, ut toto anno seipsum sustentare possit.

ἄρη.) cura, sollicitudo, & habet tenuem spiritum. unde λίπαρος & dicimus, cum tenui syllaba π, & non cum aspirata φ.

ὀλίγη.) pauca, infrequens, non autem parua.

γαιήων τ' ἀγορέων τε.) Duæ synizesis siue contractiones sunt in hoc uersu. prima ibi, λίων τ' ἄγος, ut sit dactylus. Nam illud λίων pro una longa scandi debet. Secunda ibi, ρέων τε, ut sit trochæus. Nam ρέων pro una longa ponitur.

βίος.) Hoc nomen βίος sex significat. aetem seu genus uitæ: ut cum dicitur, βίον ἐμάσσατο φιλόκερδον ἰδ', mercatoriam aut philosophicã uitam egit. mores: ut cum dicitur, κακοῦ βίου ἔσῃ, bonos mores habet. præsentẽ mundum: tẽpus uitæ siue ætatem uniuscuiusq; : supellectilem, & co-

& copias: ut cum dicimus, πολὺς ἐν αὐτῷ ὁ βίος, homo fuit copiosus, magnas opes habuit. postremò alimenta, quæ ad uitam sustentandam pertinent: quemadmodum hoc loco positum intelligi debet.

ἱκανιάνδς.) qui per totum tempus sufficiat. ἐν τῷ ἔτος fit ἐτανὸς, ἐτανὸς, & per ectasin, ἠτανὸς.

ὡραῖος.) ὁ ἐκ τεττάρων ὡρῶν γινόμενος, qui ex quatuor partibus anni prouenit. Apposuit autem ὡραῖος nomini βίος commodè admodum, ad differentiam, quòd sciret nomen βίος plures significationes obtinere. Quia uerò sciebat, etiam alia esse, quæ uitæ sunt utilia, eademq; ὡραῖα, nec tamen ex terra proueniunt, idcirco apposuit illud, τὸν γαῖα φέρει.

δημήτρος ἀκτήν.) Cereris, hoc est, terræ donum. terra enim uocatur δημήτηρ Doricè. Dores namq; pro γ, δ ponunt: ut uerbi gratia, δυοφερὴν dicunt pro γυοφερὴν, & δάμυλον pro γάμυλον.

ἀκτὴν.) ἀκτὶς fœmininum, radius est siue coruscatio solis. Et ἀκτὴ litus uocatur. Donum autem, ὁ ἀκτὸς, τῦ ἀκτῦ, τὸν ἀκτὸν, ἐκ τῦ ἄγω, quod est fero. Ac nunc quidem, quid sit δημήτηρ, breuiter dixi, quod certum est, perspicuum & indubitatum. Dicamus uerò etiam allegoricam historiam, illamq; interpretemur. Ex Creta, aut potius ex Sicilia, Pluto rapuit Cereris filiam Proserpinam, quã Græci etiam λίβυν appellare solent. Dum autem mater raptorem persequitur, Athenas & in Græciam usq; peruenit: ubi Triptolemus, Celei & Metaniræ filius, ipsam de amissa filia certiorem fecit. Ceres igitur, ut beneficium indicatæ filiæ recõpensaret, Triptolemo donauit semina

NB.

& curo

& currum, quem alati dracones trahebant, quo circumuectus ille totum orbem lustrauit, & sationis usum atq; agriculturam monstrauit. Hactenus fabulosa. Veritas autem sic se habet. Cum nondum agriculturæ ratio in Sicilia & Affrica esset nota, & victus hominum sponte naturæ proueniret, rursus ille euanuit, nemine agricultură sciente. Cecrops autem, aut alius quispiam, Argum in Libyam & Siciliam transmisit, nescius facti, iussitq; colligere frumentum ibi natum, & in Græciam transportare. Quo utiq; facto, adductoq; frumento, Triptolemus arare & seminare primus occœpit in uico quodam Achaiæ, Aroe dicto, ἀπὸ τῆ ἀρδεύειν, à prima nimirum ibi facta terræ irrigatione, qui nunc Nouæ Patræ uocatur. Sed aliter plurimi sentiunt, qui in Eleusine, Atticæ regionis loco, id factum esse contendunt. Atq; hoc modo colendi agros & comportandi fruges occasionem initiumq; primùm dedit: deinceps idem libris quoq; rationem agriculturæ descripsit, itáque omnibus hominibus impertiuit. Sic Δημήτηρ quidem terra uocatur, ἐπὶ πάντων τῆ μήτηρ, quòd terra sit omnium mater. Κόρη autem siue Proserpina significat ea quæ ex terra ad uitam pertinentia annuatim proueniunt: seu potius frumentum & alios terræ fructus, propter quos plurimæ cædes & bella fiunt. Hanc igitur Κόρην, hoc est frumentum, rapuit Pluto. Cum enim illud sponte naturæ primùm proueniret, contigit ut euanesceret rursum propter ignorantiam agriculturæ, ut diximus. Quòd autem Argus ipsum in Græciam aduexit, & postmodum Triptolemus in Eleusine seminauit, enatúmque ex terra collegit.

NOTA.

collegit, atq; etiam rationem illius colendi docuit undiquaq;: idcirco finxerunt, Cererem Athenas uenisse, hoc est, terræ dona: & à Triptolemo institutam inuenire filiam, quæ ex Eleusine ascendat, ex inferno splendens. In terra nanq; Eleusinia occultatum & satum frumentum, in lucem prodijt. Dracones autem alati, sunt sermones passim inter homines dispersi, libriq; comprehensi, qui undiquaq; currunt & agriculturam docent. Hactenus fabulosa & allegorica. Sed recitemus adhuc historiam alteram, quæ circũfertur de Cerere. Osiris, quem etiam Δίονυσον uocant, cum Iside uxore sua, aliàs Cerere uocata, & plurimo exercitu, passim oberrauit cum cantilenis & tibijs, atque hoc modo agriculturam & sationem plantarum hominibus monstrauit. Vnde ipsum etiam Δίονυσον appellarunt, tanquam inuentorem sationis: Isidem autem Δήμητρα siue Cererem, ὡς τὰ ἀπὸ γῆς δωρούμενον, tanquam ea quæ ex terra crescunt dantem, & agriculturam docentem.

Δυσερισταίμων.) *Quo utiq; dono & uictu ex agriculturæ proueniente satiatus, ἐφίλλοις, excitaueris, pro ὄφελλε καὶ αὔξε, excita atque auge contentionem. Ne uerò existima, Hesiodum hortari fratrem, ut fiat studiosus contentionis: sed tali sermone utitur, quòd sciebat, eum qui operibus & agriculturæ uacabit, non amplius talia curaturum, alijs occupatum.* Δυσερισταίμων, *& quæcunque in medio alicuius uerbi consonantes geminant, Aeolica sunt.*

λίσσεσθ' ἐν' ἀλλοδίοις.) *Poetæ etiam duas literas, ut hoc loco, elidunt Aeolicè, & longas abbreuiant.*

τοί δ' ἀνέτι δούρατον ἴσαι.) *Non autem amplius secunda uice ad hunc modum tibi succedet, ut mea auertas: sed faciamus rursus pactionem de nostra lite rectis iudicijs, quæ à Ioue, id est, prouidentia seu fato in precio habẽtur.*

δωροφάγοι.) *Non dixit δωροδόκοι, quæstui & muneribus inhiantes: sed significantius δωροφάγους, donivoros, hoc est uitam ex acceptis donis viuentes. Tales autem nihil mali aduersus alteram partem iudicant, propter uictum quem inde consequuntur. δωροδόκοι autem quidam sunt, qui non malo, sed bono studio atq; affectu munera acceptant.*

ὅσσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς.) *hoc est: In quali re dimidium sit maius sua sorte, siue suo integro ex omnibus partibus perfecto. In nomine ὅσσῳ multitudo ponitur pro magnitudine. Illud πλέον uerò de dignitate intelligatur. Exẽpli gratia, qui iusto modo decem lucrifacit, illa pluris æstimantur quàm uiginti, quod ad dignitatem attinet. Non enim quantitate dimidium plus esse toto quispiam dixerit.*

ὅδ' ἴσον ἴσῳ μαλέχῃ.) *Breuiter, nec plenè dicit hoc Hesiodus. Cum enim dixisset, quòd non cognoscant, ubi dimidium plus sit toto: infert iam, quòd etiam nesciant, quàm magnum emolumentum faciant malua & asphodelus, quamuis leues sint herbæ. Cætera quæ huc pertinent, uersibus includamus.*

Iniusti sumptuosi non iuuant cibi.
Sed uanos ille sermones rursum expuit,
Bructans nimis arrogantem turbinem,
Dum uult docere rationes Halimi:

Inuehitur in Procli expositionem.

Sed nil sciens scribendo perdit operam,
Quamuis magnificis spumat sermonibus.
At ego dicere & docere & scribere
Nolens, adducor huius uanis plausibus.
Scillæ bulbum & leues maluæ ramusculos
Cædas in pila, & mel commisceas simul,
Et extrabens sectorum olerum modicum
Edas, nec ignea te uexabit fames,
Si misces illa scilicet sagaciter:
Si non, ad inferos curres non segniter.
Nam scilla solet imperitos tollere.
At si rursus uenenum rectè dempseris,
Quod fit, in ollis si cum aquis ebulliat,
Atq; hinc siccetur radijs solaribus,
Secentur frustula, & miscentur sesamo
Simulq; melli & lacrimæ papaueris,
Quo decet pondere, & quo conuenit modo,
Quem noscens ipse, non scribo accuratius,
Sat multos nutries tam paruis massulis.

λιψάνωτις γαρ ἰχνοι.) pro λιπαρόφαγον, Atticè. Solent enim Attici participia pro uerbis ponere. Quidam in his uerbis παρολκὴν esse uolunt, ut sit λιψάνωτις tanquam λιπάνωτις, pro λιπαρόφαγοι: illud uerò ἰχνοι redundet. Ita ne uerò hæc uerba intelligantur: *Ne Persa, ne tertiũ tempus uersando in foris & sodalitijs. Qui enim diuturnum uictum non habent ex agricultura, illos non oportet otiari. Vbi autem uictum ex terra laborato propriã domum compleueris, tum si tibi placuerit, alijs litem moueas.* Dixit nanque, hoc est, fatum, quod ex astris procedit, abstrusit suppres-

suppreſſitq; uictum, ut iam occultum illum obuolutumq; magno labore homines comparare oporteat: quem antea quidem paruo negotio & unius tantùm dici labore potuiſti acquirere tam copioſum, ut illo intra totius anni ſpacium in ocio frui potuiſſes. Ita *clauum quoque nauis ſuper fumum ſtatim ſuſpendebas, nimirum ſemel tantùm nauigio utens: & conquieſcebant boues, quorum laboribus ſuperſedebas, ſemel tantùm laborem ſuſtentans. Verùm Iuppiter, hoc eſt, fatum, occuluit celauitq; tam facilem tamq; leuiter comparabilem victum, poſtquam Prometheus ipſum fraudauit, & ignem ipſius furatus fuit: pro quo furto mulierem ille feçit, cuius miniſterio uſus uitam ærumnis compleuit.* Hactenus *fabuloſa. Sed iam attende allegoriam ueritati magis conſentaneam, quæ ſecundum Græcos ſic ſe habet: Quicunque inter Græcos mundum cœpiſſe generatumq; concedunt, ij dicunt, primùm diſruptionem apertionemq; crebi factam, aeremq; ſuprà conſtitiſſe, & infimo loco reſediſſe terram limoſam, & undiquaq; mollem ac liquidam: ex hac uerò deinceps putres bullisq; turgentes meſoranas prodiiſſe, quas ſol interdiu calefecerit, noctu autem lunare humidum nutriuerit. Hoc igitur pacto cum membranæ illæ paulatim augeſcerent, clamorem edere cœperunt, atq; homines indefiebant, aliæq; omnis generis animalium formæ, prout aliqua uincebat elementorum temperatio, nimirum uel aquea, uel igned, uel terrea, uel aerea. Exiccata autem terra, ineptaq; ad generandum reddita, aiunt iam ex mutua commixtione ſeminis generationem fieri. Quòd autem animalia ex terra*

NB.

possint generari. hoc probant multipliciter. & inter alia adducunt pro confirmatione generationem illorum quæ fiunt in Thebaide Aegyptia post recessionem exundationis Nili. Illius uerò temporis homines erant simplices & inexperti, nec ullam artem nec agriculturam tenebant, neq; aliud quicquam: nec quid morbus aut quid mors esset, cognouerant: sed super terram tanquam ad lectum cadentes, expirabant, nescientes quid patiantur. Amorem tantùm mutuum exercebant, & rusticam degebant ætatem, moreq; armentorum è suis habitaculis prodibant: communiter fructibus arborum atq; herbis uescebantur, sibiq; inuicem contra feras opem ferebant. commilitabantq; nudi nudis manibus. Cum autem sic nudi essent, & sine uelamentis ac pecunijs uiuerent, nec frustus aliaq; terræ nascentia scirent recondere, sed solo uictu quotidiano uterentur, accidit ut sæuiente hyeme plurimi occiderent: donec tandem necessitatem naßi præceptorem, cauitates arborum & syluosa loca, atq; rupturas petrarum & spelæa incoluerunt: & fructus qui conseruari possunt, uix tandem cognoscere, & semel collectos, in spelæis recondere cœperunt, illisq; per totius anni spacium uescebãtur: Fati fato dum uiuerent, simplicem, temperantem ac concordem uitam degebant, necdum ignem cognitum habuerunt. Non reges, nec præsides, nec dominos, nec exercitus, nec uiolentiam, nec rapinas experti: sed concordem & liberam atq; temperantem uitam agebant. Postquam autem μετανάστεροι, *hoc est, prudentiores facti & circumspectiores, ignem inuenerunt, & calidius, hoc est, astutius sus res tractare cœperunt:*

perunt: tum statim amiserũt prioris moderatæ illius atq; liberæ uitæ conditionem, siue fatum, quomodo aliquis dixerit. Ignis namque usu atq; tractatione artes inuenerunt, per quas uita exornatur, & iucunda atque amabilia uenustaq; consequimur, quæ nos instar mulieris demulcent & delicatiores efficiunt. Hoc uocat pocta formationem mulieris: quòd post inuentionem illorum, à stutia inter homines consecuta fuit, & prouisio, omniumq; artium inuentio, & transformatio temperantis & duræ uitæ in magis fœmineam atq; mollem. Quam mulierem etiam Pandoram & telam artificiosam, atq; alijs infinitis nominibus quispiam appellare possit. Sic igitur propter ignem, quem Prometheus surripuit, hoc est, propter inuentionem atq; usum illius, inuenimus nouum malum acquisititium, delicatioris uidelicet uitæ genus, in quo molles lectos & tapetas pro stragulis amplectimur, rem amabilem ualde, nobisq; gratissimam. Vocatur autem malum nostrũ, quòd dum illa quæ nos splendescere faciunt, magno studio atq; desiderio comparare cupimus, nunquam laboribus molestiæq; finem faciamus atq; requiescamus. Quocirca cum antea nostri iuris mancipijq; essemus, & sine iniurijs uiueremus, iam nunc iugo seruitutis nos subiecimus, & reges ac præsides & dominos agnoscimus, quibus nostro labore cum multo tremore inseruimus. Inde cædes, pugnæ, tristes turbæ, lethales tumultus profluxêre. Quòd si homines ἐπιμηθεῖς, hoc est, post rem peractam prudentiores, mali accepti memores, inuentas illas artes aspernati fuissent reiecissentq;, tanquam προμηθέως quidam, quibus ante cuentum

ſuppetit conſilium, nullas certè calamitates, quæ ex foro tunata, beata molli, atque inter dulcedinem & amaritudinem uerſante uita proueniunt, experiremur: ſed beatam illam, liberam, ſimplicem, frugalem, concordem, & malis uacuam uitam uiueremus: exiguis tantùm laboribus annuos fructus atque olera ad alimoniam colligentes aſſeruantesq;, & ſi quid eiuſmodi neceſſarium eſſet, & inuentas delicias relinqueremus. Hoc igitur ipſum etiam Heſiodus Perſæ fratri demonſtrare propoſuit his uerſibus, quos explicare inſtituimus. O Perſa, ſi talis fuit olim uita, tantúmque illud, & iam hoc tempore uetus ille uiuendi modus interijt, iamq; ſine ſumma difficultate uictus comparari non poteſt, cui multis opus eſt: decet te profectò minimè ociari, ſed labori manibus pedibuſq; incumbere. *Vix enim etiam hoc pacto à difficultate huius uitæ te liberabis. Sed hæc ſatis de ſenſu: age uerò iam uerba ipſius textus explicemus.*

λιψαυστις γαρ ἐχθει.) Dij, *hoc eſt, fatum remouit atq; occultauit priorem illum ſimplicem uictum, & iam moleſtijs ac laboribus inuoluit.*

ῥηϊδιως γαρ κεν.) Tunc *enim, primo nempe ſeculo, unius dici labore potuiſti comparare uictum, qui per anni totius ſpacium uitæ propagandæ ſuffecit.* Laborem *autem intelligit non agriculturam, neque aliam quampiam artem (quæ ambo nondum extiterunt) ſed collectionem fructuum.*

αἶψα κε πυδάλιον.) Statim in fumum proieciſti clamum, aut cremaſti, aut tanquam fumum & rem nihili ſeruaſtis

seruasti: hoc est, non opus erat te nauicularia exercere, sicut hoc tempore.

ἀπόλοιτο.) pro ἀπόλλοιτο, cessabant opera boum & mulorum. Neque enim horum animalium labore nobis opus fuit. Qui uerò sic explicant hunc locum, ut dicant, tantùm unica fuisse opus nauigatione, & similiter unica aratione, postea clauum super fumo positum fuisse ad exiccandum, & iumenta agriculturæ destinata cessauisse, illi temerè nugantur. Necdum enim illo tempore fuit in usu nauigatio, neque agricultura. Quod cum Hesiodus quoque non ignòraret, idcirco ad hunc modum locutus fuit: aut fortasse sermonem etiam separat poeta, & ea quæ nunc fiunt, accommodat primis temporibus. Sic autem magis allegoricè debet intelligi: Tantùm semèl exciperes laborem in colligendis fructibus, si esset eiusmodi uiuendi ratio, qualis olim fuit: extraq; fumum & seorsim à curis rerum ad uitam pertinentium gubernatricem mentem teneres, hoc est, sine solicitudine uitam degeres. Cessarent autem αἱ βοὰι, eiulatus, pugnæ, tumultus, & illa cum barbaris gentibus connubia, quæ per suspiciones & bella contrahuntur. Ista nanque mulos appellat: potius autem illos qui ex talibus commixtionibus fiunt aut nati sunt. Ita nanque Cyrum regem ab oracolo mulum appellatum, scriptores tradunt, ut qui esset ex origine materna Medus, ex paterna uerò Persa. Aut simpliciter commercia & pugnas conflictusq; gentium cum gentibus, mulos appellat: eosq; πολεμηρούς, quòd multa perferant & patiantur illi qui bellum excitant. N8.

ἀλλὰ ϛὺν ἐηρυψι.) *Sed fatum ſimplicem & frugalem illum uictum occultauit, quòd eſſet hominibus infenſum. Facit autem fatum perſonam, illiq; iram attribuit. Occultauit igitur, quòd eſſet infenſum Prometheo, hoc eſt, prouiſioni præſcientiæq; noſtræ, obliqua contortaq; cogitanti, propterea quòd fraudauit ipſum fatum. Occultauit autem ſibiq; aſſeruauit ignem, quem rurſus quidem magnus filius Iapeti, hoc eſt motionis illius quæ fit in mẽte, προμηθὺς, id eſt, prouiſor dictus, hoc eſt, noſtra prouiſio præcognitioq; ſurripuit, & ſurreptum impertiuit hominibus ſecundum conſilium Iouis, hoc eſt, fati magna conſultantis. Non enim mutatur fati uoluntas. Surripuit autem illum in cana uirgula. Iouem ipſum, hoc eſt, quod dixi fatum, uocat τὸν ἀμφιγυήεντα per metatheſin, hoc eſt, tranſpoſitionem, quaſi ἐϛραμμένον καὶ διεϛραμμένον, hoc eſt, uertentem & debellantem aduerſos & infelices, ἀνὰ πρηϛήρων, inſtar fulminũ: aut certè quaſi τερπόμενον τοῖς ἀϛραπαῖϛ, gaudentem fulminibus, hoc eſt, elationibus & ſpeciebus. Quale autem fuerit illud ignis furtum, iam aduerte. Olim quidem homines uſum ignis planè ignorarunt. Quidam uerò προμηθέϛεροι, hoc eſt, prudentiores, quum hyeme animaduerterent, arborem fulmine tactam quendam caloris ſenſum ſibi proximis mouere, conati ſunt ignem cuſtodire: itaque illum inanibus quibuſdam lignis atq; uirgulis, quibus potuit conſeruari, impoſuerũt. Cumq; primus ille ignis cœleſtis fuerit, ad eum modum, quo dixi, comparatus, poſteaq; in uſum omnium noſtrûm ueniſſet, idcirco fabulati ſunt ſurreptum eſſe præter uoluntatem fati, prioris nimirum: ſiquidem dixi*

antea,

antea,noſtrum primum fatum fuiſſe,ut ſimplicem,atque uſu ignis & artium carentem ætatem degeremus. Alterum uerò fatum,hoc eſt, accidens alterum ex prouiſione noſtra inuenit ignem atq; artes, quas mulierem Pandoram poeta appellat.Quæ uerò ab alijs quibuſdam adfertur allegorica interpretatio huius loci,ut ignis ſignificet rationis capacem uitam,uirgula uerò ipſum corpus:eam ſuperuacaneam exiſtimo, neq; per omnia ſibi conſtantem. Reſtat autem adhuc Rhetorica *& realis allegoria, quæ dicit de igne, quatenus ad uſum transfertur, deq; illis quæ per ipſum ſunt inuenta ingenio prouiſionis noſtræ, tum de exornatu uitæ, qui fit per omnes artes, quas ignis monſtrauit: quas etiam mulierem* Pandoram *appellat, & à* Vulcano *fabricatam affirmat.Sed de hac allegoria in accurata expoſitione uerſuum magis perſpicuè dilucideq; dicemus.* Nunc uerò etiam ordinem uerborum in contextu exponemus,quæ tali modo ordinari debent:ἀλλὰ ζεὺς (hoc eſt,ὁ εἱμαρμένη) ἐφρυξι χολωσαμένη, ὅτι μιν (pro αὐτὸν) ἐξαπάτησεν ὁ προμηθεὺς.ἐφρυξι ὃ τὸ πῦρ ὁ αὐτὸς προμηθεὺς ὁ ἀγκυλομήτης, τὸ μὲν (pro ὅπερ) πῦρ αὖθις (pro δὴ) ἑ ἐὸς παῖς τῦ ἰαπετοῖο (hoc eſt,ipſe Prometheus) ἐκλιψι, περὶ λλίψας ἀπάγαγι τοῖς ἀνθρώποις ἐν λοίλῳ ναρθηκι διὸς πκρὰ (pro πκρὰ γνώμην τῦ διὸς) τῦ μητιόφ@,λαθὼν αὐτὸν τὸν δίκα τὸν τηλεπίρωνον,(νῦν τλιο ἑμαρμένην) τένικα αρ' ἀνθρώποισιν ἐμήσαλο λήθια λυγρὰ. (ſcilicet ὁ προμηθεὺς,hoc eſt,noſtra prouiſio,non Iupiter, quod eſt,ὁ εἱμαρμένη, fatum.)

τὸν δὲ χολωσάμεν@.)Prouidentiſſimæ autem noſtræ menti infenſa ὁ εἱμαρμένη νηφιλυγρίτης ὥσπερ ἀγέρασα

Intellectualis allegoria fabulæ de Prometheo.

νηφίλαιος, quasi nubibus obruta conuolutaq; & caligino sa atq; inuisibilis, antequam exitus adueniat, sic loquitur: O` Iapeto oriunde, rationalis motionis fili, prouidum & consultissimum consiliũ, hoc est, ó homines prouidentissimi, gaudete, quòd ignem inueneritis, et prioris illius non exquisitæ, sed simplicis uitæ fatum mutaueritis. Quòd autem per nubicogam & fulminatorem Iouem, fatum intelligat, iam diximus, cũ etymologiis simul indicaremus.

σοίτ' ἀὐτῷ.) hoc est, uobis inuentoribus & posteris uestris cedet hoc inuentum in maximum damnum. Ideo nanq;, quòd prioris uitæ genus mutastis, & hunc ignem inuenistis, dabuntur uobis artes, quæ quidem exornant uitam, & delectant atque emolliunt instar mulieris, uerumtamen non sine calamitatibus & molestijs. Diligetis tamen laboriosam & duram atq; molestam hãc uitam, eò quòd delectabilis fiet propter spem.

ὡς ἔφατ'.) Ita quidem fatum dixit, alloquendo Prometheum, & continuò Vulcanus, hoc est ignis, formauit Pandoram, formosam mulierem, hoc est, congeriem seu cumulum artium, πάντα δωρημένου τῶ βίω, quòd uitæ humanæ omnia donent, aut secundum Hesiodum, quòd ex omnibus dijs, hoc est, animalibus potentijs sint compositæ, donaq; sua acceperint. Nam ex igne, quem Vulcanum uocat, acceperunt materialia & organica: ex intellectu uerò, quem Mineruam appellat, stabilitatem et solertiã: ex temperatura autem, quam Venerem uocat, uenustatem: impudentiam denig; & industriam atq; uersutiam in negotijs & mercaturis, ex Mercurio, quo nomine sermonem uocalem intelligit. Postquam autem ex igne & intellectu

Pãdora quid sit, & unde dicatur.

intellectu mulier, hoc est, cultus pulchritudoq; apparuit artium & artificiosa tela, nosq; omnium artium periti facti sumus, amari fati decreto, quod etiam ipsum ad posteros promanauit, hac ratione per omnem uitam calamitates exundarunt. Quòd autem Hesiodus iratum facit Iouem, hoc est fatum, & ipsi furorem atq; sermonem & alia attribuit, hæc omnia figuratè per prosopopœiã dicuntur. Inducit enim fatum, quasi per aliquem hæc faciat. Hoc autem à Rhetoribus, schema ἀπὸ προσώπου appellatur. Sic enim opus fuisset dicere: Si fatum esset præditum sensu & sermone, locutum esset, & iratum se ostendisset, quòd homines prudentiores ex imprudentibus & informibus facti, ignem tractare cœperint, atque illius adminiculo artes inuenire aggressi essent. Dixit uerò & risit Sardonium, quemadmodum uos experiemini. Dabo enim uobis quod optatis ex igne inuenire, artes nimirum, à quibus ornatus & uenustas, & omne delectabile, sed non sine doloribus, & assiduis, infinitis laboribus & molestijs, uitæ uestræ contingct. Nunc autem per nubicogam & fulminatorem Iouem neque cœlum, neq; stellam, neque fabulosum illum regem, neq; aliud quicquam, neque mentem intelligit pocta, sed fatum & fati decretum. Propterea illud quod hic nubicoga & gaudens fulmine appellatur, sic dixit, ut iam declarauimus. Reliqua autem præsenti materiæ non conueniunt, ideóque prætermittemus. quemadmodum & ab initio dixi ita faciendum esse in omni interpretatione, ut diligenter expendamus, quæ ad uersus intelligendos faciant, & quid pro subiecta materia per Iouem,

per

per Mineruam, per Prometheos & cætera intelligatur, ne uidelicet temerè errem⁹ propter multas significationes horum nominum, & confundamus carmina atq; sensum. Vnde & ego subiectam hanc uersibus significationem, ex etymologia explico, & sensum illorum explano: cætera autem sæpenumero prætercurro, ex quibus auditores nullum fructum consequi uideri possit, & quibus scribendis excrescat quidem opusculum, sed sine ullo commodo. Quis enim ignorat, quòd alibi in uersibus cælum nubicoga & gaudens fulmine dicatur? Cogit enim nubes & strepitum edit, siccumq; aerem motu elidens, fulmina facit iaculaturq;. Scimus etiam, mentem Iouem appellari, & accuratum sensum innuere: quemadmodum & de alijs omnibus fieri possit. Sed nunc illa prætermittimus, quandoquidem de fato sententiam per allegoriam & etymologiam satis explicauimus.

Fulmen unde generetur.

ἰαπετιονίδη.) Iterum hoc loco Proclus miserabiles nugas adducit. Quibus placet, inspiciant librum illius, & fasciculum talium excerpant. Nobis autem conuenit omnia familiari decentiq; modo scribere. Tripliciter scio hoc nomen Prometheus accipi. Significat enim aliquando, ex motu cœli constantem mundi machinam, & firmamentum huius uniuersi, quod iuxta Græcos decreto fati factum est: cui etiam uocis distributionem & deceptionem Iouis attribuo. Sed de hoc nunc allegoricè loqui non iudico esse operæprecium. Sensus enim hic literalis est, & Theogoniæ magis conuenit. Scio etiam historicè Prometheum dici hominem, qui rudes & agrestes hominum mores emendauit, & ad ciuilioris atque

Promethei tres significationes.

Prometheus literalis.

Historicus.

prudens

prudentioris uitæ genus retraxit, quem propterea fabulantur hominum fabricatorem fuisse. Scio etiam intellectiuè aliquem esse Prometheum, nimirum prouisionem & prospectionem hominum, quæ dicitur filius Iapeti, hoc est rationis quæ fit motu, & Clymenæ, hoc est, uocalis intellectus. Nam Themis, hoc est terra, mater est lateralis Promethei. Alterius igitur pater est, ut dixi, prouisio, quæ est motus rationis, omniaq; complectens conuersio. *Iapetus autem uocatur παρὰ τὸ ἰέναι, quod est incitare, & ἵεσθαι, quod est uolare undiquaq;, & omnia scrutari, deq; omnibus inquirere. Habet hic Iapetus etiã alium filium Epimetheum, tardæ mentis & serò prudentem, qui non ea præditus est prudentia & intellectu, ut etiam futura posßit agnoscere: sed qui post factum sapit.* Quod autem hæc tanquam à fato dici introducuntur, prosopopœia est, ut dixi, & schema καθ' ὑπόθεσιν à Rhetoribus uocatum. Furtum ignis dixit inuentionem illius ex fulmine tacta arbore, per Prometheum, hoc est, prudentiam hominum, qui primo seculo uixerunt. Deceptio & fraudatio fati, quod Iouem modò appellat, significat mutationem illam prioris uitæ, hominibus factis prudentioribus, & inuento igne, id quod & inuentoribus & posteris caussa fuit maximarum calamitatum. Nam pro inuentione ignis fatum siue accidens, non primum, sed secundum, ut suprà quoq; attigi, formauit illam quæ fit per artes, totius uitæ elegantiam culturamq;, & delicias atq; mollitiem, quæ dum adipisci magno studio cupimus, interea non mediocriter affligimur, & molestijs afficimur. Atq; ita sensus patet, & res ut se habet, iacet optimè.

Intellectiuus.

Iapeti etymologia.

Epimetheus.

mè Procli autem explicatio eget lachrymis.

ὡς ἔφατ' ἐκ δ' ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.) Hæc quoq; per prosopopœiam & schema καθ' ὑπόθεσιν uocatum, dicuntur, pro eo: Si fuisset sensus fato, risisset Sardonium. Appellat autem fatum, patrem hominum & deorum, eo quòd secundum quosdam Græcos, dij, hoc est, elementa, & homines, aut ea quæ fiunt in elementis, & illa quæ hominibus accidunt, fati consilio existũt: ut uerbi gratia, pluuiæ, tempestates, terræmotus, fulmina & similia, & hominum bona atq; mala consilia, item prosperi & aduersi euentus. De risu uerò Sardonio placet aliqua dicere, caq; numeris comprehendere.

Sardonius risus, in his quæ malo euentu rideatur.

Est insula, quæ Sardi nomen obtinet,
Remotos ad occasum Iberos nutriens.
Hic plurima per campos herba germinat,
Par apio, quam nominant Sardoniam.
Si fortè quis uescatur hac improuidus,
Et spasmos facit & formam ridentium,
Interitumq; uelocem & ridiculum.
At aiunt quidam, quòd Sardani barbari
Parentes extremo confectos senio
Præruptis eleuent ponantq; in rupibus,
Et fustibus lapidibusq; uerberent,
Pòst rupibus detrudant nondum mortuos,
Ridentes malesanis patricidijs.
Sunt quidam, moribundos qui dicant patres
Ridere, filiorum ob petulantiam,
Et uoluptationes ac fallaciam.
Sic uenit in usum risus Sardonius.

Quem

Quem poeta ait risurum fuisse fatum, si præditum esset sensu. quomodo uerò idem dicatur pater hominum & deorum, iam suprà tetigimus.

ἄφαυστον δ' ἰκάνουσι.) *Obstrepentem uerò Vulcanum iussit aquam & terram miscere, & facere hominis uocem & potentiam, mulierem nimirum, illamq; dijs similem.* Sed hucusq; quidem fabulosa, quorum sensum allegoricum iam explicemus. Iussit, hoc est, concessit fatum ex inclyto, siue obstrepero & artificioso (ut Aeschylus loquitur) igne, misceri terram & aquam, non ut lutum uel mulier inde produceretur, sed artes, ut dixi: per quas artes ex inuentione ignis eruti, ligna ex terra cæduntur, & fiunt nauigia, quæ mari immittuntur, ut transfretemus. Et sic hominibus terra & aqua commune officium præstabunt, & super terrestribus eiusmodi quæ à mari portantur. subuecti homines, negocia & mercaturas exercere poterunt.

Obstrepentem uerò Vulcanum iussit interpretatur ἄφαυστον, qui auditur.

Aeschylus ignem vocat πάντεχνον.

ἀνδρῶπι δὲ ἀνδὶ πρὲ δίνω.) Hæc ita intelligas. Eo tempore, quum hæc fierent, si propriè accipias appellationem hominis, & si singulis quæ sunt in uita, nomina imponi necesse sit, & inspiciamus potentiam quæ bestijs quoq; & cæteris conuenit, tum uires uniuersas: profectò dum instar pecorum uiuerent, secundum substantiam tantùm dicebantur homines, & non secundum humanas operationes. κλυτὸς, glorioſus: κλυτὸς autem, clarus, de quo multum auditur. & κλυτὸς quidem semper est etiam κλυτὸς: non autem econtrà. Clarùm enim aliquem etiam in malis inuenire licet: nunquam autem talis est is qui κλυτὸς appellatur. Illud πᾶσι, & illud δῶκε, atq;

atq; similia, quæ desinunt in ας, uertuntur Aeolicè in ῳ. ita ex ἴδας fit ἴδῳ, unde postea per declinationem illud ἴδα.

ἀθανάτης ϑ' ϑνητῆς.) Pro, *ἀθανάτοις ϑ' ϑνατῆις*, nimirum *fœminino genere prolatis literis, similem innuit comprehensionem artium.* Addit quoq;, *Virginibus, quòd non corrumpentur neque delebuntur artes, sed manebunt, quandiu literæ restabunt. Artifices enim moriuntur: sed artes, tãquam immortales sint, remanent atq; supersunt. & tanquam uirgines, quòd semper iuuenescant, & aliquid inuentis addant.* καλὸν ἀεὶδ autem *dixit, quòd uita ex artibus apparuit uenustior & optabilis, siquidem omnes optamus ea quæ sunt delectabilia in uita.*

αὐτὰρ ἀδύνην ὀργὰ διδαοκῦσαι.) Materialis *siue organica caussa compositionis artium, est ignis: effectiua uerò, est præparans & docens illas intellectus, quem Minèruam hoc loco appellat, & magistrum operum.* Per telam autem *intelligit commixtam & multifariam omnium artium copiam.*

ἐν δὲ χαρὶν ἀμφιχέαι μιφαλῆ.) In communi *iussit, hoc est, cõcessit fatum, ex prouisione altera inueniri ignem, materialem caussam artium: postea intellectu præparari conficiq; artes, utente ignis adminiculo tanquam materiã: tum caput, hoc est, perfectum corpus artium exornari desiderio & uenustate aurea, hoc est, læta atq; hilari, ut illarum amore ducti, ipsas expetamus, & curis fatigemur, quæ consumant membra, hoc est, trahant nos cupiditate artificij illarum & uenustatis.*

ὣς δ' ἅμμι πώτόν τι νόον.) Cõcessit autem *fatum Mercurio,*

curio, ut uocalem ſermonem, impudentemq; & audacem æſtimationem, & quiddam aſtutum ac fraudulentum ſuperadderet artibus et artificibus. Tales enim ſunt illi ferè qui artes tractant.

ὡς ἐφη̃ς, οἱ Δ' ἰνίδυστο.) Fato hæc locuto, ſeu potius concedente, omnia facta ſunt. Sed ne hoc quidem prætermittemus ſilentio, quare Mercurius, ſub quo nomine uocalis ſermo intelligitur, *διάκτορος & ἀργειφόντης* dicatur. *διάκτορος* igitur uocatur *ἀπὸ τῆς διακτορεύειν*, quod eſt nunciare, negocia deorum: *& ἀργειφόντης*, quòd Argum interfecerit oculatum, quem Iuno cuſtodem Iûs fecerat, Inachi filiæ. Vocalis autem ſermo *ἑρμῆς* appellatur, *παρὰ τὸ ἑρμηνευτικὸς εἶναι*, quòd ſit interpretatiuus: *& διάκτορος, ὅτι διέξαγει*, hoc eſt, proferat atq; enunciet animi & mentis cogitata: *ἀργειφόντης* uerò, quòd ſit *ἀργὸς φόνου*, hoc eſt, immunis ac purus à cæde & ſanguine. Informat enim & concinnat, atque manſuetam reddit iraſcibilem animæ partem: aut quòd Argum canem interficit, hoc eſt, rabioſas & inordinatas cogitationes.

ἰνίδυστο.) Illud *ει* Ionicè per iota ſcribitur, *ἰνίδυστο* Atticè. Fatum uocat *μοῖραν*, quòd obſcurè & latenter ea quæ decreta ſunt perficiantur, *ἀπὸ τοῦ μαίεσθαι τὸν νοῦν*, quod eſt, turbare mentem. Neq; enim ulla mens humana accuratè nouit ea, quæ ſunt quodam fato decreta & futura. Vocat fatum etiam regem, quòd omnia diſpenſet, & per illud omnia fiant.

αὐτίκα δ' ἐν γείνος πλάσατ'.) Hanc mulierem, omnium nimirum artium ſyſtaſin, Vulcanus, hoc eſt ignis, ex terra format. Nam ea quæ circa terram uerſantur, ei agri-

cultura, prima & dignißima eſt omnium artium. Omnis enim homo artes ob hanc cauſſam appetit, ut uiuat. Ἀνθὶς ἥφαιστος, *hoc eſt, ignis clarus, quòd per ipſum omnis ars exiſtit, & ab omnibus cognoſcitur.* Ἥφαιστος *autem uocatur* ἀπὸ τοῦ ἅπτω, *ab accẽdendo.* ἀμφιγυήεις, ὁ ἀμφοτέρωθεν σίνων, *utrinq; infeſtans & lædens: uorax enim & cauſticus eſt ignis. aut* ἀμφιγυήεις, ὁ ἐκατέρωθεν χώλος, *utrinq; furens: aut potius,* ὁ ἑτέρῳ μέλει χωλὸς, *altero membro claudus. Ignis enim, quum ardet, quaſi ſubclaudicat, ſeq; ſufflectit. Non enim iam eſt inæqualis, quando materiam conſumpſit. Hiſtoricum uerò illum ſeu fabulo-ſum Vulcanum appellant* ἀμφιγυήεντα, *quaſi uno pede claudicet, ſeq; inclinet, quòd illum Iupiter cœlo deturbauerit, ideoq; claudus ſit factus* τὰ γύῃα, *quod membra ſignificat.*

ξῶσε δὲ περὶ κόσμῳ.) *Superſtrinxit & exornauit, ſumpta metaphora à cinctis. Ex hoc autem loco annotare licet, quòd etiam Heſiodus allegoricè hæc ſcripſerit, quemadmodum ego nunc allegoriam interpretor. Cum enim ſuprà dixit, Pandoram debuiſſe doceri telam: nunc autem dicit, cinctam atque exornatam fuiſſe illam: & pro Venere nunc Gratias ponit, quæ collum illius aureis torquibus circundent: monſtrauit profectò illud dilucidius, quòd per mulierem illam intelligat cultum ſplendoremq; uitæ, quem per artes compararamus, & quem intellectus quidem poſt ignem conſtituit, uenuſtas autem & Gratia ad extremum expoliuit. Tempora uerò anni, quæ Horas uocat, Pandoræ contulerunt coronam, non quidem ex uernis floribus, ſed pulcherrimis*

cherrimis suis donis, quæ semper uirere faciunt: Ver quidem, fructibus, quos egerminat, & pigmentis ac floribus: æstas, frugibus & alijs: autumnus, uino & alijs: byems, oleo & alijs donis. Aut suis qualitatibus: byems quidem humectando & lactando semina: Ver autem, producens illa in lucem, & augens, atque circumbalans aere temperato: æstas uerò exiccans & confirmans: ita quoq; autumnus similiter. Vocat autem Horas λαλλιπάρους, διὰ τὸ καλλίστους λαμπεῖν, quòd pulcherrimè uestiant illos qui ipsarum donis abundant.

πάντα δὲ οἱ χρόι.) Totum autem opus artium intellectus ad harmoniam composuit aptanitq;. Est autem ἀδρὸς intellectus, παρὰ τὸ τὰς πάντα ἀθρεῖν περὶ νοεῖν, quòd omnia uiderit & cognoscattaut quasi ἄδυλα, id est, uberibus insueta, seu ablactata. ἀδ μὴ θηλάσσας; quæ non sugit ubera, nec puerilem habet animum, sed adultum ac generosum. Et conuersione literæ λ in ρ fit Doricè ἀδρὰς, quemadmodum ἄνδρ dicunt Dores pro ἄλθρ. Est & aliud nomen Minervæ; quod uocatur παλλὰς, quasi ὁ παλλομένη, hoc est, uibrata & uertibilis: aut quòd ex capite Iouis animi nata sit, πάλλουσα τὰ ὅπλα, uibrans arma. Dicitur enim armatus intellectus, quòd sit aliquid horribile, uirile ac solidum. Sunt enim glaucæ siue cæsiæ animalia, formidabilia & animosiora. Aut uocatur γλαυκῶπις per metalepsin, quasi quæ purè & rectè res omnes uideat & iudicet: sicut econtrà, θυμὸς πανούργος, niger animus.

ἐν δ' ἄρα οἱ τέχναι.) in medio artium, hoc est, omnibus artibus & artificibus, uersutiam & mendacia atq; im-

pudentiam inſeuit. Βαρύκτυπον uocat ipſum fatum, grauiter ſonans, propter clamores & præconia fortunatorum, felici utentium ſucceſſu, & luctum atque uituperia infelicium.

ὃς δ' ἐρμῆν φωνήν.) Nomina autem dedit cuilibet uocali ſermo Mercurius, deorum præco, qui nimirum enunciat & patefacit internas animi & mentis cogitationes. ἰνιαυσίαν, per ι μικρὸν Ionicè, nominauit mulierem, uidelicet illam artium ſyſtaſin: aut ἔαυτ' ἄροσιν, agriculturam. Et Pandoram uocat, quòd omnes animales potentiæ unà cum igne illam elaborauerint & conſtituerint, ſuum quælibet conferẽtes donum, ut diximus. Quod uerò ad agriculturam & labores circa terram uerſantes attinet,

Pandoræ etymologia.

Pandora uocatur, ὅτι πᾶσι πᾶσιν δωρεῖται, quòd omnibus omnia donet, quæ ad uitam pertinent: aut quòd dij. hoc eſt, elementa & Horæ, per quas tempora anni ſignificantur, ad illius conſtitutionem ſua munera contulerint, imbres, calorem, uentos, quorum adminiculo enutriuntur ſemina. Vbi autem inquit, ἐλύμηνε δώματ' ἔχοντας, oſtendit quòd de animalibus potentijs loquatur, quæ habitant circa noſtrum olympum ſeu cœlum, nimirum circa principatum rationis, quæ eſt in nobis. ἰδόμενον, Attica apocope, quãuis Proclus etiam Ionicũ, hoc eſſe dicat.

πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῆσι.) Damnum affirmat artes fieri inuentoribus, quemadmodum ſuprà diximus.

αὐτὰρ ἐπεὶ δόλον.) Poſtquam autem nutu fati perfectæ atq; expolitæ ſunt artes (Fatum enim uocat patrem eo modo, quo antea diximus,) uocalis & erudiens atque interpretans ſermo, Mercurius, apportauit & immiſit illud

illud donum, nimirum artium, & doctrinam illarum, improuidis & serò sapientibus. Illi uerò non erant tam prudentes, ut abigerent & propellerent oblatum illud à duro fato, sicut aliquis prudentior dixisset & prouidisset, ne damnum inde multis contingeret. πεῖρ ἡμῶν ὀλυμπίων, hoc est, ex fato, quod à cœlo prouenit, aut quod ex nostro olympo & cœlo originem traxit, nimirum malè prouido. Nos enim antiquum illud fatū mutauimus, dum per nostram rationem, ignem & artes inuenimus, quibus in lucem editis, calamitosam degimus ætatem.

αὐτὰρ ἀφράδιαι.) Homines uerò improuidi, & serò sapientes, cùm accepissent artes, & difficultates ac pericula superuenissent, tunc demum agnouerunt.

ἀφράδιαι.) illud ι & in fine est anceps syllaba, & fit longa.

χθονί.) terræ, ἀπὸ τῦ χῶ, τὸ χαίρω, capio. χὼν & χθὼν, ὅ πάντα χωρῖσαι, quòd omnium rerum sit capax.

νόσφιν ἄτερ.) seorsum. Hoc autem schema poeticè παραλλήλως quidem Ex parallelo uocatur, Rhetoricè autem περιγραφὴ, Latinis circumscriptio.

νόσφιν τ' ἀργαλέων.) communiter seorsum à molestis morbis uiuebant.

κὰτ' ἀνδράσιν.) quæ mortem attulerunt hominibus.

Dubitatio: quomodo prioris seculi homines, qui molestā magis & miseram uitam agebant, hoc loco dicantur uixisse sine laboribus & morbis? Solutio: Laboriosè quidem & miserè uiuebant, & morbis obnoxij erant, sed nondum cognouerunt id quod paterentur, Sed mulier, hoc est, illud molle genus uitæ, quod inuenerunt artes & 96. Sed:

illarum delicias, ad eum modum monstrarunt nobis morbos, & ea quæ molesta sunt. Siquidem nondum erat lectus uel stratus mollis, nec tapetes, nec crassa birsutaq; pallia, nec tale quippiam. Et si quid erat durum eo tempore, & quodcunque frigus, id commune fuit omnibus, nec unquam fortè participes caloris fiebant aut deliciarum, & ita cætera quoq; non uidebantur illis dolorem adferre. Nondum super thoro bene strato iacere, nec birsutam penulam induere, nec molliter nutriri consueuerant. Postea uerò, cùm duriori stragulo uteremur, aut nudo corpore incederemus, aut cibis careremus, eo modo cognouimus tristia & difficilia, tanquam in urceo, & non conspicuo uase prius occulta fuissent. Apparuerunt autem & effusa sunt per mulierem, hoc est, delicatam & mollem uitam, quæ nos ad se trabit, instar uenustæ & animo gratæ mulieris.

ἰσχνάνσας.) hoc est: Delicata uita, quam artes efficiunt, dispersit & discussit, hoc est, in lucem produxit ea quæ prius ignota fuerunt, difficilia, eaq; hominibus nota & manifesta fecit. Proclus hoc loco rursus calculos plenos mendacijs & satyros atque plausuanos adducit.

μύνη δ' αὖτόθι ἐλπὶς.) Omnia quidem prodierunt, & facta sunt conspicua, quæ prius ignota fuerunt difficiliaq; spes uerò, bonorum nimirum & malorum euentuum, sola inconspicua & ignota restat in dolio, sicut diximus. Sunt enim illi incogniti. Sed tamen melioribus spebus nutrimur, sicut etiam inquit Theocritus:

Ἐλπίδες ἐμ φρασίν, αἱ λώιονες ἢ βαρύλοβοι

Spes

Spes manet in uiuis, sine spe sunt morte perempti.

ἀῤῥώστοισι λέμυσι.) Metaphoricè dixit, pro, in fortibus operculis. Quis enim nouit, utrum ea quæ speramus, contingent? θύρας propriè, est extra fores, ἔξω ἀ θύρας: nunc autem abusiuè & magis figuratè, simpliciter foras. Quamuis Proclus in talibus calumniosè obtrectans dis uehemens sit & intolerabilis.

ἀργαλέον.) ἐν τῷ ἔργον: inde ἀργαλέον, id est, graue & difficile. aut ἐν τῷ ἄλγος ἐμποιῶν, ἀλγαλέον καὶ ἀργαλέον, quòd dolorem efficiat.

ἐξέπτη.) euolauit. Metaphorica autem est etiam hæc locutio, pro exiuit.

πρόσθε γὰρ ἐπίλοιπε πῶμα.) hoc est: Incognitam permisit illam manere compages artium, quæ nos aliquando gnaros rerum difficilium fecerunt. Vult dicere, non potuisse artes, etiam spem facere manifestam, insuperabili quodam fato. Aut operculum solum, hoc est, obscuritas cepit & tenuit illam consilio fati. Iam uerò suprà diximus, quòd fatum uocet Iouem & nubicogam. ἀργιόχον autem ipsum uocat, διὰ τὸ ἀλλαγίζειν, à deturbando infelices, & pulsando tristibus ex cœlo doloribus.

ἀλλὰ Ἀὶ μυρίαι λυγραὶ.) Spes sola occulta mansit. Aliæ uerò, siue multæ difficultates, siue infinitæ, cæq; luctuosæ, per uniuersam hominum uitam exundarunt. Terra enim plena est bellorum, mare plenum periculorum. quis autem morbos nescit? qui de improuiso adsunt αἰγῇ, hoc est, ἀγνώστως, tacitè.

Epilogus huius narrationis.

ἄτυπα οὔτι πω ὄψει.) Schema epilogicũ, & maximè conclusiuum. Secundum poetas autem nominatur ἀοιδικὸν, quasi

quasi dicat repositio, ἔστι σῦτι τὸ ἄγε, sic quamuis simplicem & frugi uitam non amplius agamus, non tamen licet effugere consilium fati, quod cõcessit quidem ut artes emergant, sed quæ laboriosam & multis negocijs occupatam uitam faciunt. Ita periphrastice ipsum fatum intelligit, quod uitam nostram confirmat, eaq; rata facit, quæ nobis obuenire debent. Deficit igitur ad complendam sententiam tale quippiam: *Ô Persa, non oportet nos esse in otio, sed semper laborare ut passim sufficientem uictum comportare.*

προπαίδευσις.

αἱ δ' ἄλλως, ἴσως τι ἐγὼ λέγω.) Schema, quod uocant *προπαίδευσιν ἢ προπαίδωσιν ἢ ὑπόσχεσιν*: Latinis, narrationis præparatio. Secundum artem uerò dicendi, per alia uerba nunc instituit eadem dicere, quæ antea dixit. Nam in proxima pæneſi dicebat, primùm quidem facilem comparatu fuisse uictum, & simplicem, ac sine negocio acquisitum: postea uerò inuento igne, & productis per ipsum in lucem artibus, factum esse difficilem & cum damno coniunctum, præterea in peius quoque processisse, cum nimirum improuidi homines artium participes fierent. Et est, inquit, ô Persa, *ualde difficilis comparatu, & opus est laboribus & curis infinitis.* Hæc quidem proximè dixit. nunc autem dicit: Si placet, alium sermonem *ἐπεροφώνου*, summatim ac breuiter perstringam: *ἐκ τοροφῆν ἀγαγὼν, ἢ ἀπὸ τοροφῆς ἀρξάμενος*, ad extremum deducendo ipsum, uel à capite incipiendo.

ὡς ὁμοῦ γε γεγάασι θεοί.) quonam pacto, aut quòd ex eadem materia dij simul, hoc est, elementa, & homines nati sunt. Dixi enim abundè paulo antè, primò chaos extitisse

extitisse & chaos. Cum autem, ut Graeci dicunt, aer moueretur, contigit elementa singula ad suum locum separari, & homines ex illis, quas dixi, membranis nasci, tum cætera animantia omnia.

ὑμῖν δὲ σοί.) Dicam autem tibi bene ac prudenter. Tu uerò ausculta & perpende diligenter. Postquam hæc dixit, & aditum sibi præparauit ad narrationem, aggreditur iam ipsum argumentum, & dicit, quæ antea quoq; dixit, alijs quidem sententijs & uerbis. Quòd nimirum primùm aureum fuit genus hominum, hoc est, purum undiquaq;, & malitiæ expers, quemadmodum aurum rubiginis. Deinde argenteum, uilius priore, & aliquanto peius ac deterius. Postea æneum & bellicum, quod Hesiodus Giganticum appellat. Exinde Heroicum, uirorum fortium, qui bello Thebano & bello Troiano interfuerunt. Nunc autem, inquit, ferreum genus est, hoc est, tristißimum & molestum, quod laboribus perpetuis est subiectum, tanquam ferrum. Neq; enim ferrem erat uel Perses, uel Hesiodus. Adhuc autem ait etiam hoc deterius hominum genus fieri, qualis nimirum est nostra ætas, qua contumeliosus quilibet & parricida atq; sceleratus, magis in precio atque bonore habetur, quàm iustus aliquis, & pius, ac bonis moribus præditus. Et turbarum ac tumultuum plena est uita, & difficilium calamitatum. Nec pudor amplius restat, neque iusta iniustè agentium reprehensio & emendatio. Hæc uoluit dicere. Postea parœnesin fabulosam adducit, loquens ad iudices per fabulam de philomela & accipitre: quòd non debeant potentes ladere infirmiores. Iniquis enim quodam fato contin-

Aetatũ mundi diuisio.

gunt calamitates, bonis uerò & iustè agentibus omnia commoda. Istam paræsim etiam ad Persam dirigit, & inquit: Facilis quidem est malitia & prompta, difficilis autem uirtus, & in multo labore posita, ad quam te hortari proposui, sed tandem in fine etiam dulcis & iucunda: propterea des operam, ut proprio labore concilies uitam laudabilem & in fine dulcescentem, eaq; opera tractes, quæ studiosum hominem decent: nec ociosam uitam, uel rapacem & circumforaneam labori antepones. Sed hæc quidem ita se habent. Nunc autem exquisitius eadem proprijs uersibus accommodabimus. Et primùm ordinari debent hoc modo: εἰ δ' ἐθέλεις, ἔτι μέν τι ἐγὼ λόγον ἐκπορυφώσω, hoc est, τελειώσω, instruam, aut à principio incipiam, aut breuiter exponam, quòd simul aliquomodo, aut ἐμόθεν, hoc est, ex eadem causa & materia nati sunt dij, hoc est, elementa & homines. Exponã autem ὧν νῦν ἐπαμύνεις: tu autem hæc tuo animo repones. Qua ratione autem simul sunt homines & elementa, sic prius erebus erat & chaos. Aëre verò commoto secundum Græcos, accidit ut elementa ad propria loca secederent, & homines ex illis, quas dixi, membranis fierent, & cætera animantia omnia. Hoc igitur pacto affirmat fabula, elementa & homines existere.

χρύσειον γένος.) purum, honorabile, expers malitiæ, quod degebat uitam cum mutuo amore, simplicem & improuidam, expertemq; artium. Appellat autem aureũ, propter splendorem & puritatem, aut propter dignitatem, aut quòd fuerit sine malitia, tãquam aurum sine rubigine. Aurũ n. solæ fibræ canum æruginãt, quemadmodum

dum attenetricẽ uim Magnetis tollit balitus alij attritus.

μερόπων.) μεμιγμένην ἰχόντων ἅπα, diuisã habẽtiũ uocẽ, propter dialectos. Aliter. n. Scytha, et aliter Persa, & cæteræ gẽtes diuerso ab alijs modo differẽterq; loquũtur.

ἡλύμπια δώματ' ἔχοντες.) Intelligit nunc τὸν ἐνυλαμπῆ χρεὼν ὑπολοιπόσεως ἐμμενόμενον, fatum, quod habitat in pellucido cœlo. De priore enim fato, nondũ extante mundo, non potest intelligi, quòd uniuersitatem prædestinauit. Nam iuxta Græcos, decretum fuit, producendum esse aliquando mundũ, qui postea prodijt in lucem: & hoc priè & primum fatum uocatur. Alterum uerò per cõmunicationem illius fati, quod per motum cœlorum & stellarum omnia quæ iam fiunt in uita, perficit & complet.

Duo esse fata prius & posterius.

οἱ μὲν δὴ πρῶτα γένοντο.) Illi quidẽ homines aurei generis, sub Saturno erant. Nunc incõueniens fuerit, secundũ literam hæc exponere, quòd aliqui homines fuerint, quando Saturnum, hoc est, caliginosum erebus aeris regnauit, cæloque dominium habuit. Tunc enim non potuerunt esse homines, aut cætera animantia aliqua. Quamuis Empedocles, etiam sole nondum apparente, dicat stirpes & animantia extitisse. Hæc autem interpretatio magis conuenit: Homines aurei generis tunc extiterũt, quando Saturnus, hoc est, ignoratio, turbidã reddens mentem, & insciitia omnium rerũ, atq; inertia cœli, hoc est, capitis sphæricam habẽtis figuram, factiq; ad imitationem cœli, siue facultatis in ipso ratiocinatricis, dominabatur et regnauit, tanquã nebulam & caliginem menti circũfundens: hoc est, quando homines nondũ erant prudentiores, nec artes adhuc tenerent. πρόνος. n. ignorationẽ hoc loco significat,

παρὰ

παρὰ τὸ μέλαν τὸν νοῦν ἀπεργάζεσθαι, quòd mentem efficiat quasi nigram & caliginosam, ut non possit uidere & iudicare futura, & ea quæ essent facienda. Immortalia autem uocat elementa, quòd quidam incorruptibilia illa esse affirment: aut quòd diuturna sint. Immortale enim, & incorruptibile & diuturnum appellatur.

ἀθάνατον duo significare.

ὥστε δαὶ κ ἴσων.) hoc est, ociosam & laborum atq; curarum expertem uitam degebant, tãquam dij, hoc est, elementa & stellæ. Hæc enim non laborant, nec curis uexantur. Aut tanquam reges uiuebant, propter puritatem dietæ & libertatem. Aut tanquam sapientes: hoc est, philosophicam uitam agebant, prorsus uacuam laboribus, & imperturbatam ac quietam, contentam inuentis herbis & fructibus arborum, atq; aquis: utentes quoque pro habitatione & spelæis & montibus. Quòd autem hoc nomen Deus quinq; significet, nimirum elementa, sapientes, reges, animales facultates & affectus, tum prouidẽtiam ipsam, quam Græci εἱμαρμένην, hoc est, fatum, uocarunt, iam antè suprà diximus.

ἀνιδρία.) expertem curarum, aut etiam uacuam tristitiæ. Neque enim aliquid mali uel doloris persentiebant, priusquam uictus ratio & artes in lucem prodijssent. Nunc uerò cum abundamus & stragulis & delicijs, si fortè duris alimentis utamur, aut nudo corpore incedamus, aut duriter cubemus, mox dolor & morbi nos inuadunt, & quæcunq; Pandora, hoc est, artium inuentio generi humano adduxit. Primo autem illo seculo uiuentes homines nihil tale experti sunt, nec eiusmodi mala cognouerunt.

ὀδύνης ἀτρεῖς.) Expertes laboris & tristitiæ ac miseriæ, tum dolorum quoq; uiuebant. Nondum enim ista cognouerant. Aut sine molestijs atq; laboribus, quod attinet ad comparandas res uitæ, uictuiq; humano necessarias. *πένης* uerò *τὸ πο* communis est syllaba: nam propter literam *υ* immutabilem potest produci.

ἀλλ' οὐδὲ γυῖα.) Magna quoq; constantia uirium fruebãtur, nec grauis erat ipsis senectus, quemadmodum nobis hoc tempore. Aut hoc modo: Præterea nondum senectutem habebant grauem & ærumnosam, aut plenam curarum. Et ueritatem quidem dicit. Immatura enim morte decedebant, & priusquam ad senectutem peruenirent: aut æqualiter & sine curis uiuentes, non consenescebant.

οὐδὲ ἴδοις.) hoc est, nunquam incedendo titubabãt sed pedibus insistebant constanter, tum manibus quoq; æqualiter ualebant: neque aliquando tremuli atque imbecilles fiebant, sed semper easdem uires corporis retinebant.

ἑορτήν.) Festa nunc à nobis solenne aliquod & magnum conuiuium appellatur. Hoc autem loco intelligit communem & mutuum conuictum atq; societatem hominum primo seculo uiuentium, quo solebant prodire homines ad collectionem glandium, aliorumq; fructuum annuorum, qui esui essent.

ἀμαχεὶ ἀνεδην ἀπαύστων.) hoc est, sine mutuo odio, sine iniurijs, sine inuidia & alijs eiusmodi. Alijs enim malis satis superq; abundabant premebanturq;, frigore niuium, æstu, incursionibus ferarum, & alijs: quamuis ista non

non uidebantur ipſis dolorem afferre, quòd aſſueti eſſent illis, necdum ſcirent de alio uitæ genere.

δυσηνυ δ' ὡς ὕπνῳ.) *Aegrotantes cum mortis periculo, & quod paterentur neſcientes, tanquam ad lectum ſuper terram decidebant, & hoc modo expirabant.*

ἰαλὰ δὶ πάντα.) *Quæ prius dixi, mutuum amorem, conuictum & ſocietatem, & talia eiuſdem generis intelligit. Præterea magna æquitate animi mouebãtur, nec mortem formidabãt. Decedebãt enim ſine dolore, quem nondum poterant dignoſcere: ignotum enim malum non affert dolorem, etiamſi ſit grauiſſimum.*

λαχνὴν δ' ἐφὶ ζάθηλος ἄρουρα.) *Glandes, & omnes annuos arborum fructus intelligit, & quæcunque terra ſua ſponte fundit. ζάθηλος autem terra uocatur, meâ quidem opinione, ἀ ἐν τῇ ζᾶσθαι γὰρ τὸ ἐδάφη ἐκφύειν ἀείλε, quòd feruens & calefacta à ſole nimirum, munificè donat omnia, non ſolam ſpeltam, quam Zeam uocant, ſicut quidam uolunt.*

πολλὸν τι κρὶ ἄφθονον.) *Per parallelum duobus uerbis idem exprimit: utrunq; enim, multum ſiue copioſum ſignificat. Aut etiam hoc modo, πολλόν τι κρὶ μὴ φθόνῳ ἁρπασθέντα, hoc eſt, multum, & non per inuidiam raptum ab hominibus, ſed quem mutuo amore coniunctè depaſcebant. Illud uerò πολλὸν hoc loco non eſt aduerbium, ſed nomen: ἀ πολλὸς, τῦ πολλῦ, τῷ πολλῷ, τὸν πολλὸν. Si uerò in recto caſu non eſſet ὁ πολλὸς, ſed ὁ πολὺς, tum datiuus non ſcriberetur τῷ πολλῷ, ſed τῷ πολλῇ. Ita μυχὸν & quoq; rectus eſt, quemadmodum monſtrat Aeſchylus, dum ſcribit:*

τὸ μυχὸν

ὁ μεγάλε Ζεῦ, καὶ πολιοῦχε θεοί:

O magne Iuppiter, & præsides urbium Dij.

Si uerò ἀπὸ τῦ μέγας declinetur, non dicemus τῦ μεγάλ & τοῖς μεγάλοις, sed τῦ μέγα & τοῖς μέγασι: & sic militer de cæteris.

οἱ δ' ἤσυχοι ἄουχοι.) Per parallelum idem dicit, hoc est, quieti: aut, uoluntario consilio siue ultrò quieti. Sunt enim multi turbulenti homines, qui propter aliquam molestiam illubenter quiescunt. ἤσυχοι & ἄουχοι idem sunt.

ὄργ' ἐνέμοντο.) ὄργα hoc loco collectionem spontaneorum fructuum appellat: illud uerò ἐνέμοντο significat, aut edebant, aut diuidebant sibi inuicem.

αὐτὰρ ἐπεί κε.) Postquam autem. Illud κε autem est longum, quasi communis syllaba: in partem enim orationis desinit. Qui uerò rationem uersuum ignorant, & quòd consonante subsequente etiam similia illud ν reijcere soleant, illi perperam illud ν adijciunt.

τοὶ μὲν δαίμονες εἰσὶν.) hoc est, dij. Est autem epiphonematicum & audax sermo, deos terrestres uocari. Dæmones enim & dij idem sunt secundum quosdam. Alij uerò faciunt differentiam, & dicunt dæmonas uocari substantias incorporeas, quæ contemplentur ea quæ sunt super terram & sub terra. Quidam uerò, etiam animas esse aiunt mortuorum. Heroas autem uocant, transmutatos post hanc uitam. Illud uerò melius: θεοὶ sunt οἱ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀτίρητοι καὶ τὰ στοιχεῖα, hoc est, stellæ & elementa, quæ uidemus: aut θεοὶ καὶ τρέχοντες, quæ currunt & circumuertuntur. Dæmones autem sunt animales potentiæ, siue anima δαίμονες, hoc est, expertæ atque prudentes.

aut

aut diuisoræ, hoc est, διαιρίσσουσι πάντα καὶ κρίνουσι κατ' ἀξίαν, quæ diuidunt omnia & iudicant pro dignitate. Heroes autem, οἱ ἡμίθεοι ἀρετῆς τινὸς μέτοχοι, qui uitam degunt cum aliqua uirtute coniunctam. ἄνθρωποι autem, οἱ ἀληθεῖς καὶ γενόμενοι ἐπόπται, qui contemplantur & cognoscunt ea quæ uident. Illos autem malitiæ expertes, aureiq; generis homines affirmat deos & præsides factos esse eorum qui uiuunt in terris, & iusta iniustaq; facta hominum contemplari. Qua ratione perstringit, & propter iniustitiam deterret fratrem suum Hesiodum, quem uult certò persuasum habere, quòd aliquæ uirtutes inuisibiles obambulent, hominumq; actiones circumspiciant, easq; iudicent.

φύλακες.) obseruatores humanorum operum.

σκίλια.) iniusta, improba. Mala enim et illicita sunt ualde σκιεινὰ καὶ κρατερὰ, quasi quæ teneant & occupatum faciant aliquem, & non facilè succedunt, sicut iusta & bona.

ἔχυσι κατάκρυψιν.) induti inuisibilitate. Est autem solutio eius quod poterat obijci. Fortasse enim Perses potuit dicere: Si sunt in terris, quomodo non uidemus ipsos? Huic igitur obiectioni respondet. Aerem autem uocat τὸν ἀέρα eius, inuisibilitatem. Est enim aer natura caliginosus, nisi à sole illustretur. Illud κατάκρυψιν oportet aspirari, in ἧμα, quod est induo: unde etiam descendit εἷμα, uestimentum.

νηπίοδικαι.) Hoc dicit, ut simul fratrem hortetur, eiq; persuadeat, ut bene agat propter spem futuræ compensationis: & ut iudices debortetur ab acceptione munerũ, eum inquit, esse planè regium munus, & dominantium

maiestati

maiestati conueniens, munificentia sua miseros homines inopia & egestate leuare, & non ab illis accipere, quod facere solent.

δούτερον αὖτι γένος πολυχαρότερον.) *Multò deterius genere aureo, hoc est, hominibus malitiæ expertibus. Nã secundi generis homines prudentiores erant, & artes inuenerunt.*

ἄττι φυὴν.) *magnitudinem & ætatem intelligit. Prioris enim generis homines, quòd ex terra atque commixtione primorum elementorum nascerentur, magno corpore conspicui erant, & formosi ad aspectum. Secundi autem generis homines, quòd ex commixtione seminum nascerentur, utraq; re inferiores fuerunt.* φυὴν, *ætatem,* παρὰ τὸ φύω, *planto, ducta metaphora ab arboribus & stirpibus, quæ plantantur.*

ἀλίγκιον.) *& per ἐπέκτασιν, hoc est, productionem,* ἀναλίγκιον, *simile,* ἀπὸ τῦ ἄλις ἐγγὺς εἶναι, *satis propinquũ & assimile, facta conuersione literæ γ in κ.*

οὔτι νήπια.) *Hoc dicit, quòd isti non fuerint tam simplices atq; inscauti, sicut priores homines: sed prudentiores, & callidiores.*

ἀλλ' ἤπαλον μὲν πᾶσι ἦτια.) *Priores quidem homines semper coniuncti uiuebant: sed alterius generis, cum essent prudentiores facti, in multis rebus priorem uitam mutabant, quòd artes & cætera inuenissent. Et hoc quoque præter morem apud illos uenit in usum, ut usque ad longum temporis spacium apud parentes uersarentur, & magis se domi continerent apud matres. Et hoc modo muliebriter educati fuerunt. Egressi autẽ & separati*

ab ædibus paternis, quum alij aliorum iniurias ferre non possent, nec quid officio uitæq; suæ conueniret intelligerent, exiguum uitæ curriculum tenuerunt, seq; uel mutuò perimebant, uel alijs calamitatibus oppetebant. Nec malè conuenit, ut ij qui semper domi latent, & inter manus mulierum nutriuntur, mollesq; sunt, & nihil pati possunt, breui uitæ spacio fruantur, eoq; modo decedant. Hinc etiam illos, magnos stultos appellat, propter tam mollem delicatamq; educationem. Sed forte asse interrogabit aliquis, quódnam bonum istis hominibus fuerit reliquum? Multis bonis abundabant, quibus etiam priores. Vnus autem atque alter defectus ipsis inerat: nimirum, quòd alij aliorum iniuriam ferre non potuerint, sed continuò exarserint: & quòd non coluerint deos, nimirum animales potentias, hoc est, non prospexerint & prouiderint meliori mentis acie, quem euentum illa indignatio stomachiq; eruptio consequetur.

ᾧ ἐνὶ.) *pro* ἐνὶ ᾧ, *hoc est,* ἐν τῷ ᾧ, *in propria domo. Dicuntur autem hæc per figuram, quæ* ἀντιπτοσὶν & ἐπέκτασις *uocatur.*

βόεαι μεὶ ἐπειτα.) *pro* βόεαι μεὶ ἐπειτα *Atticè. Dixit autem* βόες μέρος *periphrasticè, pro* βόες. βόες *uerò pubertas uocatur.*

ϖαυρίδιον.) *exiguum. Descendit autem à uerbo* ϖαύω, *quod est, finem impono: inde* ϖαῦρον, *exiguum & breue, siue quod breui tempore finiri potest: & per metaplasmum* ὑποστατικὸν *Atticam,* ϖαυρίδιον. *Meritò autem istis fatum breuem uitæ cursum attribuit, egressis*

domo

domo paterna. Ocioſam enim prorſus uitam traducebant, ſedentes domibus paternis, parentumq; bona depaſcentes: & cum egrederentur, nullo conſilio habito contra ſe mutuò excandeſcebant: ideóque uerberibus ultrò citroq; factis, breui temporis ſpacio uitam amittebant.

ὕβριν γὰρ ἀτάθαλον.) τὴν θάλλουσαν ἐν luxuriis, pullulantem in malis, aut certè ἄδικον, iniuſtam, iniuriam amouere à ſe inuicem non potuerunt.

ἀλ' ἀδυνάτους θῦραι σύν.) neque animales potentias & affectus uolebant colere, hoc eſt, moderari iram, eiq; reſiſtere, & manſueſcere, aliaq; ſimilia facere.

ἀλ' ἱερὰν μακάρων ἵδρυσιν ἔν τε βωμοῖς.) neque in arte & fano atque alijs delubris deorum, hoc eſt, animalium potentiarum, immolare uel litare ſolebant, hoc eſt, inire conſilium & deliberare, ſed ſeipſos ex uno impetu tradebant affectui. Altare autem deorum iſtorum eſt uis ratiocinatrix, quæ reſidet in capite noſtro, quemadmodum etiam quodam in loco ait Euripides:

ἀπίστοις μυθοῖς ἱερὸν ἄλλο, πλὴν λόγος,
καὶ βωμὸς αὐτῆ ἐν' ἐν ἀνθρώπου φύσει:
Non eſt Suadelæ templum aliud quàm oratio,
Et altare illius eſt in natura hominis.

Illam uerò interpretationem de fabuloſis dijs, quòd nimirum nullum ſacrum dijs fecerint, prætermitto, tanquam apertam & pueris quoq; non ignotam.

μάκαρες.) μὴ καὶ ἀποκτείνουσι, morte non occumbentes.

ὅτι δεῖμα.) ſic ordinari debet: ἀλ' ὕδιον ἱερὸν μανὰ-

ϛιν ἐπὶ βωμοῖς, κατὰ τὰ ἤθια, hoc est, ſecundum inſtituta & conſuetudinem, nimirum ipſorum uitam, ὡς δίκη ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις, quemadmodum facere conuenit homines. Δίκη autem eſt ἡ εὐθυτία, rectitudo, ἢ τὸ δίκαιον, iuſtitia, παρὰ τὸ συγκατατίθεσθαι πάντας ὡς καλῶς ἔχοντα, quòd diſponat uel approbet omnes qui rectè agunt.

ϛὺς κρείσσων.) hoc eſt, inuiſibile fatum.

τοὶ μὴ ἐπιχθόνιοι μάκαρες.) Ne dixeris ἐπιχθόνιοι, quemadmodum Proclus. Illud enim δύνασθαι poſcit, ut intelligamus, etiam ipſos ſecundos beatos uocari ἐπιχθονίους.

ἀλλ' ὅμως.) Attamen. Eſt autem aduerſatiua coniunctio, quaſi diceret: Quamuis celeres eſſent ad iram, & quoſdam defectus haberent, tamen honorati ſunt. Quid autem ſit ϛὺς πατὴρ & μιρόπων, dictum eſt retrò.

χάλκειον γένος.) Gigantes intelligit, propter bellicam fortitudinem, qua excellebant. Antiquitùs enim æreis armis & gladijs, atque alijs ruſticis inſtrumentis ex eodem ære factis utebantur, tinctura quadam conſolidantes illa. Poſtquam autem perijt conſolidans illa tinctura æris, iam ferro utimur. χάλκεος autem uocatur quaſi χάλυβος τις ἄν, eò quòd Chalybes ipſum primi inuenerint. Ego autem ab initio ferrum extitiſſe exiſtimo, ſed ab Homero τὸν πολιτικὸν καὶ ἀνικητήριον dici χαλκὸν ἐπιθέτως, παρὰ τὸ χάσμα τῶν ἀλκῶν, quòd fundat robur, ut ſit, ξίφος χάλκιον, ἰσχὺν χαλκέην, τῷ χέοντι τὴν ἀλκὴν καὶ τὴν δύναμιν τῶν ἀναιρουμένων, fundenti robur atque uirtutem occiſorum. Aut oportet Heſiodo credere & cæteris. Quæ enim accuratè non poſſum dicere, ibi malo tacere, quàm loqui non opportunè.

in

ἐκ μιλιέων.) *Tertium genus hominum ait factum esse à fato, nimirum illud Giganticum, à pugnis celebre. Illud* μιλιᾶν *Dorice circumflexum habet accẽtum, & qui hanc sequuntur opinionem, dicunt ex fraxinis ortos esse Gigantes, & non ex nymphis: quarum si uelis scire nomina, ex me poteris cognoscere. Sunt enim ista:* Helice, Cynosura, Arethusa, Ida, Crome, Britho, Celæno, Adrastea & Glauce. *Non igitur ex istis nymphis, quas etiam* μιλιὰς *uocant, sed ex arboribus,* μιλιῶν *nomen habentibus, Gigantes esse natos affirmant, ut significent firmitatem atq; robur illorum. Ego autem dico, quòd fatum fecerit aliud genus hominum, oriundum* ἐκ μιλιᾶν, *hoc est, durũ & immite, ut uideatur aut ex arboribus, quemadmodum etiam illi dicunt, aut* ἀπὸ τῶν ἔξω μιλῶν, *hoc est, aliũde quàm ex membris & corporibus humanis ortum esse, eo quòd communem hominum corpulẽtiam animositatemq; excederent, & proclives essent ad cædem. Nullam enim rationem suorum corporum habebant, tanquam si saxeum aut ferreum corpus tenerent. Hæc igitur est mea opinio de eo quod dicit author,* ἐκ μιλιᾶν *ortos esse gigantes. Aut certè* παρὰ τὸ ἀμιλὲς καὶ ἄρρυθμον εἶναι, *quòd essent inconcinni atq; incompositi & contumaces, ducta metaphora* ἀπὸ τῶν μίλων τῶν μυσικῶν.

Nympharum nomina.

βέμον.) *impetuosum, & robustum.* Βεμὼ *autem, & βεμὼ proprie Proserpina uocatur, per quam terra & mors intelligitur, unde τὸ βέμον originem suam trahit.*

ἐδήτι σῖτον ἔδιον.) *neq; etiam assidentes mensæ quiescebant, sed armati & fœdati sanguine manducabant: ideoq; dixit,* μετὰ σῖτον. *Mensæ enim & ciborum tem-*

pus solet esse pacificum, animiq; delectationi tribui.

ἀδάμαντος ἴχον θυμὸν.) hoc est, durum animum habebant, & intractabiles erant tanquam adamas. Adamas autem est species ferri, & lapis durissimus, qui propter excellentem admirandamq; densitatem nunquam incalescit, neq; ferro secari potest. Sed illa tamen inuicta uis duarum uiolentissimæ naturæ rerũ, ferri igniq; contemptrix, plumbo, & hircino quoq; rumpitur sanguine, ac ne aliter quàm recẽti calidoq; macerata, & sic quoq; multis ictibus, tunc etiam præterquam eximias incudes, malleosq; ferreos frangens.

ἄπλαστοι.) inaccessi, quibus nemo appropinquat, agrestes.

ἄκμητοι.) indomiti, aut intrepidi. ἄκμητος enim, quod intrepidum significat, Acolicè tenui scribitur accentu.

ἐξ ὤμων ἐπήφυσον.) instar arborum crescebant, à uerbo πιφύω. Per hoc autem uerbum ἐπήφυσον, innuit grandem quiddam & giganticum.

χάλκειοι δέ τε οἶκοι.) Non erant æneæ domus: sed quòd essent plenæ armorum bellicorum, ideo uocat æneas.

χαλκῷ δ' ἠργάζοντο.) æneis instrumentis, ligonibus, ascijs, & cæteris.

σφετέρῃσι.) Abusiuè, pro ἰδίαις, hoc est, suis & proprijs: nam σφετέρας proprie de secunda persona dicitur, pro ὑμετέρας. Etiamsi Proclus magis retrò contraria docet, satis impetuosè & intolerabiliter in Hesiodũ inuehens.

εὐρώεντα δόμον.) caliginosam, latam, facta ectasi Attica syllabæ ρω longæ. Aut παρὰ τὸ εὐρᾶσθαι ἔχειν τὴν ὕλην, quæ latum tectum habet, siue magnam capacitatẽ. Nec

mihi

mihi displicet cùm litera v ipsam uocem scribere, nimirum ἰβρώψια, quasi plenam corruptionis: quemadmodum etiam λιψὸν dicimus, eò quòd morientes sint frigidi, deficiente in ipsis calore uiuifico.

ἀπάλανς.) formidabiles & terrificos, ἀπὸ τῦ ἀπαλέω, perterrefacio. Sed quid in tam apertis prolixa oratione utimur? sicut quidam alij, qui contenta in textu, illimis allegorias silentio prætermittunt, & circa eiusmodi leuia tempus terunt, proq; salutaribus doctrinæ medicinis spinas offundunt iunioribus.

ἅλιος.) ἅλιος τις ὢν, ὡς ἐξ ἁλὸς τῶν γινομένων, quod suum ortum habet ex mari. Aut ἁλιάς τις ὢν, hoc est conspicuus, & facta apbæresi ἅλιος.

αὖτις.) Aiunt quidam, quòd αὖτις sit retrò, siue à tergo: αὖθις autem, rursum, siue altera uice. Ego autem dico, αὖτις Ionicè dici pro αὖθις, & utrunque significare. Iones enim pro aspiratis collisionibus tenues proferre consueuerunt: ut uerbi gratia, ἀπ' ἀμάτων dicunt, & λαπίπαλιν, & ἀπαλιώτης, & similia. Atticè autem prolatum αὖθις utrunque significat, & retrò & secundò. Sunt enim Attici aspiratores, et dicunt, uerbi gratia, pro λίσσειν λίφειν, & pro σπίτλα σφίτλα, & ἀμφίκεα & ἰφίεις & similia. Hoc igitur, si uelis, annota, & habe in memoria: sin minus, potes cum alijs errare.

δικαιότερον.) pro, δίκαιον aut δικαιότατον, comparatiuus pro simplici, aut pro superlatiuo. Non enim iustiores ipsos dicit Gigantibus, qui quidem Gigantes secundum nostram scripturam diluuio deleti sunt, secundum Hesiodum autem mutuis bellis perierunt. Si enim sanis

illis & crudelibus gigantibus ipsos iustiores esse diceret, iniuriam faceret heroibus: quod profectò non uidetur facere. Hos enim & diuinum genus & semideos appellat.

ἥρωων.) Heroes dicũtur aut ἀπὸ τῆ ἔρας, quod terram significat, secundum dialectum: ex qua omnis homo heros posset dici. Aut ἀπὸ τῦ ἄερος, hoc est aere. Aiunt enim Graeci, quòd animæ bonorum hominum separatæ à corporibus, inter lunæ gyrum & nimborum ac uentorum cacumina circumuertantur, & hæc inferiora contemplentur. Aut ἀπὸ τῆ ἀρετῆς, hoc est, uirtute, quemadmodum inquit Orpheus:

μητέρα δ' ἡρώων ἀρετὴν ἐπάρουρε πλέουσης:

Mater heroum uirtus, id nominis attulit ipsis.

Aut ἀπὸ τῆς ἐράσεως τῶν θεῶν, hoc est, commixtione Deorum. Nugantur enim, quòd ex connubijs deorum cum filiabus hominum, natum sit genus heroum. Sciendum uerò, quòd uiri mortales & mulieres mortales, sint pars naturæ nostræ corruptioni obnoxia. Animales autem potentiæ, quas etiam deas uocarunt, nostræ huic corruptibili naturæ commixtæ, semideos & heroas efficiunt eos qui illis rectè utuntur. Ad hanc igitur interpretationem, etiam cætera tria deriuata reduci possunt. Sciendum uerò quoq; unà cum prædictis, quòd ij dicantur nati esse patre deo, & matre homine, quicunq; sunt prædili contemplatiua uirtute, quæ est & generosa & uirilis, coniuncta etiam cum prudẽtia: quicunq; uerò uirtute sub actionem & manus cadente excellunt, ij dearum matrum, & patrum hominum dicuntur esse filij.

ἐπ' ἀντίρροα γαῖαν.) ἀντίρροα, uocat globosam. Sphæra enim

ra enim & circulus nullum finem nec ullum initium habent. Ac multi quidem philosophi, potius uerò plurimi, affirmant, quòd omnia elemẽta sint orbiculata. quidam uerò terram dixerunt tympano similem, alij turbinalem. Sed prætermittamus nunc philosophorum opiniones aut dissertationes, & explicemus id quod pertinet ad intelligendum poetam, & iam sequitur. γᾶια habet diphthongum γαι Atticè: ἀῖα enim dicitur terra, & per appositionem γᾶια: Ionicè autem γίη cum simplici uocali, ex quo fit per συναίρεσιν γῆ.

ηρὶ τὰς μεγὰ πόλιος τι πανὸς.) Hoc schema secundum Rhetores *ἄθροισις & μερισμὸς* appellatur, Latinis congeries & distributio. Primum quidem, cum dicit *τὰς μεγὰ*, ibi est *ἄθροισις*, ac si diceret, omnes. Alterum uerò, cum dicit, *τὰς μεγὰ, τὸν ὄ*: ibi est *μερισμὸς*, pro, *τινὰς μεγὰ, τινὰς δὲ*. Ordinari autem debet hoc modo: *ηρὶ τὰς μεγὰ πόλιος τι πανὸς ηρὶ φύλοπις αὐτὸ ἔλιοφ, τὰς μεγὰ ὑφ' ἑπταπύλῳ θήβῃ, ludouici γαίῃ μεγαλήτορος, ἵνικα τῶν μύθων τῶ οἰδιπόδη, τὰς δὲ ηρὶ ἴλιον ἄγουσιν*. Sunt autem historiæ notæ, tam Thebanæ, quàm etiam Troianæ expeditionis. *φύλοπις* propriè est intestinum bellum: abusiuè autem, omne bellum.

ἑπταπύλῳ θήβῃ.) Sunt enim etiam aliæ Thebæ in Aegypto, centum portis celebres. Et Thebæ quoq; subiectæ monti Placio ad Atramyteum, quod nomen accepit ab Atramyto Crœsi fratre. Stephanus hãc sibi dicit *ἐν πολλαῖς ἑκατομπόλεσιν θηβαίων ἡ τρωϊκὴ*.

ludouici.) Cadmus enim extruxit Thebas illas, septem portis claras.

μύθων ἵνικα.) propter regnum & potentiam regis

Oedipi, propter quã cauſſam Etеocles & Polynices, duo fratres, certamine inter ſe habito, ſe inuicem peremerũt. Dicit autẽ μήλων ἴνια, quòd reges antiquitus pecoribus abundabant, & paſtoralem uitam agebãt. μῆλον autem uocatur ouis, paſtorali modo loquendi, nomenq; accepit παρὰ τὸ μῆλον καὶ ὄμορον καὶ χαῦνον εἶναι, quòd ſit manſuetum & molle animal: aut παρὰ τὸ μέλειν, τὸ φροντίζειν, curam gero. In magno enim precio atq; uſu fuit, ut dixi, cura pecorum apud antiquos.

εἰδιμόδαο.) τῆ οἰδίμοδος, à recto caſu εἰδιμόδης, τῆ εἰδιμόδι καὶ εἰδιμόδαο per διάλυσιν Ionicam. Eſt autem etiam alius rectus, ὁ ἴδιμος & ὁ εἰδίμων & ὁ εἰδιμόδης.

κῦμα.) mare & maris fluctus, παρὰ τὸ κοῖλον τμῆμα εἶναι, quòd ſit ſiniſtrum & inauſpicatum ſegmentum. Nam orbis à nobis habitatus in duo ſegmenta diuiditur, in terram & mare. Et dextrum quidem ſegmentum & optimum, eſt terra: læuum uerò & malum, eſt mare & fluctus, qui ſunt in ipſo mari. Quòd autem mare ſit malum etiam commodum, id Aratus quoq; teſtatur, cũ inquit:

χαλεπὴ δ' ἐπίκριτος θάλασσα.

κύκλασαι.) ἀκούσῃ.

ἐνθ' ἤτοι.) ubi, aut tunc. Nam ἐνθα & loci & temporis eſt aduerbium.

ἀλλ' ἀνθρώπων.) pro χωρὶς.

βίοτον καὶ ἦθεα.) cœtum & conuerſationem atq; conuictum intelligit.

Ζηνὸς Κρονίδεω. Iupiter Saturnius, hoc eſt, fatum.

ὡς μακάρων νήσοισιν.) Quemadmodũ nos in Eccleſia bonis hominibus attribuimus futurã uitam in paradiſo, ita Græci

ita Græci adiudicant heroibus fortunatas insulas et campum elysium, qui est pratum quoddã suauiter consitũ & humidum. Hoc igitur etiam dicit Hesiodus, quòd heroes illi, qui ad Thebas & Troiã militarunt, post mortem nacti sunt felicem illam et fortunatã uitam. De insulis autẽ illis in Oceano Homerus & noster Hesiodus, Lycophrõ, Plutarchus, Philostratus, Dion, & cæteri quidam scripserunt, quàm bonũ ac fertile sit solum, quod perpetuis Zephyri auris perflctur, & ter quolibet anno fructus proferat. Illuc autem aiũt etiam defunctorum animas deferri, & scribunt hoc modo. In littore Britãnico habitant quidam homines, capiendis piscibus tantùm occupati, uicini Francis, non tamen uectigales ipsorum. Illi quãdo in suis domicilijs dormiunt, audire solent uocem, quæ ipsos accersit, & pulsum quoq; ianuarum percipiũt. Cum uerò surgunt, solent inuenire quædam nauigia, non ipsorum, sed aliena, plena multitudinis. Ingressi igitur illa, uno impetu unaq; remigatione deferuntur in Britãniam, cum tamen uix spacio unius diei naturalis aliàs possint eò peruenire, quando proprijs utuntur nauibus. Ibi itaq; conscẽdentes, abducunt quam nesciunt contentam in nauibus multitudinem: & quamuis neminem uideant, tamen audiunt uocem ipsos alloquẽtium proprijs nominibus, & officium, cognationem atq; artificium exprimentium. Et sic rursus oram soluentes, uno momento domum redeunt, sentiũtq; naues leuiores depositis illis quos habuerunt, dum se domum recipiunt. Ob hanc causam omnes Græci fabulantur, ibi habitare animas defunctorum: quod Hesiodus quoq; hoc loco affirmat de heroibus.

τρὶς ἐνιαυτὸς ἀθάλλοντα.) Dixi regionem perflari blandis flatibus zephyri, & ibi ter in anno arbores fructum ferre, sicut dicunt historici tanquam uerum, & non tanquam fabulosum. Quidam uerò etiam Caium Iulium Cæsarem, felicissimum in multis, narrant transmisisse oceanum una triremi, centum hominibus comitatum, & tam opere delectatum fuisse loco tam pulcherrimo, ut ibidem habitare uoluerit: sed exturbatum esse ab incolis etiam inuitum.

μινύτ' ἰκυτ'.) Postquam dixit Hesiodus de genere heroico, & monstrauit illud fuisse dijs proximum, nunc optat se neq; secundum post heroicum genus fieri, neq; seniorem, sed mori illorum seculo. Sic autem ordinari debet μινύτ' ἰκυτ' ὄφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετῆναι ἀνδράσιν, ἢ ἐπιόσα γενέσθαι, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν, nimirum heroico seculo. Qui autem dicunt, quòd Hesiodus hoc loco optet, ut postea nascatur, illi contraria Hesiodo & præter ipsius mentem exponunt.

σιδήρεον.) omnis generis malitiæ plenum, & omnibus laboribus atq; molestijs subiectum.

ἀλλ' ἴμπης καὶ τοῖσι μιμίξεται.) Hoc autem dicit, ne Persen fratrem propellat ad omnifariam malitiam, qui audit, quòd etiam malis hominibus, qui nunc uiuunt, tamen admisceantur aliqua bona, quibus nascituri postmodum conseruentur.

ὖτ' ἂν γενόμενοι.) quando tempora ipsorum canescent, hoc est, senio confecti fuerint. πολιόθριξι pro πολιοκρόταφοι, πολιοκρόταφοι pro γεραιοί, & γενόμενοι pro γηράσκοντες ponit. Canescunt autem tempora prius quàm cætera membra

membra hominũ, quòd sunt partes humidiores, et phlegmate magis abundent, quàm ea quæ sunt à tergo. Canicies autem contingit propter defectum humidæ caliditatis. Axillæ igitur non canescunt, cò quòd calidæ sunt, et alterijs abundant. Meninges autem uocantur ὑπὸ τὰ μήνιγγα, ἀπὸ τῶν κεφαλοφόρων ζώων μεταφορικῶς, nã in illa parte corporis enascuntur cornutis animalibus τὰ κέρατα cornua, κεφαλοφοροῦσι γὰρ καὶ κέρατα. Dicit autem mori ætate iam præcipitatos, quamuis etiam iuuenes & infantes moriantur sæpenumero: sed illud utplurimum contingit, & magis impendet, futurumq; expectatur.

Canicies

Axillæ

ὧν ξεῖνος ξεινάδης.) Pendet à communi nominatiuo ὁμοῖος, quod est ὁμογνώμων, concors, inter se congruens, concordans. Aliquis enim ab altero, hospitio excipietur ipse tamen non modò idipsum uicissim non faciet, sed fortasse etiam dabit damnum. φίλος, cognatus uocatur & familiaris, quem consuetudine comparamus: ἑταῖρος, ex eiusdem ciuitatis particeps, ciuis: ξεῖνος autem amicus peregrinus, qui habitat in alia regione.

ὁμοῖος.

αἶψα γ' γηράσκοντας ἀτιμάσουσι τοκῆας.) scilicet filij, contumelia parentes suos natu grandes afficient. Prædicit autem futura mala, quæ contingent in uita hominum.

Legitur tamen in alijs exemplarib.

βάσσον' ἰόντας.) βάσσον dixit pro βάσσονε, dualem pro plurali numero ponens, sicut & Homerus:

βάσσον

ἰόντας.

Ὡ νήπιοι μέλλουσι φάτιν θεοῦ ἐκτελέσσειν: Iliad. ω.

Et alio in loco:

Ἄμμορε νῦν ὅτε λίσσεαι ἀάπτους χεῖρας ἰφθίμου. Iliad. α.

ἰοῦσι ponens pro ἰόντες.

οὔτε θεῶν ἔπιν ἀλέξει.) nec ullo deorum metu ab hac tãta sceleris

sceleris immanitate reuocabuntur. ὄπιν *intelligit præceptum deorum, hoc est, intellectum & rationem. Deos enim hoc loco animales uirtutes appellat.* οὔτε βιῶν ὄπιν, *illa coniunctio* τε πλιονάζει.

γηράσκωσι.) γηράσασιν, ἐκ τοῦ γήρημι, cuius participium est ὁ γήρας.

ἀπὸ θριπτύεια.) *cibum, quo sustentari possint. Antiqui enim parentibus* τὰ θρίπτρα *persoluebant. Isti uero quos dicit, ferreæ gentis homines, non solùm non persoluent, sed etiam contumelijs afficient. Ordinari autem debet hoc modo:* αἵψα γηράσκουσας ἀτιμάσουσι τοκῆας, ἀλλὰ μὴν γηράσκουσι τοκῆσιν ἀπὸ θριπτύεια δίωσι.

χερσὶν ἔπεσσι.) *qui neque iudicijs, nec legibus coercentur: sed omne faciunt, quod manibus & robore præstare possunt.*

ἀλαπάξει.) ἀλαπάθαι *enim Atticè sunt* τὰ ἐξερήματα, *inanitiones, euacuationes. & herba* ἀλάπαθον, *quæ etiam* λάπαθον *uocatur, est purgatoria. Ius autem in manibus habere dicuntur, qui non iudicio uel legibus, sed potentia atq; robore manuum suas actiones metiuntur.* αἰδὼς & αἰσχύνη *iuxta Aristoxenum Musicum differunt. Et ut multa prætermittam, quæ ille adfert,* αἰδὼς *quidem est* ἡ μικρὰ περὶ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσι γεγομένη ὑποστολὴ, ὀλιγοβῶ λογισμῷ, *parua & de rebus leuibus facta timiditas, uerecunda ratione:* αἰσχύνη *autem,* ἡ ἐν κακοῖς ἀτιμία, *dedecus proueniens ex malis.*

ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμοῦται.) *Lædet bonum quenque iniurijs & maledictis, & ad hoc etiam iuramento utetur, iurando affirmans sua esse illa quæ rapuerit.*

finis.

ſῶν.) *Liuorem nunc intelligit. Zelus enim propriè quiddam eſt laudabile, cùm ſit bona contentio ſiue imitatio: liuor autem, græcis φθόνος, quiddam uituperabile.*

δυσκίλαδος, λαιόχαρτος.) *Liuorem facit perſonam, & ad illum proprietates inuidorum transfert. Nam inuidi λυκάδες, hoc eſt, ſtrepitus & turbas excitant, καὶ χαίρουσι τοῖς λαιοῖς τῶν φθονουμένων, gaudent malis eorum quibus inuident, eosq; acerbè & odiosè intuentur.*

λοιποῖσι φαίνεται.) *Vult dicere, quòd etiamſi à quibuſdam hominibus, aut etiam ferè omnibus Pudor & Nemeſis è terris ſint exterminata, pulſaq; in exilium, & ſeparatim tradantur: non tamen ſunt caliginoſa, nigriſque veſtibus induta, ſed candidis gerunt veſtes, & ſplendore radios ſolis ſuperant. Illorum enim nomen celebratur apud omnes.*

ἀθανάτων μετὰ φῦλον.) *Euolarunt ad cœtum deorum, id eſt, elementorum, aut hominum ſapientium. Inducit autem tanquam perſonam, ipſam Nemeſin, per quam iuſta reprehenſio intelligitur, & Pudorem, quaſi uidebuntur fugere propter uiolentiam & iniuſtitiam hominum, & ſe recondere in elementis, aut iuſtorum & prudentum hominum animis. Hi enim ſoli inter homines Pudorem & Nemeſin retinent. Et quod attinet ad elementa, ibi aqua quidem marina arenam obtinet tãquam terminum, & uſq; ad illam digreditur, & quãuis ſæuiat fluctibus, tamen αἰδοῦται καὶ νεμεσίζεται, pudore quodam reueretur ulterius progredi, terræq; terminos euertere. Ita ſimiliter aër & ignis ſibi inuicem non ſunt cõtraria, ſed ſuis in locis & domicilijs ſe cõtinent. Præterea byems quoq;*

Quomodo Pudor & Nemeſis ſint in elementis.

uer, æſtas, autumnus: dies, nox: & reliqua, pudorem & Nemeſin cuſtodiunt, eò quòd permanent ubi decet, & opportunè alia alijs ſuccedũt, nec inter ſe ſeditionem mouent quadam excellentiæ cupiditate aut uiolentiæ ſtudio aut propter loci aut propter temporis conditionem: & quæcũq; dicit Sopbocles, quæ ad hunc locum pertinent, & ex hoc Heſiodeo carmine omnino ſunt deprompta. Nam & illa quæ ſunt uehementia & fortiſſima, dant locum bonoribus. Inde illud:

Sophocles in Aiace.

νιφοβλὴς χειμὼν ἐκχωρῶν ἀνθρόπῳ θέρει.
ἐξίσταται δ' ὑπνηρὸς αἰανὴς κύκλος,
τῇ λαμπρῷ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγων, &c.
Hyems niuoſa cedit æſtati feraci fructuum,
Et noctis tenebroſus abit circulus,
Vt ſplendor ardeat diei candidæ.

ἴλυμπος.) cœlum & tota uniuerſi mundi complexio. ἴλυμπος autem uocatur παρὰ τὸ ἱλολαμπὴς εἶναι. Tenuis autem ſpiritu effertur propter factam συγκοπὴν Aeolicam, ἱλόλαμπος & ἴλυμπος. Vertunt enim etiam literam α in υ, ut cum dicunt σύρπαι pro σάρπαι. Ita ἴλυμπος tenuem ſpiritum obtinet. Eiuſmodi enim uerba ſi ſunt abſoluta, aſpirantur ſi uerò per συγκοπὴν concisa, attenuantur. ut uerbi gratia, τὸ ἱλόλαμπος, ἀμφιέμψας, ἀλώμψ: ἴλυμπος, ἄμψ, ἄλυψ. Attenuatur igitur hoc nomen ἴλυμπος. Si uerò quis mihi diffidet, & existimet me ipſum illa uerba inuenisſe, ille audiat etiam conſuetudinem uſu comprobatam. Sic enim legitur apud Homerum:

Iliad. λ. *ἵπποι δαΐφρονος ἱππότα Νέστορος ἠϊόνες.*

& paulo infrà:

ἰκμὰς & ἰξῶ λογὶ.

Ἴλυμπος igitur hoc modo attenuatur, & hoc modo etiam uocatur cœlum. Similiter autem & orbiculatum nostrum caput, in quo τὸ διαλεκτικὸν λογιστικὸν sedē suam obtinet, Ἴλυμπος appellatur. Nam de monte Olympo nunc dicere, non est operæprecium, nisi uelimus nugari.

τὰ δ' ἢ λείψεται ἄλγεα λυγρὰ.) dolores autem relinquentur soli hominibus. λυγρὰ sunt τὰ λιπαρὰ, ἐστὶ τὸ λίαν ὑγρὰ ἄνευ. Nam ex humidis & frigidis dicunt fieri omnia tristia, quemadmodum ex calidis suauia.

νῦν δ' αἶνον.) nunc autem fabulosam adhortationem dicam. Assimilat autem seipsum poeta philomelæ, propter concinnitatem facultatis poeticæ: iudices autem accipitri, propter rapacitatem. Hæc autem nota sunt omnibus, nec opus est hic Proclianis inanibus figmentis. In rebus enim grauibus Proclum nihil scribere, sed circa res leues iactabundum uersari, & de his prolixius opus Iliade contexere, quis non uidet? Nos uerò talia prætermittemus, & tantùm necessaria ad intelligendum autorem explicabimus: & primùm ipsam cōstructionem, quamuis perplexam & malè se habentem.

νῦν δ' αἶνον βασιλῆα ἰρίν, eo modo, hoc est fabulosō, φρονήσας περὶ αὐτοῖς. ἰρηξ ὀνύχεσι μεμαρπὼς ἀνδόνα ποικιλόδειρον, ὕψι μάλ' ἐν νεφέεσι φέρων, προέηκεν. δαμονίη, τὶ λίλαιαι, ἴσχει νύ σε πολλὸν ἀρήων. ἣ δ' ἰλιὸν γναμπτοῖσι πιπαφμένη ἀμφ' ὀνύχεσσι, μύρεται. τὸν δ' ἐγ' ἐπικρατέως πρὸς μῦθον ἔειπα. τῇ ἧ (pro ἵνʼἧχῦδα) ἔοι (pro Ποιδὴ πὴ που ῥούει) ἵπω σε αὖ ἐνὶ ἄγω. λάκτισμα δ' αἶψ' ἰδέλαι πειήσομαι, ἠὲ

μυθέω. Hucusq; Poeta fabulam de auibus commemorauit. Inde autem rursus assumit propriam personam, & dicit fabulæ interpretationem. Nam sequens distichon, nempe hunc uersum, ἄφρων δ' ὃς κ' ἰθύνοι πρὸς κρείονας εἰτιφερίζειν, & alterum, iudicibus dixit: ad Persen uerò fratrem dirigens orationem, hunc protulit, ὡς ἐφατ' ὀνυμάκλυτος ἱρόξ. Et hoc modo ille Aristarchus apud Proclum non habet occasionem expungendi duos hos uersus, qui sunt quoddam ἐπιμύθιον. Neq; tamen, Procle & Aristarche, etiamsi hos uersus ad hunc modum non disposuissemus, esset ridiculum apud nos, ut ea quæ carent sermone, etiam humano more loqui concedamus, sic tamen ut non concedamus illa omnino sententiosè loqui. Sed quid tam prolixo sermone nostram arrogantiam ferè manifestamus? Prætercurram igitur illa, hoc solo adhuc enunciato, quòd bene ambo dixeritis. Vobis autem auditoribus dico, quòd in prædictis uersibus non est opus multis uerbis, & si quæ sunt hoc loco digna annotatu, illa superius explicauimus, præter paucas quasdam dictiones, quæ sequuntur. τὸ ποικιλόδαρον appellat τὸν ποικιλόφωνον, quæ uarios modos cantiúcularum exercet: aut τὸν ἐστιγμένον καὶ ποικίλον ἔχοντα τὸν δαρὸν, quæ collum habet uariatum.

νίκης τε φέρεσθαι, πρός τ' αἰσχύνην.) Pudorem ait accedere ex plagis aut iniurijs, ut ita non solùm uictoriam non reportent à potentioribus cum quibus certauerint, sed etiam pudore confundantur. Proclus uerò dicat quæcunq; uelit. ἱρὸξ tenui spiritu scribatur, nam uenit ἀπὸ τοῦ ἴω, τὸ πορεύομαι. Et Homerus eodem modo, ὄρνις δ' ὥς τ' ἱρηξ

mero, qui præstanti ingenio & cognitione omnium artium atque scientiarum, etiam logicarum, omnes excelluit non tantùm homines, sed ausim quoque dicere angelos, si modò etiam angeli sunt principes scientiarum & artium.

βασιλῆας.) *nunc uocat iudices, administratores falsorum & deprauatorum iudiciorum.*

οἱ αὐτῷ.) *Ipse sibiipsi fit caussa detrimenti, qui ladit alios. Qui enim læduntur, illi in bonis fortunæ, aliisq; externis rebus læduntur: qui uerò ladit & iniurijs afficit, hic suam ipsius animam contaminat atque offendit. Ita quoq; sequens uersus intelligatur, ἀ ἄ λανὸ βλὸ τῷ βλοῦ σανῖι λανίσιι.*

Διὸς ὄφθαλμὸς.) **Potentia illa fati, qua omnia cernit. Potius uerò** *πεπρωμένον*, *ipsum fatum.*

νῦν δ' ἐγὼ μήτ' αὐτὸς.) **Plutarchus, quemadmodum** *inquit Proclus, expungit hos septem uersus, incipiendo ab illo,* *πάντα ἰδὼν: usque ad hunc complete,* *ἀλλὰ τάχ' οὕτω ἴσασι, tanquam indignos Hesiodo & blasphemos. Ego uerò hic schema* *καθ' ὑπόθεσιν esse agnosco.* **Dicit** *enim* **Hesiodus** *cum grauitate & conditionaliter:* **Non** *essemus neque ego neque filius meus iusti: quia cedit in damnum, nunc esse hominem iustum.* **Postea** *subijcit hoc schema* *κατ' ἐπίθεσιν: Si iniustus esset consequuturus maiorem iustitiam, hoc est, meliori loco foret, nec tandem puniretur diuinitùs. Deinde infert audacter suum scopum, & soluit obiectionem, dicens:* *ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω ἴσασι πλὴν τόν γε ἐμὸν παῖδα, sed hoc non confido futurum,*

uel

uel conceſſum iri à fato. ῥῃτιμένον *autem dixit, quo nomine fatum appellare ſolet.*

νῶϊ ἴ κε νὼ μάτ' ἀντὸς.) *Etiam hoc* ἀντίστροφον *notetur, tanquam dignum eo qui ſit par Homero, poetaq; uictor.*

ἐμὸς γός.) *Significat aliquem ex ſuis filijs, ſiue Mnaſea, ſiue Archiepen, ſiue Steſichorum illum lyrici carminis autorem, de quo aliqui acceperunt.*

ὃ πίρον.) *Schema, quod uocant* ἀποσιώπην.

νῦν αἶνον Δίκης ἐπάκουε.) *Et nunc iudicio ſiue iuſtitiæ auſcultа, aut ſinas te regi iuſtis legibus: omnem uerò uiolentiæ, hoc eſt, illicitæ cupiditatis & iniuſtitiæ memoriam deponas. Sed hæc ſunt perſpicua, neq; indigent prolixa explicatione.*

τὸν ἢ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον.) *Et hoc quoq; dignum poeta Homeri uictore. Nihilominus quidam prædicant, Heſiodum accepiſſe palmam, ac ſi nihil abſurdi in ipſius uerſibus inueniri poſſet: quod arguit, hoc figmentum de uictoria illius eſſe ebrioſorum & circumforaneorum hominum. Quamuis enim longo poſt Heſiodum tempore uiuamus, tamen hodierno quoq; ſeculo reperire licet rudes quoſdam & leues homines, qui multos poetas ne primoribus quidem labris attigerunt, et tamen ipſos ad cælum efferunt, illorumq; ſpolijs ſe iactitant. Sed prætermittamus iſta, & explicemus uerſus, quos ille uictor Homeri non ſatis ordinatè contexuit.*

τὸν ἢ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον.) Schema *κατὰ μεσισμὸν, ſapiens hic poeta, aut κατὰ ἄθροισιν & μεσισμὸν ſimul, potuiſſet contexere ſine additione nominis* ἀνθρώποις; *hoc modo:* τὸν ἢ γὰ νόμον δίκης ἐρεύνων. ἰχθύσι μὲν κατὰ

θυρσὶ

θυρσὶ ηχὴ διανοῖσι πίσυνοις ἴδειν ἀλλήλοις. Et hac ratione eſt ſchema διὰ μερισμοῦ. Aut διὰ ἄθροισιν ἢ μερισμὸν ſimul, ſi hoc modo dixiſſet: τὸν ἢ γὰ ἀνθρώποισι νόμων δίκ ταξε ηρονιην. Poſtea diſtribuens illud ἀνθρώπους, κατ' ἄθροισιν, in partes. ἄλλοισι μὲν τὸ, ῥωμαίοις ἢ τὸ: καὶ ῥωμαίοις τάδι, καὶ λοιποῖς τάδι. Ita nō oportuiſſet dicere illud, ἀνθρώποισι δ' ἴδωκι δίκλω, nec fruſtra repetendo idem bis dixiſſet. Et hoc modo nullum uitium habuiſſet: nunc autem bi uerſus duobus uitijs laborant, qualia nuper geniti & adhuc iuuenes committunt, ſicut illi uident, qui poeticè ſimul & rhetoricè hæc examinare poſſunt. Dum enim dixit, ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Δρονίων: & poſtea ſubiunxit, ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ πετεηνοῖσι: uidetur iſta collocare inter homines. Dum uerò adijcit, ἀνθρώποισι δ' ἴδωκι δίκλω: uidetur ineptè atq; inaniter idem bis repetiuiſſe uir ille Homeri, poetæ maximi, in cuius uerſibus nequeat deus uel minimam poſſet inuenire notam, quæ contra artis cuiuſcunq; regulam commiſſa ſit. Hæc autem ſiue rectè, ſiue corruptè ſe habeant, loquitur ad fratrem, dehortans ipſum ab illa beſtiali mutua depaſtione & rapinis atq; uiolentia, cohortans autem ad iuſtitiam, ut recte agat, ſuumq; cuilibet relinquat.

οἰωνοῖσιν.) οἰωνοὶ propriè uocantur οἱ γύπες, uultures, tanquam οἰνοὶ, ab οἶ & ſolus & ὄον, ouum, quòd ſoli ſine concubitu oua ſubuentanea concipiant. hoc autem loco omnes uolucres intelligit. πέτεανὸν, παρὰ τὸ ἐν τῷ πίτεσθαι τάνυσθαι τὸ πτερὸν, quòd in uolando extendat alas: πίσυνὸν autem, παρὰ τὸ ἐν τῷ πίτεσθαι ἄνω, οἱονεὶ τὸ ὑψιπετὲς, quòd ſurſum & in altum uolet. Vnde illud per diph-

thongum, hoc uerò per υ ſcribitur.

Δίκαι' ἀγορεύην γινώσκων.) Aptè dixit hoc γινώσκων, hoc eſt, ſciens & conſultò. Sunt enim multi qui non ex animo profitentur id quod iuſtum eſt, & illud quoque faciunt ea ſpe, quòd uelint ſub ſpecie iuſtitiæ damno eſſe & detrimentum afferre. Iis non habetur gratia, nec facta illorum compenſatione digna iudicari debent, quòd inuiti faciant iuſti hominis officium. Neque fatum ipſis largietur felicitatem uel diuitias, uel alia huius uitæ commoda. Qualis erat Licides Argiuus. Nam iſte uolens interficere Prometheum quendam Theſſalum ulcus habentem, patefacto ruptoq; per gladium illius ulcere, ipſum ſanitati reſtituit. Et Smicythes quidam traducens Nicanorem, profuit Philippo. Et me quoque quidam ex Synis ſuſpectum reddidit & inuiſum illis quibus mercede ſeruio, ut cum alioquin alijs omnibus dederint mala cydonia, mihi ſoli dare recuſauerint. Quam ob cauſſam cum indignarer talem mihi ab illo iniuriam eſſe illatam, tandem apud illos meis conatibus tantam ſum gratiam conſecutus, ut me non aliter quàm proprios liberos amore atque beneuolentia proſequerentur ſingulari. Sic alia poſſem innumera exempla commemorare, niſi mallem tacere, tædij uitandi gratia.

ὃς δέ κε μαρτυρίῃσι ἑκὼν.) Quemadmodum ille qui non inuitè, ſed ſua ſponte & uoluntate, hominis iuſti fungitur officio, felicitatem à fato conſequitur: ita rurſus è diuerſo, qui ſpontè peierat, & ad falſum teſtimonium religioſam adhibet aſſeuerationem, is non modò

modò ipſe pœnis inuoluetur, ſed etiam omnis memoria poſterorum eius obliuione ſempiterna delebitur. Atque hæc ſunt carmina digna uictore Homeri, *expendenda diligenti examine. Habent enim ineptam διπλογίαν, quemadmodum ſæpe accidit. Nam iſta duo, ἐ γάρ τις ν' ἐθέλησι τὰ δίκαι' ἀγορεύειν: & illud, αὐδρὸς δ' οὐόμην γ' ἐνὶ μυρίῳ ἀμείνων, ſunt idem. Nihilominus is qui hæc ſcripſit, à quibuſdam non bene purgatis colocynthide, ſecundum comicum, iudicatus eſt uicisſe diuinum illum* Homerum. *Ὦ ſultitiam, ô amentiam, ô ruditatem, Ὦ diſciplina orationis, nónne edis lachrymas? Tu uerò ſol miſerere inſcitiæ & cæcitatis ipſorum.*

ἀμαυρότερα.) & μαυρότερα, obſcura, euanida.

αὐδρὸς δ' οὐόμην γ' ἐνί.) Hæc eſt illa importuna διπλογία. Nam ſuprà dixit, ἐ γάρ τις ν' ἐθέλησι τὰ δίκαι' ἀγορεύειν: nunc uerò dicit, αὐδρὸς οὐόμην, οὔομαι autem & δίκαια ἀγορεύειν, hoc loco eſt idem. Non enim loquitur de eo qui rectè iurat, ſed qui ſimpliciter eſt bonus & iuſtus.

μέγα νήπιος ἔσσεται.) Rectè ipſum hoc nomine appellat, ut qui iuſtitiæ imperitus fuerit, & iniurijs atque rapinis aſſuetus. Miſcet autem cohortationi iuſtam reprehenſionem.

κεἰ ἐπαλόν γε θέμις εἰπεῖν.) ἐπαλόν, καθ' ὁλοκληρίαν, in ſolidum. Quod autem dicit, tale eſt. Quòd licet malitia ſit ἐπίκτητον, hoc eſt, acquiſititia, tamen omnino facilè & exiguo negocio in ſolidum poßidetur, nec eſt tam difficilis comparatu & tam tarda ſicut uirtus.

Quamprimùm enim aliquis furtum fecit, statim malitiam illam furandi stimulatricem in solidum acquisiuit: & sic adulterandi malitiam similiter, & cæteram uitia. Virtus autem ut diximus non sine longo tempore, & magna cum difficultate comparari potest, ut uerbi gratia, si quis uelit Grammaticam uirtutem acquirere, is profectò non illico fiet particeps illius: sed primò addiscet literas, deinde syllabas, & alia pro more incipiet: tum sumet in manus librum Dionysij, & Theodosij canones, cum poetis classicis: postea tentabit epistolia & schedas scribere: & sic longo tempore multum laborans, uix tandem illam uirtutem comparabit.

ὀλίγη μὲν ἰὰς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.) Facit nunc prosopopœiam, cùm fingit maliciam & uirtutem certa habere domicilia, & certas monstrat uias, per quas tam ad uirtutem quàm ad malitiam perueniri possit. Et iter quidem ad malitiam esse breue & exiguum, propterea quòd, ut dixi, paruo negocio comparari potest: ad uirtutem autem, uiam esse longam & arduã, propterea quòd egeat magno labore & longo tempore: quam postea etiam facilem esse dicit, eo quòd post acquisitionem, dulcem & promptam sentimus. Ad idem respiciens Cointhus quoque, fingit ipsam in alto quodam & celebroso colle super palmam arborem consistere: quo figmento etiam ipse uoluit innuere siue demonstrare, uirtutem omnino difficilem & tardam esse. Post hãc cohortationem directam ad fratrem, subiungit aliam quandam sententiosam paræsin, & inquit: *Ille primum locum inter bonos tenet, qui per se & suo márte, nullis alterius consilijs*

NOTA BENE.

filijs adiutus, intelligit quod in rem ſit, prouidẽs & præcognoſcens ea quæ ad finem uſq; ſunt bona & utilia. Secundum autem locum tenet is, qui per ſe quidem, ſuo q; ingenio non ſapit, ſed obedit rectè conſulenti. Qui uerò nec ipſe ſibi ſcit conſulere, nec conſilijs alterius audiens eſt, ille eſt deterrimus atq; extremi ingenij. Hoc autem dixit, quaſi uellet dicere: *Oportuiſſet quidem te, ô Perſa, tuopte ingenio ſapere, & ſcire quod bonum ſit, nec indigere alterius conſilijs: quando uerò per te neſcis, oportet te mihi, qui optima tibi conſulo, auſcultare & parêre. Quod ſi non feceris, mali ingenij hominem te oſtendes.* Omitto autem hoc loco Zenones & Ariſtarchos Proeli, tanquam ſuperfluos.

πάϊς ἐσθλὸν γένοιο.) fili Dij, aut orte ex nobili familia. Vehementius ipſum præſenti encomio ad ſtudium uirtutis hortatur. *Decet enim uirum generoſum & nobilem, uirtutem ſequi, & iniuſta facta uitare, quæ ignominiam conciliant: ſed hæc quoq; me mouent, ut minimè exiſtimem Heſiodum fuiſſe uictorem Homeri.* Repetitur enim ſemper idem in uerſibus cum magno faſtidio, illud, *ὦ πάτερ, αὐὸ ἔτι ταῦτα μέλα φρονὶ βάλλεο σῇσι:* & illud interſutum, *σοὶ δ' ἐγὼν ἐρέω νόον ὡς περ ἐμοὶ πέλει:* & illud, *νῦν ὀρέσθαι πάτερ διὸς γένος.* Præterea me quoq; mouet ſimplex illa & ſuffrigida oratio: ut illud, *ἔφρά σι:* & hoc, *φίλα δέ σι:* & alia innumera. Ex quibus imperitus quidem, qui neſcit de poetis uerum iudicium ferre, non facilè agnoſcet, utrum Homerus poetam horum uerſuum ſuperauerit. Sed prudentes & acuti iudices facilè, etiã his minimè conſideratis, ex rudi ſolũmodo oblato ſcripto ueritatẽ agnouerint.

ἰφρέα τε λιμὸν ἐχθαίρειν.) *Famem & agriculturam facit personas, quo figmento orationem reddit iucundiorem. Et inquit:* Labora ut te fames odio habeat amet uerò Ceres, hoc est terra, nimirum fœcunditas plantarum & agrorum, & impleat tuam domum alimentis, quibus teipsum sustentes. *Sed quid opus est multis uerbis uti in tam perspicuis uersibus explicandis? Terram autem uocat διὶ φαινυ, aut propter aream in modum circuli exornatam, aut quòd coronet nos suis fructibus, pomis & spicis.* βίότν, victus ex alimentis. ἀλιαὶ, μεταφορικῶς, domum.

σύμφορος.) comes, συναύλος, consecutor, assecla. hoc est: Ocioſus habet paupertatem ſociam, & habitat cum fame.

θεοὶ ἠδὲ ἄνδρες.) *sapientes & rerum diuinarum peritos appellat hoc loco deos: homines uerò uocat eos qui sunt rudes & ex plebe, humanarum rerum aliquomodo periti. Et inquit, quòd ignauo & torpido homini non immeritò omnes sint infensi, tam sapientes quàm imperiti.*

ζώειν.) ζῶν ζώεις ζῶμι. ζῶν autem optatiuum & subiunctiuum ν. Illud ὥς κε & hoc κε apud Ionas non construitur cum subiunctiuo: contrarium autem fit apud Atticos.

λυγρήνειαι κεδάροιο.) similis fucis, quod ad impetum aut iram attinet: hoc est, assuetus rapinis, & alienorum bonorum consumptor, quemadmodum fuci. Fucus autem est insectum apem referens, ignauum & sine aculeo, depascens occultè laborem apum.

Lutio

λωβήτοις.) λωβήτοις, maleficis: aut ἀνίαις, carentibus aculeo: aut λοπάτοις, τοῖς κέντρον ἔχουσιν ἐν τῇ οὐρᾷ, iram habentibus repositam in cauda: aut τοῖς κολοβὴν ἔχουσιν ὄρμὴν καὶ ἀποκρύπτουσιν αὐτὴν, mutilam habentibus caudam, hoc est, subducentibus illam: aut τοῖς λανθάνουσι καὶ ἐπιτηροῦσι τὴν ὥραν, quòd dormiant & obseruent tempus, quando apes ad opera sunt egressurae, ut ipsi mel deuorent. Hanc ex Proclo didicimus eloquentiam.

σοὶ δ' ὄργα φίλ' ἔστω.) Tibi uerò non displiceant labores, sed illos ama, sintq; tibi curae, ut possis exornare, scilicet teipsum, ne fias turpis & inculus, dū sectaris ocium & malitiam.

ἐξ ὀργων δ' ἀνδρῶν πολύμηλοί τ' ἐφανοί τε.) Ex studijs & laboribus atq; artibus, non ex ignauo ocio homines consequuntur celebritatem sermonis & gloriam, & ex ijsdem annuos prouentus acquirunt, qui uitae sustentandae sufficiunt. Praeterea laborando reddes te charum & sapientibus & plebeijs.

ὄργον δ' ἀλίῳ ὄνειδος.) Hic debes subdistinctionem facere, ut significet ὄργον, id est, opus, siue laborem, hoc modo: Nullus omnino labor ingenuum fit dedecus. Nam si dixeris, ὄργον δ' ἀλίῳ ὄνειδος, non distinguens ut dixi, indicabis, neque lenocinari, neque alia turpia facta esse probrum.

πλοῦτον δ' ἀρετή.) Quomodo dicit author uirtutem sequi diuitias, quae potius ad intemperantiam & contumeliam homines mouent? Hic alij quidem affirmant, quòd uirtus sequatur diuitias proprio ingenio

& labore partus, nec sanè malè dicunt. Ego uerò *dico, quòd etiam quomodocunq; comparatus diuitias comitetur uirtus, non tamen reuera præsens, sed opinione dunta xat apparens. Eorum enim qui ditescunt, alios quidem sapientes, alios uerò industrios uocant, & alij aliter illorum dignitatem adulando amplificant.* Aut *etiam aliter. Quatuor sunt primæ & generales uirtutes: Fortitudo, prudentia, temperantia & iustitia.* Atqui *etiam pulchritudinem, & celeritatem, & circumspectionem, & alia infinita eiusmodi, antiqui uirtutes appellarunt.* Harum *uerò quædam insunt diuitibus: egenis autem etiamsi adsint, tamen paupertas occultat illas, sicut fabulosa illa Orci galea.*

Δεύμονι δ' οἱ & ἰυδρα.) Schema *hoc loco est, quod uocant solutionem obiectionis.* Nam Perses, *quem cohortatus est ad laborem, fortasse potuit obijcere, paupertatem & infortunium impedire, quo minus præcepta illius effectioni mandare posset.* Hoc *igitur ut solueret* Hesiodus, *inquit:* Dæmoni *uerò, hoc est fortunæ, quomodocunq; similis fueris, siue felix siue infelix, siue pauper siue diues, semper tibi consultius & utilius, labori honesto incumbere, ita ut tibi præscripsi & iussi, ut nimirum conuertas animum ad laborem, deductum ab alienis facultatibus & possessionibus, hoc est, à rapinis alienorum bonorum.*

αἰδὼς δ' ὀυ ἀγαθὴ.) Vtitur *hoc loco* Hesiodus *uersu* Homeri, *et hunc habet sensum: Ille pudor non est bonus, qui detinet & coercet egenum atque pauperem; hoc est, te pauperem non debet pudere labori incumbere.*

αἰδὼς,

αἰδὼς, ἠ τ' ἀνδρας.) Hoc ſchema ἐπαναλήψις μὲν ἐπανάληψις uocatur, Latinis repetitio & geminatio. Dicit autem pudorem & damno & emolumento eſſe hominibus: nam duplicem illum facit. & quod dicit, hunc habet ſenſum, quemadmodum ex inferiori uerſu magis dilucidè manifeſtatur: Si quis pauper uereatur laborare, & aliud quippiam boni facere, ille ex tali pudore damnum iacturamq; facit. Si uerò pudet eum facere turpia, magnum percipiet commodum: ut uerbi gratia, ſi pudeat eum furari, aut ſi fuerit miles, pudeat ipſum ſtationem ordinemq; ſuum deſerere. Nam iſte pudor eſt bonus: malus uerò ille prior, qui facit πρὸς ἀνοληβίαν, ad egeſtatem: ut explicat in ſequenti uerſu, quo modum & rationem priorum uerborum oſtendit, inquiens: Eſt pudor qui lædit, & eſt qui iuuat: aut qui ordinat, & qui diſſipat: ut ita ſit quidam lædens, & quidam iuuans pudor. Et inquit: Pudor, tibi aut tuus, facit ad inopiam, audacia autem & conatus ad diuitias, hoc eſt: Pudeat te, ſi es ocioſus, & uitam degis moleſtam in paupertate. Sis uerò audax & impudens ad diteſcendum, nulli parcens labori, qui modò facit ad opes comparandas. Ac Muſicus ille quidem Ariſtoxenus αἰσχύνης & αἰδοῦς facit differentiam, αἰσχύνην uocans ignominiam factam propter turpia facinora: ut exempli gratia, poſt furtum capi aliquem & conſtringi uinculis, tandemq; publicè uirgis cædi. αἰδὼ autem uerecundiam & decoram ſubmiſſionem. Heſiodus autem hoc loco pulcherrimè ipſum pudorem in duas ſpecies diuiſit, ut diximus, aliud faciens utilem & aliud noxium.

αἰδὼς τε περὶς ἀνολβίην.) Ego ἀνολβίην scribo cũ finali ν, sicut etiam explicaui. Cæteri autem sine ν scribunt. ἰφὴ ν & est, impudens & non ad normam rationis reuocata temerit.is: ἰαφο & autem, audacia quam ratio gubernat.

χρήματα δ' ἐχ ἁρπακτά.) Pudorem, inquit, habe ad paupertatem, audax uerò esto, & strenuè subeas laborem, cumq; urge alacriter ad accumulationem opum tuarum. Diuitiæ uerò, quæ diuinitùs dantur, multò sunt meliores & feliciores, quàm illæ quas iniustè & uiolenter contra uoluntatem aliorum acquisueris.

ἢ γάρ τις νὴ χρηὶ βίῃ.) Etiamsi quis acquirens aliqua bona manu aut per uim, iurauerit, aut fortasse nondum possidens illa, sed cupiditate quadam lucri & possessionis illorum iurauerit, λαβόμενος & pro αἰχμαλωτίσας τὸν ὅρκον τῇ γλώσσῃ, capiens iuramentum lingua, hoc est, peierans, quemadmodum crebrò accidit, & iustitiam fugat expellitq; impudentia: non tamen impunè feret, sed diu talia cupientem & factitantem facilè μωρῶσι, obscurat, & deturbant de sua dignitate & excellentia.

μινύθουσι δὲ οἶκοι.) ἐλαττοῦνται, decrescunt & pessum eunt res familiares atq; domesticæ tali uiro: hoc est, propter iram atq; indignationem dei contra se excitatã undiquaq; conspicit suam domum ruinam minari, & tandem dilabi.

πολὺν δ' ἐπὶ χρόνον.) Hic quoq; occurrit tacitæ obiectioni. Fortasse enim Perses potuit dicere: Atqui uidemus periuros & impudentes, atq; alios horum similes opibus abundare, & illis feliciter omnia succedere. Vt igitur hanc occupationem soluat poeta, hæc subiungit: ἀλλὰ τὸ

οἱ.

μὲν

μὴ μενύθα, sed illa felicitas non durat longo tempore, sed euanescit paulatim. Sol:

μενύθα.) ἐλαττόται, ἀπὸ τῦ μενυὸς, ὁ μικρὸς uocatur Attice. πρῶγον autẽ τὸ ὀλίγον, ἀπὸ τῦ πρύω, πρύσω, τὸ σωζόμενον πρυόμενον, quod non diu durat, sed breui momẽto cessat. Deductũ est autem hoc nomen à sermone breui, qui breuiter enunciatus per linguam statim cessat & euanescit.

ἴσον δ' ὅδ' ἰπίτευν.) Postquam dixit retrò, quòd fatum siue potentia prouidẽtiæ periuris & uiolentis soleat pœnam & ruinam famæ infligere atq; irrogare, & quòd breui tempore felicitas illorum duret, soluit iam aliam obiectionem, quam Perses fortassis inferre potuit, se uidelicet non esse periurum. Ad hanc igitur respondens, inquit: Ille æquale periurio peccatum committit, quicunque supplicem & amicum aut extraneum quoque lædit & uiolat. Pergit postea, dicens: ὅστις ἢ ἀντιβαίνει διὰ λεπτοδίκου δίκης, ἀνὰ τὰ δίμοια ἢ ἀλόχῳ τῦ ἑῦ λωσιγνήτου, πορπαλίεια ῥίζων: hoc est, quicũq; adulterium committit cum uxore fratris sui. ὅστις τις ἐς τοῦ (pro τινὸς) ὀρφανὰ τίνυται ἁμαρτάνει: hoc est, quicunq; iniurijs afficit orphanos.

γήραος ἐκλῶ.) τῇ φλοιᾷ, peripbrastice senectutem intelligit. Dixit autem æquale esse peccatum, hæc omnia perpetrare, hoc est, simile, ἴσον ponens pro ὅμοιον: siquidem omnia peccata similiter dicuntur, hoc est, unum tam sit peccatum, quàm alterum. non igitur ἴσον posuit pro ἰσόμοιρον, quasi aliud peccatum alio nõ esset maius. Antiqui enim τὸ ἴσον dixerunt ἀντὶ τῦ ὅμοιον: donec Pythagoras fons & caput philosophorum, Archytas quoq; & Aristoteles, & qui illos secuti, τῶν πολυπραγμονούντων, hoc

eſt, multiplex illud ſtudium, uocare cœperunt τὴν περὶ φυτῶν φιλοσοφίαν, conſtituerunt, ut τὸ ἴσον, ἐπὶ τῆ ποσῶ dicatur, hoc eſt, de quãtitate: τὸ ὅμοιον autem, ἐπὶ τῆ ποιῶ, hoc eſt, de qualitate.

ἀλλὰ σὺ τὸν μὲν.) Sed tu omnino à talibus delectis arceas & abducas animum ἀνοίφρονα, hoc eſt, πορισμῶν μὲν μάταια φρονοῦντα, obuolutum & ſtulta cogitantem.

—λαζδύναμιν δ' ὄρδαν.) λαζδυνάμην, κατὰ τὸ δυνατὸν ποιῶν, pro uirili & in quantum potes, ὄρδα, hoc eſt, δύν, facias & offeras dijs, hoc eſt, animalibus potentijs. Nimirum, quantum potes habe in pectore & effectioni mandes optima & pulcherrima. Aut ἰοῖς δύν, hoc eſt, elementis & aſtris. Quod autem dicit, tale eſt: Pro uiribus omnia ſuo tempore facias, quæ decet te facere: in Vere quæ tunc oportet, & æſtate & reliquis anni temporibus ſimiliter. Conueniunt enim etiam anni tempora cum qualitatibus elementorum. Conſidera autem etiam præcipuas ſtellas, præſides temporum, quantum potes. Multum enim, imò plurimum ualent aſtra, non tantùm ut agricultura & plantandi ſtudium atque mercatura bene cedat: ſed breuiter, ad omnia quæ fiunt in uita, maximi ſunt momenti. Alia uerò interpretatio de ſacrificio dijs apud ethnicos fabuloſis præſtando, manifeſta eſt etiam caminarijs.

ἁγνῶς μὲν καθαρῶς.) ἁγνῶς de animo intelligitur: καθαρῶς autẽ pro ἀῤῥυπάντως, purè, impollutè, de corpore.

ἔστι δ' ἀγλαὰ μηρία κατὰ.) hiſtorica interpretatio non eſt obſcura, quòd uidelicet coxæ ſiue femora ſolebant

præcipuis

præcipuis dijs cremari. Allegoricè autem, per illa significarunt, se suas actiones, suáq; cœpta & animi cogitata dijs commendare, ut auspicata & fausta fiant, felicemq; euentum ac finem sortiantur. Quod & nunc significat poeta, dum inquit: Moderare uitæ tuæ cursum & omnes conatus tuos ad normam diuinæ mentis, ut sint auspicata & prospera, quæcunq; agis.

σπονδὴν.) *libatio, quæ fuit, quando in sacris fundebatur & offerebatur uinum. θῦμα autem suffitus est & aroma, odorem gratum excitans. Tale autem quippiam dicit: Nunc igitur ita instrue uitam tuam, ut te docui, tibique modum præscripsi, cohortans ut omnia decenter facias: utque sis solutus curis & lætus, nec ijs molestiam exhibeas, qui id minimè meriti sunt. Pro animo autem nunc dicit libationẽ. Vinum enim tenebras offundit menti, eamq; de gradu deijcit, aliquando etiam animum stimulat. quemadmodum de primo Hipponax inquit:*

ὀλίγα φρονέουσιν, οἱ χάλιν πιπτικόται:

Non multum sapiunt, qui merum ingurgitant.

Et Melanthius Tragicus de animo:

πλάσσει τὰ δανὰ, τὰς φρένας μεθιείσας:

Committit dura, transferens mentes aliò.

Sic igitur σπονδὴν posuit pro θῦμα, θῦμα autem αὖθις ἐπαίρει, θυμίαμα nanq; exhilarat animos: aut etiam contrarium, quia aroma fumũ excitat, etiamsi auspicatum. Vinum autem conciliat amicitiam & conuiuas facit.

ἅμμιν ὅτ' ἀνάσσῃ.) Noctesq; diesq; facias ea, quæ decent hominem studiosum & industrium.

ὅς νί τι ἴλαον.) Vt tibi ea quæ deliberas & facis, ex

animi

animi tui ſententia, & ſub bona conſtitutione elemento rum & temporum, atq; etiam aſtrorum, omnia ſuccedant dexterrimè.

ὄφρ' ἄλλων ἀνῇ λαῶν.) *Vt rem tuam rectè & cum iudicio adminiſtrans, aliorum hæreditatem ipſe poßis tibi uendicare.*

τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλῆν.) *Moralis & perſpicua paræneſis, ad cuius explicationem non eſt opus multis uerbis. Si uerò quis deſiderat prolixiorem eandemq; inutilem explicationem, is Proclum inſpiciat. τὸν φιλέοντα hoc loco uocat cum qui benevolum, tranquillum & quietum habet animum: ἐχθρὸν autem eum, qui alienum ab officijs amicitiæ & tumultuoſum ſe oſtendit.*

τὸν δὲ μάλιστα καλῆν.) *Illum uerò ſtudioſum amicitiæ, & tranquillum ac quietum hominem uoca, & conuiuam facias, qui non ſolùm talis eſt, ſed etiam proximè habitat.*

ἀ γαίρῃ νὴ χρῆμ' ἐγχώριον.) *Oſtendit iã, propter quam cauſſam dixerit, inter omnes amicos, & cognatos quoq; multos, imprimis colendum eſſe benevolum uicinum. & inquit: Nam ſinecessitas uel tumultus aliquis popularis inciderit, tales quidem uicini cinctu & armorum indumentis neglectis, aut ſeminudi ſolummodo illico accurrunt ad præſtandam opem & auxilium.*

ſώεσσιν ὄϊς.) *cinguntur prius, hoc eſt, moram faciunt, aut omnino negligunt, prætendentes alia negocia.* ωοὶ *autem uocantur cognati ex matrimonio filiarum, in τῷ* ωΐῳ, *quod ſignificat τὸ ἀιδοῖον.* ἐναλλαγγινῶς *autem poſtea omnes cognati* ωοὶ *appellantur.*

πῶμα κακὸς γέιτων.) *Hoc patet etiam ex hiſtoria. Aetoli & Acarnanes fuerunt mali uicini inuicem, qui propter caput & cutem ſuis Calydoniæ mutuis bellis ſe confecerunt. Similiter etiam Carchedonij & Byzantij, qui propter ſcalmum nauigij graui bello nauali ſe attriuerunt in Boſphoro. Talia exempla plura, & maximè priuatorum hominum, facilè quis inuenire poteſt.*

ἐκ τοῦ ἀλὸς μέγ' ὄνειαρ.) *Demonſtrat hoc Plutarchus. Aiunt enim de Themiſtocle aut Platone, quòd cum uellet prædiũ uendere, etiam hoc per præconem addendum cenſuit, quòd haberet bonum uicinum.*

ἐμμορῶν.) *ἔτυχεν, nactus eſt, ἐν τῷ μέρω, μορῷ μίμορα, & per ἐκθλιψιν ἴμορα, & Aeolicè ἴμμορα. Aut ἐν τῷ μοῖρα, ſors, portio, ὁ μέρος, ἴμοιρι, quod eſt ἴσχειν, habere, & per additionem literæ μ ἴμμοιρι, & per ſyſtolen ἴμμιρι.*

τιμῶσι.) *Honorant enim ſe inuicem boni uicini.*

ἐπ' αὖ βῶς.) *Duobus modis explicari poteſt. uno modo ſic: Bos nullius iumenti, quod eſt in laboribus ſuis, dãnum faciet is qui fidum & beneuolum habuerit uicinum. Aut hoc modo magis allegoricè: ἡ βῶς ἡ ὑπὸ ζυγὸν, bos nupta, hoc eſt mulier, non adulterabitur, ſi non habueris malum uicinum.*

τὸν μὲν μεθ' ἁδῆν παρὰ γείτονα.) *Poeta cum ſciret fratrem Perſen ex rapinis in ocio uiuere, informauit ipſum, dehortans ab illa peruerſitate, ipſumq; œconomicum facere conatur, præceptis ijs quæ ſuprà explicauimus. Nunc autem, quia non ignoraret ipſum ſolere ijs qui ipſi mutuum dederunt, ſubtrahere mutua, de hac quoque re ipſum admonet, & inquit: Bene & accuratè rem menſu-*

mensuratam mutuò accipias à uicino, in mensura nimirum & uase, siue medimno aliquo accipiens id quod mutuaris: ut uerbi gratia, frumentum, oleum, uinum, & similia. Bene autem postea restituas illi uicino mensuram eãdem siue μεδιμνὸν, quo modo aliquis dicere posset, aut etiam cumulatiorem, si possis: qua ratione gratiam apud illum demereberis, ut etiam in posterum, si opus sit, & mutuum accipere uelis, inuenias ipsum paratũ & promptum ad subministrandum. Differunt ista, μέτρῶν, σταθμᾶν, ἀριθμᾶν. ἀριθμᾶν enim de calculo siue numero dicitur: qualis est unum, duo, & reliqui numeri. σταθμᾶν autem de ponderibus: ut si aliquis fortè dicat ἰσταθμήθη, intelligit de graui aliquo pondere. μέτρῶν deniq; dicitur de mensura, hoc est medimno siue uase aliquo reponere aut tradere aliquid: ut frumentum medimno, uinum & oleum metretis & urceis.

μὴ λιχνὰ κερδαίνειν.) μὴ κακῶς κέρδαινε, ne facinus quæstum malè, hoc est, iniustis modis.

τὸν φιλέοντα φιλεῖν.) Plutarchus expungit hos uersus, dicens, nunquam fieri amicum, si alter amicorum uelit expectare, donec se alter amicum reddat. Res autem non est talis, sed hoc dicunt illi uersus: Eum qui habet benevolum animum, & solet præstare officia amicitiæ, amore prosequaris. Et accedenti, hoc est, suauem habenti animum, adq; conuersandum idoneo, accedas, hoc est, suauis esto erga illum, & cum eo contrahe familiaritatem.

καὶ δόμεν ὁππόσον ἄν.) quicunq;, si modò possit, sit liberalis, quàm maximè ut dilexerit. facilis ad subministrandũ. Et ne aliquid conferas in illum, qui contrario modo se habet.

habet, hoc est, in illiberalem & sordidum. Ille infinitivus Δόμεν *Ionicè hoc loco profertur. Et illud* Δότη *&* ἀδότῃ *similiter est intelligendum, sicut priora, id est, liberalem animum habenti, & econtrà illiberalem.* Δότην *autem &* ἀδότην *per* ε μικρὸν *scribuntur: Atticè autem hoc loco producuntur, scripta per* ω μέγα.

δῶρα ἀγαθὰ.) Non indigent *ista explicatione longiori. Sunt enim manifesta & perspicua.*

ὁ μὲν γάρ κεν αὐτὸς.) Nam qui ultrò & sua voluntate contulerit aliquid beneficij, etiamsi id magnum fuerit, gaudet & delectatur hac contributione.

ὃς δέ κεν ἀνὴρ ἀπάλλῃσι.) Qui uerò impudenter aliquid surripuerit, etiamsi exiguum fuerit, tristitia afficitur tamen in à quo surreptum fuit. μαχεῖν enim hoc loco idem est quod τὸ λυπεῖν, perturbans, ducta metaphora ἀπὸ τῆ πάχνης, τῆ λυπούσης τὰς λήϊα, à pruina nimirum, affligente segetem.

ἀ γάρ κεν σμικρὸν.) Demonstrat, quomodo pusillum ablatum contristet, & inquit: Nam si illud exiguum sæpe iteraueris, statim illud maius fiet.

λαζοίατο.) pro *λαζοίτης*, optatiuus pro subiunctiuo.

ὃς δέ κ' ἐπ' ἤδη φίλῳ.) quicunq; substantiæ suæ iam præsenti addit, suasq; res cumulat, effugiet aduentem ex ea lidam famem.

οὐδέ κε δ' ἐν οἴκῳ λαζανεύμενον.) Neque res cumulatæ ex domi positæ contristant molestiaq; afficiunt hominem.

κέρδιον ἐν οἴκῳ θέμεν.) Satius est domi habere repositos annuos fructus, noxium uerò foris. Triste enim et moles-

stum est animo, si domi non iaceant, sed aliunde necesse sit emere atq; comparare.

ἡδὺ μὲν παρεόντ' ἐπὶ θύρῃσι.) *Iucundum est fructibus annuis domi repositis frui, eosq; habere in promptu, cum est opus. Molestum autem & incommodum, illis domi carere, & ex tabernis atque à mercatoribus frequenter emere uel emendicare.*

ἃ σοι φράζεσθαι ἄνωγα.) ὑποτίμησις. *Quæ tibi consulo & te admoneo ut facias.*

ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος.) *In patrijs festis Græcorum solebant etiam peragi Ascolia & festum quod Pithœgiam uocant, in honorem Bacchi, hoc est, uini ipsius. Et Ascolia quidem hoc modo celebrari solebant: Vtres (quos ἀσκοὺς uocant Græci) inflatos spirituq; impletos ponebant super terram, & uno pede resultantes supra illos ferebantur. Sic aliquoties delapsi, in terram cadebant. Hoc autem fecerunt, ut dixi, honorantes Bacchum. ἀσκὸς autem ille siue uter, fuit cutis hirci, qui ramos uitis depascens corrumpit. Pithœgia autem fuit conuiuium, instructum propter compotationem. Solebant enim eo tempore relinere dolia, atque omnibus communicare dona Bacchi. Hoc igitur etiam hoc loco dicit. Aperto primùm operculo dolij, ad satietatem usque cum mercenarijs & domesticis tuis uino indulge. Nam si permittas infra labra consistere in principio, acidum fiet & uapescet. Similiter etiam in fine, uacuato iam penè dolio, inutile fit uinum, præterquam quòd etiam fex perturbat & contristat.*

μναῖο

μανθὰν δὲ φάδι.) Quia unum tum est optimum, & uerendum, ne postmodum ad necessitatem deficiat. Alij uerò allegoricè de tribus ætatibus dolium explicant: nimirum de pueritia, iuuentute & senectute. Et dicunt, quòd in pueritia & senectute constituti indulgere debeant genio & uoluptatibus huius uitæ, in iuuentute autem laborandum esse.

ἐμὲ γὰρ σὺ νέον πυγοστόλε βαπτάτω.) Manifesta sunt ista, in quibus si desideras prolixitatem, Proclum consule.

σὺ νέον.) pro σοῦ τὸν νεῦν. Schema, quod à Græcis ἀντίπτωσις uocatur.

πυγοστόλε.) ὁ τολίσσας τὰ περὶ τὰν πυγὰν μέρη ἐσθίουσα τοῖς, uestiens & exornans partes natibus uicinas, cingulis & alijs. Aut ὁ τολίσσας τὰς πυγᾶνας, ἢ τὰ περὶ τὰς πυγὰς, ἢ τὰς χεῖρας, περιβραχιονίοις ἢ δακτυλίοις, exornans lacertos & cubitos atque manus armillis & annulis.

λωτίλλουσα.) πολυλογοῦσα, garrula. λωτίλη enim birundo propter garrulitatem ab Anacreonte & Simonide appellatur.

λωτὸν.) τὸν φωλεὸν, lustrum. Nunc autem aut locum aut uinum significat.

φιλήτορσι.) furibus, furripientibus aliena, & omnibus malis, παρὰ τὸ φιλᾶν τὰς ἄτας, & hoc ut scribatur per ι: aut παρὰ τὸ φυλᾶν, τὸ ἀπατᾶν, à decipiendo, per υ scriptum.

μυνυγοῦσ' ἢ πάϊς.) Prætermitto illa quæ Proclus adfert, quæ; uolentibus considerare relinquo. Ego autem sic

dicto: postquam poeta multa praecepta de uarijs uirtutibus Perſæ fratri præſcripſit, adhortatur eum iam hoc loco, ut ſe coniungat uni tantùm mulieri, & non pluribus, ne uidelicet ex contrarijs ſibijpſi & ex diuerſa matre geniti filijs, triſtitiam ſibi comparet & improuiſam mortem, dum occultè mulieres & filij contra ſe mutuò conſpirant, uitæq; ipſius inſidiantur: quemadmodum Æſopi fabula duas mulieres introducit facientes caluescere ſemicanum.

μητρὸς ἓν κάδε.) hoc eſt, liberi nati ex una eademq; matre, fratres uterini.

ἑνὶ.) ἑνῳ, pro τῷ ἑνὶ.

φορβίμῃσι.) pro τῇ βοσκάδι, ad alendum.

ὡς γὰρ πλείστῳ ἄϊξεαι.) Nam hoc pacto, ſi ex una mulierе habueris liberos, nec pluribus te coniunxeris, ſumes incrementum tuæ opes, laborem tuum adiuuantibus & uxore & liberis.

μεγάροισιν.) Nunc abuſiuè omnem domum ſimpliciter μέγαρον uocat. Propriè autem μέγαρον uocatur locuples & copioſa domus, παρὰ τὸ μεμάρθαι, τὸ φλεγμαίνειν, inuideo.

γεραιὸς ἦ Δάρης.) Proclus & Ariſtarchus aut Plutarchus hoc non poſſe intelligi affirmant, & eſſe ſuperfluum. Ego autem dico, optimè ſenſum horum uerborum intelligi, atq; hoc loco conſiſtere poſſe. Inquit enim, ſi uni tantùm mulieri, non autem pluribus, coniunctus fueris, ideoq; multos liberos non genueris, augebuntur tuæ opes, & ſine triſtitia uitam degens, ad magnam ſenectutem peruenies, nec immatura morte occumbes. Si uerò multis mulieribus coniunctus, magnam liberorum copiam ge-

18.

mueris, singulæ cum suis liberis portionem aliquam de tuis facultatibus subtrahent, itaq; calamitatum & afflictionem occasionem præbebunt, ut acerbam cogaris experiri senectutem, & præterea improuisam mortem, quæ solet post afflictiones cõtingere. Aut certè acerbam uitam deges propter apparatum uenenorum, quæ mulieres zelotypia laborantes conficere solent.

NOTA.

ἔκφυγεν παῖδ' ἀν λιπαλίκτην.) ἀντὶ τῦ τὸν παῖδα, simpliciter, filium, hoc est, liberos in uita relinquens superstites.

εἰ πολλ' ἐν πλούτοιεν.) etiamsi multos liberos uterinos genueris, etiam hac ratione ipsis diuitiæ à fato contingent, nimirum omnibus simul laborantibus.

πολλὸν μὲν, πολλὸν μελίτης.) Magnæ quidem impensæ fiunt in nutritione multorum liberorum, maius uerò lucrum emergit ex laboribus ipsorum. De rusticis autem liberis loquitur, non de politicis, qui urbes inhabitant. Nam isti utplurimum tantùm caussæ sunt impensarum.

εἰσὶ δὲ καὶ πλόοι.) Tum uerò animus si cupit diuitias ad iustum modum, oportet ut tradas te labori, & nunquam quiescens, unum laborem super alium exerceas, & sedulo urgeas. Hinc autem digreditur poeta, ostensurus deinceps, quæ tempora singulis laboribus conueniant: nimirum arationi, sationi, & messi atq; uindemiæ, & præterea nauigationi, & alijs necessarijs operibus.

IN HESIODI LIBRVM SECVNDVM ANNO tationes.

Πληϊάδων ἀτλαγενέων.) *Quo tempore Atlantis filiæ* Pleiades *peragunt matutinũ ſuum ortum, non ueſpertinum, meméto meſſem facere: terram uerò uertere & ſementim facere, quando eædem occidunt, ſiue paulo pòſt occident, occaſu nimirum ueſpertino, non matutino. Sed enarremus primùm hiſtoriam, & poſtea aliquid μαθηματικώτερον indicemus. Iapetus Cœli filius, & Clymene, aut Aſia, Oceani filia, genuerunt (ſicut fabularum authores prodidêre)* Prometheum, Epimetheum, Menœtium, *& hunc, de quo agimus,* Atlantem: *quem etiam fabulantur columnas ſuſtinere, quæ terram atq; cœlum attingunt, eaſq; coniungunt. Ex hoc* Atlante & Pleione Oceani *filia genitæ ſunt filiæ ſeptem, de quibus* Aratus *loquitur in ſuis* Phænomenis, *hoc modo:*

Ἑπτὰ δέ τοι τάγε κουρίδιοι ἐκλήθησαν,
Ἐν οἰκῷ πρὶν ἰοῦσι νεωτάτῃ ἠφαλαμείῃ,
Ἀλκυόνη, μερόπη τε, Κελαινώ τ' ἠλέκτρη τε,
Καὶ στερόπη, καὶ ταϋγέτη, καὶ δῖα Μάϊα.

Quæ ſic Latinè ſonant:

Vergiliæ ſeptem perhibentur more uetuſto,
Aſt oculis tantùm cœlo ſex eſſe uidentur,
Alcyone, Meropéq;, Celæno, Taygetéq;,
Electre, Steropéq;, ſimul ſanctiſſima Maia.

De his

De his Pleiadibus fabulãtur, quòd Orion ipsas una cum matre Pleione, per integros quinq; annos, in Bœotia persecutus fuerit, cupiens illarum congressum. Sed illæ precatæ Deos, in columbas mutatæ sunt: quarum postea miserius Iuppiter, ipsas in zodiacũ collocauit. Alij uerò quidam aiunt, Atlantem duodecim filias habuisse, & filium unum, Hyantem nomine, quem in Libya feras persequentem serpẽs sustulit. Et illarum quidẽ quinq; cum fratrem defunctũ lugerent, periisse, quas Iuppiter in stellas conuertit, Hyadas nũc uocatas: quarum nomina Ascræus hic Hesiodus in Astronomico suo libro indicauit, dicens:

φαινόντι, ἡλί κεραυνὸς, ἐϋγιφαής τε κλίσα,
φαιὴ δ' ἰμερόεσσα, καὶ ὀδόφι ταυύπτιλος,
νύμφαι, ἃς ὑάδας καλέουσι φύλ' ἀνθρώπων.

Pleiades uerò, quomodo in cœlum sint collocatæ, iam diximus. Sed de Atlante fabulam allegoricè atq; historicè explicemus. Atlas ἀπὸ τοῦ ἀτλάζειν est axis dissterminans & diuidens hemisphærium, quod est supra & infra terram, filius Iapeti, hoc est, motionis cœli, eò quòd ab initio, dum confusum adhuc esset hoc uniuersum mundi corpus, accidit ut aer, quemadmodum Græci statuunt, uehementiori quodam motu impelleretur, & hoc modo superius & inferius hemisphærium secederent atq; separarentur, qua separatione partes uniuersi distinctæ & in ordinem certũ redactæ fuerunt. Ita natæ quoq; sunt filiæ Atlantis & Hyades, & reliqua sidera atq; astra omnia: quia post separationem duorum hemisphæriorum apparuerunt, formamq; certam, quam nunc retinent, adeptæ sunt. Columnæ autem, quas Atlas, id est axis, utrinq;

complectitur, sunt duo poli, septentrionalis & australis. Et hæc sunt dicta de elementali Atlante, qui axem mundi significat. Fuit autem etiam quidem Afer, uir celeberrimus in mathematis, Atlas nomine, de quo fabulantur, quòd cœlum teneat, eò quòd optimus Astrologus fuerit, & accuratißimam rerum cœlestium cognitionem habuerit. Cuius filij fuerint Hesperus & Hyas: & filiæ, Pleiades & Hyades, amore mutuo coniunctißimæ. Quos & quas pater sapientißimus cœlo adscripsit locauitq;, ut hoc modo manifestiores occurrant oculis astrologorum, quòd nomina habent: atq; ita liberorum eius nomen duret in astris, omniq; æuo circumfertur. Hoc autem etiam alij innumeri fecerunt, quemadmodum etiam in Ptolemæi gratiam Conon insignis mathematicus affixit cœlo comam Berenices. Ad eundem modum etiam aliæ omnes stellæ, omniaq; sidera in cœlo locum obtinuerunt, nominaq; acceperunt. Non enim, postquam mortui sumus, ut uolunt quidam ethnici sapientes, in sidera conuertimur, quos Aristophanes Comicus irrisit. Sed omittamus friuola, & alienam à nostro instituto historiam de Orione, quomodo is dicatur persecutus esse Pleiadas, quæ tamen longo tempore ante ipsum uixerunt: & de incendio Electræ in expugnatione Troiæ, quæ post septem secula accidit: dicamus potius aliquid de eo, unde nimirum πλειὰς nomen acceperit: quo explicato & quibusdam alijs leuibus, transibimus ad doctrinam de ortu & occasu stellarum. Qui uerò desiderat archãgelicas uirtutes sub Pleiadibus contemplari, sicut etiam sub Musis, is Proclum inspiciat. Nos enim nihil tale superfluum neq; sublime cognoscimus,

gnoſciimus, ſed quod ſit perſpicuum & ueritati congruũ, niſi accidat ut alicubi aut falſam aliquam hiſtoriam redarguamus aut corrigamus, aut aliquid inuolucris fabularum rectùm interpretemur, aut ſine arte ſcriptum ſecundum artis præcepta explicemus: idq; non grandi atq; ſublimi genere dicendi, nec magnificis uerbis, tantumq; ad oſtentationem comparatis, ſed perſpicua & pedeſtri dictione, quemadmodum docendi ratio requirit. πλειάδες uocantur ἀπὸ πλείονες ἀλλήλων ἢ αὐτῶν inter ſe, à Pleione matre ipſarum: aut ἀπὸ τῦ πελειάδας κύτας γενέσθαι, quòd in columbas conuerſæ fuerint, dum fugerent Orionem: aut παρὰ τὸ εἰς πολλὰ χρησιμεύειν, ἐπὶ quòd ad multa proſint. Sunt enim ſigna æſtatis & ſationis. Αἶπτ quòd πλησίον ἀλλήλων ἴασι, περὶ τὸ λαιὸν κέρας τῦ ταύρυ, quòd prope ſe mutuò conſiſtant, circa ſiniſtrum cornu Tauri. Obliuione impeditus etiam de Hyadibus ſcribere, dixi Pleiades ad ſiniſtrum cornu Tauri ſitas eſſe. Sciendum igitur, quòd Hyades ſitæ ſunt circa illam ſiniſtram partem: Pleiades autem ad poſtremas partes Tauri, & ferè in medio. Correctio ſuijpſius.

ἀντλαυγάων.) Apud Proclum aliquid ridiculum legitur, eorum qui dicunt τὸ ἀτλαυγάων, dicendum eſſe ἀτλαυλιαυγάων. Ego autem dico etiam utrunq; bene ſe habere. Flectitur enim ἄτλας ἄτλαντος, & ἄτλας ἄτλα, unde factum hoc ἀτλαυγάων.

ἐπιπλλαμβήων.) Quandoquidem iudicaui eſſe operæpretium, doctrinam de ortu & occaſu ſiderum explicare, oportet me primùm ſummatim & breuiter explanare omnium ſtellarum ſitum in zodiaco, obliquo illo circulo,

culo, qui declinans à Septentrione ad Austrum fertur. Altorum segmenta sunt decem & duo, quæ Græcè etiam ſidia appellantur. Latinis signa, quorum hæc sunt nomina: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. In singulis autem septem zonis cœlestibus, quas etiam sphæras uocant, aiunt unam esse stellarum errantium, in suprema quidem, eaq; prima sphæra Saturnum, in secunda Iouem, in tertia Martem, in quarta Solem, in quinta Venerem, in sexta Mercurium, & in septima, eaq; infima & terris citima, Lunam. Vocantur planetæ, siue stellæ erraticæ, quòd ab occasu uersus ortum moueantur, motu nimirum cœli contrario. Atq; ita signa zodiaci, ut dixi, sunt duodecim, planetæ autem siue stellæ erraticæ septem. Sydera uerò fixa annumerantur triginta octo: nimirum, Vrsa maior, Antecanis, Vrsa minor, Equus, Serpens, Aquila, Delphinus, Sagitta, Cassiepeia, Lepus, Perseus, Cetus, Andromeda, Orion, Auriga, Centaurus, Corvus, Hydrus, Capra, Lyra, Hœdi, Geniculatus, Corona borealis, Argo, Corona australis, Eridanus fluuius, Pleiades, Thuribulum, Hyades, Arctophylax, qui & Bootes, Serpentarius, Cepheus, Canis, Arcus, Cygnus, Crater, Piscis, Nodus. Hæc omnia signa, & tam errantia quàm fixa sidera, duplicem conficiunt ortum, & duplicem occasum. Vnum quidem, quando unà cum toto cœlo oriuntur singulis diebus, ab inferiori hemisphærio ad superius, & rursus à superiori ad inferius occidunt. Alterum uerò occidentem ortum & occasum peragunt cum sole circa annuum circulum. Or-

Cur planetæ 7. dicuntur errare & non cadere.

Asterismorũ numerus & nomina.

tum,

tum: matutinum & uespertinum, & occasum similiter. Quales autem sint hi ortus & occasus, & quando quomodoq; fiant, iam aduerte.

Quando aliqua stella aut sidus aliquod in præcedentibus & primis partibus alicuius signi constiterit, quas etiam dextras & orientales appellant, sol autem præcurrens in sequentibus partibus signi eiusdē fuerit, quas etiam sinistras & occidentales uocant, quindecim gradibus distans à stella, tunc dicitur stella matutinum ortum quo ad solem habere. Si uerò in primis partibus sol cursum tenuerit, stella autem in sequentibus, ab ipso per quindecim gradus distiterit, tunc dicitur uespertinum ortum ad solem habere. Occasus autem matutinus stellæ est, quando in præcedentibus stella apparuerit, in sequentibus autem sol moueatur, distans à stella quatuordecim aut tredecim aut paucioribus gradibus. Occasus denique uespertinus, quando acciderit contrarium: hoc est, in præcedentibus quidem partibus sol moueatur, sequentibus autem stella, quatuordecim aut tredecim aut etiam paucioribus gradibus à sole distans. Isti sunt ortus & occasus stellarum. De stationibus autem & defluxibus, tum de coniunctionibus & ascensionibus, atque alijs accidentibus stellarum, superfluum fuerit, aliquid hoc loco commentari. Ἐπιτολὴ siue ortus Pleiadum fit à nona die Maij usque ad Iunij diem uigesimum tertium: occasus autem illarum, ab octauo die Octobris usque ad nonum Decembris. perspicuè & medicè loquendo. Mathematicè autem aliquid iste exquisitius considerare possit, sicut prius indicauimus.

Dextræ & orientales partes zodiaci.

Occasus matutinus.

Occasus uespertinus.

Illud

Illud uerbum ἀρχεσθαι & omnes infinitiuos, pro imperatiuo ponit poeta. Aut intelligit in omnibus uerbum δίκη, ut sit δίκη ἀρχάζεσθαι, δίκη σπάρειν. βοωτᾶν, et similia.

ἄμητος.) messis: ἀμητὸς uerò accentu in ultima tempus ipsum messis. Quando sol finem signi Arietis occupauerit, appropinquant ei Pleiades, eò quòd post Arietem Taurum sequitur, in cuius cinctu ipsæ sitæ sunt, ideoq; omnino occultantur sole ad ipsas propius accedente. Postquam igitur toto Aprili mense sol peragrauit Arietem, nouem diebus ante initium alterius mensis quàm proximè attingit Pleiades, eumq; obscurat maiori suo lumine. Nam post confectum cursu suo Arietem, accedit ad Taurum, eumq; percurrit, toto mense Maio. Maium autem habet dies XXXI. Nouem igitur & triginta unum faciũt quadraginta. Postquam autem cõfecerit Maium, in quo peragrauit signum Tauri, accedit ad Geminos, mense Iunio. Percurso igitur Tauro & Pleiadibus, quæ sunt in illo, & applicans ad Geminos mense Iunio, tunc illæ nullo impedimento exoriuntur mense Iunio, quo messis tempus designant.

πλειάδων ἀνιουσέων.) Nam eo tempore, quo aratio debet fieri, nimirum circa Octobrem & Nouembrem, proprie exoriuntur. Est enim ἐπιτολὴ siue exortus affulgentia stellarum post occasum solis. Ita pleiades tempore arationis, nimirum mense Octobri & Nouembri, exoriuntur uespere, postquam sol occiderit: æstatis uerò tempore, nempe in Iunio & Iulio, exoriuntur manè.

ἐκ δὲ τεσσάκοντα τε νύκτας τε ἠμάτα.) quadraginta νυχθήμερα, dies naturales. Primum in zodiaco signum est Aries, post ipsum

ipſum Taurum, poſt Taurũ Gemini: in medio autem Tauri, nimirum in cinctu illius, ſitæ ſunt illæ Pleiades, ſex numero, quæ uulgò etiam ἐξάστριον uocãtur. Taurus autem talem habet figuram, ut uſque ad mediam partem pedes non habeat. Quando autem ſol per ſignum Arietis mouetur, illudq; percurrit, quod fit meſe Aprili, tranſit inde per Taurum menſe Maio, quemadmodũ ſuprà diximus.

χαραξομένοιο σιδήρου.) Poſtquam Heſiodus Perſæ exortu & occaſu Pleiadum, æſtatis tempus & arationis indicauit, iſta uerò cognitio homini plebeio uideatur eſſe difficilis, iam apertius, & exemplo exuita communi deſumpto, demonſtrat ipſi exortum Pleiadum, & inquit, quòd Pleiades eo tempore exoriantur, quando agricolæ acuunt & conſolidant falces, atq; ad meſſem præparant. Præmittit autem meſſem arationi & reliquis laboribus, ut propter ſpem lucri excitet fratrem ad agriculturã, quem natura procliuem ad ocium & deſidiam eſſe nouerat.

αὐτὸς τοι πυκίνην πέλλαν νέμου.) Præcidens omnem prætextum, quem Perſes adferre potuiſſet, inquit, Hanc legem eſſe agriculturæ, ut aratio fiat ſub occaſum Pleiadum, meſſis autem ſub ortum earundem: eaq; tempora idonea eſſe tam ijs qui marina arenoſaq; & pinguia loca accolunt, quàm illis qui in locis mediterraneis opimiſq́ue, & procul à mari remotis habitant.

γυμνὸν ἀνάρυν.) Vult meſſem, ſationẽ, & arationem nudo corpore fieri. Hoc autem dicit, exhortans ipſum, ut bos labores maturè & ante hyemem perficiat: aut ut fortiter & magna uirium intentione laboret, quæ tantum

tum ipsi, astrum comparet, ut se denudare cogatur. Quòd subiungitur, ἀ χόειν: & illud, ὄφρ' ἂν τοι ἔτος ἅπαν ἔῃ' ἔἴξηται: est planè inanis uerbositas.

μή ποτε τὰ μίλακι χατίσῃν.) Ne si careas aliquo interim spacio, mendicare cogaris, aut instar mendici nudus & egens petas alienas ædes.

ἐπιδώσω.) hoc est, gratis & gratuitò condonabo, nec mensurabo aliqua mensura uel medimno.

δυοὶ δ' ἐτυμήσασθε.) Deos nunc uocat astra aut elementa. Nam ex astris, agriculturam & alios labores omnes determinamus.

Hic locus quia est corruptus, commodè non potest conuerti.

ἐτώσιον.) μάταιον, uanum, ducta metaphora ἀπὸ τῶν γυναικῶν, αἵτινες ὥσανεὶ δὲ παραδραμόντες τὸ ἀληθὲς ἕτερόν τι γυναικεῖον, ἢ φυτάριον, ἢ ἑτέροις τισὶ τοιούτοις ἐβλάβησαν.

οἶκον μὴν πρώτιστα.) Exhortatur fratrem, ut ante omnia de domo sibi prospiciat, quæ cum ipsum, tum reponenda comprehendat: tum de muliere, quæ sit ἄκτητος, mercenaria, non nupta, & quæ boues sequatur, hoc est, quæ ad rusticanam rem pertinent custodiat, neque tamen sit παιδοποιὸς, sed mulier tantùm ad famulandum destinata.

κτήματα.) Instrumenta ad agriculturam pertinentia, & alia, quorum est usus necessarius, & quæ ἁρμόζοντα, id est, ἁρμόδια sunt, id est, competentia, des operam ut præpares, domiq; tuæ habeas. Illud ἁρμόζοντα, etiamsi sit ἀπὸ τοῦ ἁρμοδίου factum, tamen accentu tenui scribitur, per συγκοπὴν εἰωθυῖαν. Omnia enim talia cum sunt perfecta, aspirantur: contracta autem, tenui accentu proferuntur. ut illud ἁλλόμενον, saliens, & ἁρμοζόμενον aspirantur.

ſpirantur. dicimus enim ἐφαφυσῆσθαι & λαλαλύμενος, ſicut Homerus:

ἢ τε λαβαλύμενον, ἐσσυμένη πτέρυγι ὀρίνων.

Deducta autem ab illis, αὔω & ἄλω, per contractionem Acolicam attenuantur: ſicut hoc loco illud πάντ' ἄμυλα: & apud Homerum, ἰπάλμῳ & ὀξὺ δορί.

...ὁ δ' ὥρῃ παραμείβεται.) Prætercurrat autem tempus opportunum ſingulis, ut arationi, ſeminationi, & alijs laboribus.

. μενύθει.) σμικρύνεται, ἐλαττοῦται. μινὺς enim idem eſt, quod ὁ μικρός.

μηδ' ἐναβάλλεσθαι.) Neq; reijcias de hodierno die in alium, expectans uſq; ad poſtremum & primum diem menſis, ſiue μίχθην ἢ ἀρχομένην, ad principium menſis. Ex nomine autem ἐνὸς ἐνί, factum eſt illud ἐνι, quod inde per duplex ν ſcriptum tenui accentu profertur, τἄquam Aeolicum. Aeoles enim hoc facere ſolent.

ἀτωσιδρὸς.) qui poſt tranſcurſum conuenientis temporis laborat. Aptiſſimè autem & propriè ponitur hoc loco τὸ ἀτώσιον, & non ita abuſiue, ſicut in alijs locis.

λαλιὴν.) Domum ſignificat hoc loco. Antiqui enim, antequàm domorum ſtructuræ eſſent inuentæ, in certis quibuſdam locis alligabant funes, λαλιὰς Græcis uocatos, ſuperq; illos extendebant aliquid, atq; ita umbratilem ui tam degebãt. Aut ἀπὸ τῶ λάϊον, lignum, λαϊὰ, tuguriũm ex lignis factum.

ἅμα δὲ λέγει.) Poſtquam docuit, quod ſit tempus idoneum arationis & ſeminationis, iam deinceps monſtrat tempus cædendis materijs aptum, & inquit: Quando

autum-

autumnale æquinoctium aduenerit, & solis sudores facientis æstus euanuerit, nec sol amplius supra uerticem nostrum maiori diei parte constiterit, sicut factum est æstatis tempore, quo radijs suis nos arefecit exiccauitq;, sed quando plus tẽporis uersatur infra terram, noctesq; prolongat, & exiguo spacio diei supra uerticem nostrum mouetur, tunc est conuenientissimum tempus secandis lignis & materijs. Nam ligna quæ illo tempore secta fuerint, conseruari possunt imputrida, exiccata nimirum maxima humiditatis portione. Immoderata namq; humiditas putrefactionem & uermes efficit, quemadmodum caliditas firmitatem & odoris gratiam. Et hoc licet cognoscere ex palustribus & humidis locis, tum ex calidis & modicè siccis. Nam palustria loca putredinem & culices, muscas & uermes & similia in magna copia generant. Aegyptus autem, quia est regio calidissima, abundat aromatis alijsq; rebus suauem odorem exhalantibus. Similiter accidit etiam in corporibus humanis. Corpulenti namq; & pingues ac humidi, molestum odorem emittunt, ac potissimùm in æstate & pigmentis delibuti magis sordescunt. Qui uerò temperamento sunt calidiori & sicciori, ex illis quidam in medio quodam statu sunt constituti, ita ut neq; fœteant, neque alium quemuis odorem emittant: alij uerò etiam aromatis odorem ex corporibus exhalent diffundantq;, quemadmodum de Alexandro illo Macedone scribit Theophrastus. Et nobis quoq; sæpe aliquis non credidit, qui non uteremur aromatis, neq; unganur intus, præterea lauacris quoq; non uteremur, nisi aliquando toto anno bis aut ter.

Tempus conuenientissimum lignis secandis.

ἅμα.)ἅνίνα, quando. Hoc ἅμα accentu tenui ſcribitur ab Ionibus, & non conſtruitur cum ſubiunctiuo. Apud Atticos autem & aſpiratur, et ſicut ὅτι & ὡς, ſubiunctiuum præcedit. Ita ſecundas quoq; perſonas paſſiuorum uerborum ſcribunt per diphthongum, τούσομαι τούσῃ, ἵψομαι ὄψει, & ſimilia. Vnde Grammatici qui nodum in ſcirpo quærunt, nugasq; temerè comminiſcũtur, neſcientes dialectorum rationem, artem Grammaticam miſerè corrumpunt, & friuolas annotationes annotant. Præterquam omnia Dorica. Dores enim omnes infinitiuos per ῆλα ſcribunt. Superlatiui autem τρεσβύτατος & ξενότατος ab omnibus per ω μέγα ſcribuntur, ab Aeolibus uerò per ο μικρὸν. Ita τὸν ὄρον & τὸν γέλων ſimiliter Aeolicè per ο μικρὸν, Atticè autem per ω magnum. Sic oportebat hæc docere. Qui uerò dialectos & ueram Grammaticam neſciunt, ij nodis nugarum detenti, ranis uagientibus & inſipientibus pueris tam inexplicabilia zizania inſtillarunt, & artem deprauarunt, neſcientes, quòd hoc Ionicè ita ſcribatur, illud autem Atticè, & hoc uel illud communiter. Talia etiam in arte metrica contigerunt, ut iam ſicut ipſis in mentem uenit, & non ſecũdum ueteres ſapientes, dichronis & nominibus utantur, & ſcribant dithyrambica, & adulterata, Grammaticæq; adnexa, & tamen à noſtris cauponibus in precio habentur. Caupones enim appello eos, qui hoc tempore ad gubernacula ſedent in aulis dominorum, tanquam ſubiecti adulationum, & adulterata ſcripta non dijudicãt recto examine, ſed alicubi illa, imò uerò ubique etiam ſcriptis ſecundum artem præferunt, eaq; extollunt. Quemadmo-

Hęc ſunt conuerſa ex corruptis periodis in exemplari Græco.

dum illi qui olim ementita scripta Euripidis sapientibus scriptis Aeschyli prætulerunt, relinquentes sempiternum suæ stultitiæ monumentum. Possunt enim conuinci collatione utriusq; scriptorum etiam hoc tempore. Euripidem enim præferunt Aeschylo tanquam tabernarium, & conuiuam cauponum, circulatorem & cauillatorem. Aeschylus uerò fuit uir primarius & sapiens, regioq; stemmate prognatus, & bello nauali cum Xerxe pugnauit, victoriamq; adeptus est in Epiro, nec rusticam uitam interq; pocula ætatem egit, præterea expers fuit adulationis, & generositatem in omnibus suis factis retinuit. Vnde huius sapientiæ & generositatis ab illis tale iudicium immeritò retulit: quemadmodum ante Aeschylum ueritatis pœnam sustinuit Pherenicus ille Tragicus, multatus mille drachmis, quòd Mileti expugnationem à Persis factam descripsisset, & theatrũ ad fletum commouisset. Similiter & Pindarus multam mille drachmarum expendit Thebanis, quòd Athenas ὄρεσμα ἰλλάδος, hoc est, sustentaculum Græciæ appellauisset. Hæc fuerunt olim, & adhuc sunt hoc tempore præmia ueritatis, & aperti sineq; adulatione loquentis animi.

ἐξηγ ἠελίοιο.) τ ἐξυπνότητι, qui celerius mouetur quàm aliæ stellæ fixæ, non quidem super cœlo. Nam cœlum intra spacium diei naturalis circumuertitur, & ad idem punctum redit, à quo progressum fuit: Sol uerò intra anni unius spacium similem cursum conficit. Quod ad hoc igitur attinet, Sol multò tardior est cœlo, Saturno autem & reliquis stellis uelocior. Saturnus enim trigesimo anno ad breuissima sedis suæ principia regreditur, confi-

cicns

ciens totam illam, de qua dixi, cœli ϖεριφορὰν circumuolutionem. Iuppiter autem annis duodecim illam ambit. Mars, annis duobus: Solut dixi, unius anni intervallo. Venus, mensibus quatuordecim. Mercurius intra annum, aut potius octo mensibus. Luna denique minimo ambitu circumuoluta, uicenis diebus septenisq; spacium illud ϖερίοδου absoluit. ἔπι☉, *aspiratur. Sic enim uocatur quasi ἅλι☉ τις, ὡς ἀπὸ τῆ ἁλὸς ἔχειν τὴν ἄναψιν, quòd alimento ex mari tracto nutriatur, igneamq; uim concipiat.* ἥλι☉ *autem tenui accentu scribitur. Solet enim id fieri, quoties α ι ε ante uocalem per διάϛασιν re periturent sit ἥλι☉, ἄϊδης, & similia.*

λαύμα☉ ἰδελίων.) *δύγρου, madefacientis. Quomodo autem æstum, qui exiccat, δύγρου tamen appellat? Eò quòd calefaciens & exiccans nos, educat nostrorum corporum humiditatem per inuisibiles poros, sudoresq; efficiat.*

ϛενὸς ἰερεῶϛ☉.) *hoc est, magnipotentis fati: Iouis hoc loco, id est, cœli.*

ϖολλὸν ἐλαφρότερον.) Deficit participium γενόμενος, ἐλαφρὸς autem, ὁ ταχὺς, uelox: ἐκ τοῦ ἔλαφ☉, ἐλαφρὸς.

σείρι☉.) Stella est, sita sub mento Canis, sicut inquit Aratus. Nunc autem σείριον uocat Solem, ϖαρὰ τὸ σαίειν, quod est λάμπειν, fulgere, & ξηραίνειν, exiccare. ἀϛὴρ & ἄϛρον differunt. ἄϛρον enim est collectio siue compages ex stellis constans pluribus: ἀϛὴρ autem, unatantùm est stella, sicut Sol, Luna, & alia aliqua, quæ facit completq; asterismos.

ἐπειρήσιν.)συμπεφαμμένην μοίρᾳ καὶ θανάτῳ, qui fato & morti connutriuntur.

ἐπαυρεῖ.) πλουτεῖ, accedit: ἐπαπολαύει, fruitur: aut πρὸς ῥοπὴν φέρεται, κάτω τῇ φύσει, fertur uelocius infra terram.

ἀδηλητάτη.) ἄσηπτος, μὴ γεννῶσα σκώληκας, putredini non obnoxia, non generans uermes. Ἀὴξ enim est species uermis, qui in ligno nascitur: ἴψ autem uermis est communium, ἶξ uitium, σὸς esculentorum, τρὼξ leguminum, ψὴν ficuum, & alij aliorum.

πλόκιόν τι λέγει.) desinit ramos producere.

τῶμῷ ἄρ ὑλοτόμῳ.) Tunc memento opportunum esse opus & laborem ad cædendum materiam, recordatus meæ nimirum adhortationis.

ἕκτον ὄρος.) Quatuor sunt horæ temporis: uer, æstas, autumnus & byems. Hinc igitur in autūno, uno ex quatuor horis, circa finem eiusdem iubet ipsum secare ligna, & huic labori se tradere.

ὄλμον.) ὀλμὸς uocatur pars corporis humani, quæ etiam thorax appellatur. Est autem totum illud spacium, quod à collo incipiens in pudendis desinit. Nunc autem ὀλμὸς est mortarium, in quo agricolæ milium & alia legumina conterunt.

τριπόδην.) quòd longitudinem trium pedum habeat. Est autem pes digitorum sexdecim. Ita τριπόδης & τρίπους & similia, sunt ea quæ tot pedum longitudinem habent: δίπους autem & τρίπους, quod tres aut quatuor pedes habet.

ὕπερον.) πάκτην, ναυΐαν, ζεῦγλαν, ἄτρακτον πίνακον, tudiculam, pistillum.

ἄξονα

ἄξονα δ' ὑπαπόλλω.) *Axis eſt lignum in curru, quod utrinq; rotas tranſit. Nunc autem de axe currus loquitur male, nimirum quòd debeat eſſe ſeptem pedum in latitudine. Axis enim uix prætergreditur quatuor pedes.*

ἑπτάπηχυν οὕτω.) *Heſiodus quidem axem ſeptem pedum aptiſſimum eſſe dicit: ſed ego talem ineptiſſimum dixerim, quamuis agriculturæ non ſim admodum peritus.*

ἢ δὲ μακρὸν ὑπαπόλλω.) *Si uerò, inquit, etiam longius lignum, octo pedum nimirum, ad axem ſecueris, ab illo unum pedem auferre, indeq; ligneum malleum parare poteris. Ex tribus uerò illis ſuperfluis lu, ἢ δὲ μακρὸν, ἀπόηρ, et σφύραν μακρὸν, licet cognoſcere, quàm imbecillis fuerit Heſiodus in arte metrica.*

τετράπαλμον δ' ἄψιν τάμνειν.) *Ex quatuor lignis incuruis componitur rota currus, cuius rotæ diametrum nũc δυάδωρον ἅμαξαν appellat. Dicit igitur, quòd quodlibet lignum circumiens & conſtituens rotam debeat eſſe trium ſpithamarum, ut ita uniuerſus ambitus totius rotæ ſit duodecim ſpithamarum, δωρῶν autem triginta ſex. Palma enim ſiue παλαιστὴ habet δωρὰς ſiue παλαιστὰς ſexaginta, παλαιστὴ autem ſiue palmus eſt digitorum quatuor.* Palmus & palma diſtinguuntur. Ita δωρὰ ſiue παλαιστὴ & παλαιστὴ. *Quomodo autem dicit poeta totam rotæ circumferẽtiam eſſe triginta ſex palmorum, diametrum autem illius non δυοδηάδωρον, hoc eſt duodecim palmorum, ſed δυάδωρον, hoc eſt, decem palmorum appellat? qua in re demonſtrationibus Geometrarum & ueritati ipſi contradicere uidetur. Nam omnis circumferentia circuli eſt triplò maior ſua diametro. Sed non peccauit tamen contra demonſtrationes Geometricas & ipſam ueritatem, immò &*

ipſe triplam ponit circumferentiam diametri & duodecim palmorum. Cæterùm decem tantùm palmi apparẽt intra planiciem circuli, quem etiam utrinq; amplectuntur. Duo nanq; palmi in commiſſuris abſumuntur, ex utraq; uidelicet parte rotæ ab interiori ſuperficie uſq; ad exteriorem unus palmus.

ἄψις.)ἡ ἄψις, καὶ τὰ παρασχηματισμὸν Atticè.

πάλλ' ἔπιπαμφύλια κάλα.)Præterea importes alia plura incurua, idoneaq; ad rotas, κάλα, ligna. Hoc autem dixit, ut demonſtret, ſe non dixiſſe unam tantùm apſidem habere rotam, ſed quatuor. ὁ κάλως, funis: τὸ κάλον autem, lignum.

φέρμ' ὑπ γύαλα.)portes domum dentale, deciſum ex ilice arbore, quando inueneris perſcrutans in montibus aut campeſtribus & arationi deſtinatis locis. Ilignum enim dentale eſt ualidiſſimum & firmiſſimum ad arandum, quando famulus Atticæ deæ, hoc eſt, obſecundans prudentiæ artifex, aut arator, ipſum dentale applicans & affigens clauis accommodat temoni inter utrunq; bouem conſiſtenti. γύης eſt lignum aratri ſub terra, cum quo uomer, nimirum ferrum illud aratri inducitur.

ἧλυμα.)medium aratri, ubi clauus iniectus affigit dentale & temonem. γόμφος, ὁ ἧλος, clauus: ἰγεβοὺς autem & ἰυδρυον, ὁ ῥυμὸς, temo.

δμῶος.)ὁ δῶλος, famulus, per dialyſin.

ὥστ' ἂν προσαρήρηται.) Sic oportebat ſcribi. Ioues autem non ſcribunt longam uocalem, ideoq; προσαρῆσθαι efferunt, quemadmodum etiam apud Piſidem legitur:

ἵπνο

ἵππως ἀκαλυτὰς θ' ἁρπάξας ἠ σφοδρότητος,
ἢ κὐτιπλασίῳσι σφίγγεται καταδρέμων.

Hic enim σφίγγεται pro σφίγγηται ponitur.

Vt cœli ſphæræ ſtabilis uelocitas
Contrarijs coërceatur motibus.

δοιὰ δ' ἄνδαν ἀρόσσαι.) Duo autem habeas aratra domi in promptu, quæ habeant dentale adnatum & applicatum, ut uno fracto, alterum poßit eſſe uſui. Hoc autem ſtultum eſſet, ſi dicas: Habeas in promptu ſolidum & compactum aratrum, ne forte frangatur alterum. Oportebat enim ſimpliciter dicere: Habeas duo aratra, ut tibi illud ſolidum in quibuſdam ſit uſui, in alijs uerò illud compactum. Quod etiam uidetur mihi ita ſe habere, etiamſi dicat propter metum id fieri debere, ne alterum frangatur.

δάφνης δ' ἠ πτελέης.) Laurus & ulmus propter denſitatem non facile putreſiunt, nec generant uermes, quos λίας uocant, quemadmodum dulcia & laxa ligna. Quòd autem monet, ut temo ſit aut laureus ſimpliciter, aut ex ulmo factus, buris autem & clauus quernus, dentale denique ilignum, faſtus eſt falſæ ineptiæ Heſiodeæ. Oportuiſſet enim dicere, ut ex uno aliquo duro ligno, ſiue ex ulmo, ſiue alio aliquo tali, inſtrumenta illa ruſtica conficerentur, & non tam temerè extenuare ſermonem.

ἰυνιάτας δὲ βόας.) De his bobus neq; audiet, neque approbabit illos quiſpiam agricola, tanquam exoletos & uetulos atq; imbecilles, quos tamen iſte, qui imperitis quibuſdam uidetur eſſe par Homero, audet idoneos & ſatis firmos appellare.

ἥβας μέτρον ἔχουσι.) Qui συμμετριαν ætatis habent, nec sunt pulli iniuges, nec senio confecti, bi ualent ad laborem, suntq; præstantißimi.

ἐν αὔλῃ τώγ' ὁρίσειεν.) Tales boues non dißident circa arationem, nec lasciuiendo frangunt disrumpuntq; aratrum: quod sæpe fieri solet à iunioribus bobus, qui recèns sub iugum adducti, laborem inanem atq; irritũ faciunt, dum inquieti se extorquent.

τοῖς δ' ἅμα.) Ad hos boues adhibendus est uir aliquis adultæ ætatis, qui posßit seriam curam operum agere, ne fortè si sit iuuenis, ad suos socios discurrens, laborẽ prætermittat. παραβοσκάτης & τελεσκοσκάτης homo, & similia, accẽtu acuto scribuntur. παραβοσκάτης autem & τελεσκοσκάτης, tẽpus. αἰζηὸς, propriè ἡ νεανίας, iuuenis: nunc autem adultum hominem significat. Sunt autem septem ætates hominis, secundum Astronomos. Infans, βρέφος, à natiuitate usq; ad quartũ annum, Lunæ habet proportionem. Postea puer, παιδίον, usq; ad decimum annũ, respondet Mercurio. Adolescens, μείραξ, à decimo anno usque ad decimumoctauum, respondet Veneri. Iuuenis, νεανίας, ab anno decimonono usq; ad trigesimum septimum, respondet Soli. Virilis ætas, ἀνὴρ, à trigesimo octauo anno usq; ad 52. respondet Marti. Grandis ætas, Græcis πρεσβύτης, à quinquagesimo tertio anno usq; ad sexagesimum quartum, respondet Ioui Senex. Græcis γέρων, à 64 usq; ad occasum uitæ respondet frigido Saturno. δεῖπνον est, τὸ πρόγευμα, prægustatio. ἄριστον, τὸ γεῦμα, gustus. δόρπον, ἡ παρ' ἡμῖν λεγόμενον δεῖπνον, id quod nos δεῖπνον uocamus, cœna Latinis.

πάρ.

τετράφορον.) *qui fragmenta habet quatuor, decussatim, siue in modum crucis.*

ἐπτάβλωμον.) *morsus octo habentem. Aut totum in quatuor partes fractum panem. Aut † quatuor tantùm fragmenta, ut totus panis habeat morsus triginta duos.* βλῶμα enim, τὸ δῆγμα, *morsus.*

ὃς κ' ὄργυα μιλτῶν.) *qui, scilicet, uir natu maior, curam agens operum, ducat rectißimum sulcum, id est, proscindat terram rectis uersibus.*

σπέρμα δάσασθαι.) *Sementem rectè facere, seminaq; scrobibus ut decet, deponere.*

ἐπισπορίλω.) *ut seminationem alteram siue superseminationem,* ἐπισπορὰν *etiam Græcis uocatam, fugere possis. Nam qui malè sementem fecerunt, rursus eam iterant, superinijcientes aliud semen.*

ἰκτείνῃσι.) περιπίτασθαι, *ad suos coæquales circumuolat, ociatur.*

φράσσαι δ' ὑπ' αὖ. *Si attentus ad labores rusticos, quando gruis uocem audieris, quæ diu clamat ex alto, cuius uox signum affert arationis, & humidam tempestatem denunciat futuram, contristatq; animum non habentis bouem aratorem. Postquam enim fratrem admonuit, ut in astris uideat tempus accommodatum cuilibet necessario labori, iam nunc idem monet obseruari ex uoce gruum. Designat autem grus futura temporis discrimina, uer & hyemem, non quidem tanquam sciret Astronomiam, & cognouisset scripta Ptolemæi, & Meconis, Zoroastri, & aliorum, sed quia grus est animal pauidum, & facile sentiens calorem & frigus. Dum uerò*

in alto fertur propter grauitatem sui corporis, ne forte ad terram deprimatur. facilè sentit superioris aeris qualitatem, seq; ad frigus aut calorem conuertit. Acuolans quidem in aere frigido, dolet, ideoq; clamat: postquam uerò ad calidiorem peruenit aerem, sine dolore submissa uoce circumuolitat. Et hoc modo nos ex illius clamoribus hyemem & uer cognoscimus.

ἀδύτεω.) in ultima regione contractionem siue synizesin habet uersus.

δεῦτε τέτε χορτάζειν.) Eo tempore χόρτασε, satura, pasce. Infinitiuus pro imperatiuo Atticè.

ἑλικὰς βόας.) ἑλικοειδῶς ηγοὶ ἐμπυκλοειδῶς τὰς πόδας ἑλοῦντας ηγοὶ συστρέφοντας, à rotundo & circulari incessu boum. Hoc uerò nomen ἕλιξ Attici aspirant: reliqui autem omnes attenuant. Sunt enim Attici aspiratores, dicuntq;, exempli gratia, ἀμφιλίαν, & ἀμφίχυν, & ἁλὰ ἅργυν, & αὖδις, & λίσφι, & similia, sicut etiam ἁμαξα. Communis autem dialectus, etiam nomen illud ἁμαξα tenui spiritu scribit, sicut Dorica & Aeolica & Ionica.

Λ' νο Ιert Νοϛαὶν Ϛοπ.

ῥᾳδίνη γαρ ἐπ&.) Est enim facile uerbum agricolae non habenti boues, petere commodatò ab altero. Facilius autem etiam alteri fuerit recusare, & dicere, sibi ipsi opus esse ad labores suos expediendos.

αἰτῶ & αἰτοῦμαι differunt.

ἐπ&.) syllaba πο producitur tanquam anceps. Desinit enim in partem orationis.

φέναξ ἀφραδὲς.) Ironicè diuitem mentis appellat insipientem, qui habita ratione temporis iam praesentis,

tis, vult tandem fabricari currum, aliáque instrumenta rustica, nec antea considerauit, quid illi faciendum fuisset.

νέαι.) *Abijcit personam ironiæ, & apertè stultum appellat eum, tanquam ignarum, quòd multa sint ligna, quibus opus est ad faciendum currum, & quæ non facilè & uno momento fabricari possunt, sed tempus requirunt & solicitudinem.*

ἱκανὸν.) *multa. Non enim illa sunt centum. Illud πρόσφορον & hoc ἰχέμεν sunt ancipites syllabæ.*

ἴννυ' ἀν δὴ πρώτιστ' ἀροτῆρ'.) *Instrue, inquit, tua instrumenta, quibus opus est ad laborem. Quamprimùm ὁ ἀροτὸς, id est tempus arationis apparuerit, aut ὁ ἀρότος, hoc est, ἀρόσιμος, aratio, tunc ἰφορμᾶσθαι, pro ἰφορμᾶσθε, Atticè, expergiscere & propera, tu ipse cum famulis tuis, ἀρόων siue ἀροσίων καθ' ὥρην τοῦ ἀρότου siue ἀροτεσίου, arans tempore arationis, καὶ αὖον, hoc est, ξηράνσαν τὴν γῆν, & aridam terram, καὶ δροὸν, hoc est, λιυγρὸν, & humidam, non quærens prætextum aliquem & moram faciens, quasi omnino sit humida, aut omnino arida.*

πρωΐ.) *πρωϊμώτερον, tempestiuius. Non enim tantùm de luce intelligit.*

ἵνα τοι πλήθωσιν ἄρουραι.) *Vt si maturius prosciderit ἄρουραν, hoc est, σιτοφόρον γῆν, aruum, habeas postmodum segetem abundantem & plenam spicis.*

Δεῦρι πωλεῦν.) *Vlterius docet modum & rationem, qua debeant administrari opera rustica, & inquit: Verno tempore discutias ligone glebas terræ, mense Martio.*

aut

aut etiam Aprili. Terram nãq; hic uocat etiam eam quæ nulla recepit semina. Hoc enim significat uerbum νεο λοῦν. Illud νεάω, quod proscindo, siue uerto, sonat, etiam per ε μικρὸν scriptum, propter immutabilem λ producitur, & fit communis syllaba. Atticè autem per η μίγα scribitur.

Χρὴ δ᾽.) ἐωϊσυρὶς est hoc loco. Post æstatem uerò renouata & proscissa aratro ad minores particulas, non decipiet spem agricolæ, sed felicẽ messem producet. Illud ῆ extenditur propter sequentem ρ, & fit communis syllaba. illud ρι cognoscis, quòd sit natura breue. hoc uerò οι δ᾽, & lõga & breuis syllaba, pro una breui ponuntur. Et est totum illud, χρὴ δ᾽ ὅ, pro dactylo. Et illud νεμέσιν est ἐωϊσυρὶς, ad modum amphimacri. Ac illud νεο, breuis & longa, tanquam una longa, efferri debent. Alia uerò manent in suo ordine, & faciunt amphimacrum. Atque hoc modo ἀφὶ νεολλῶν, & reliqua, non habent ambiguitatem.

νειὸν δ᾽ ἀπείρων. Deponit autem semina terræ quæ est renouata, & adhuc laxæ, non densæ ac solidæ, sed ἀπερρώδης, spongiosa, recens arata. Postea conuertitur ad laudes renouatæ terræ, hoc est nouali, et inquit: Quòd si nouatam terram conseueris, abiget amouebitq; execrationes & damna. Implet enim colonos frumento.

παίδων ὀνησίπτυρα.) quæ uerè lætificat pueros. Hoc autem dicit, non quasi uiros & senes etiam non delectet, nam profectò omnes gaudio afficit: sed adultam iam & exoletamq; ætatem omittit, et crescentem adhuc, & eam de qua spes est utilem fore, assumpsit, eò quòd præ cæteris ætatibus

ris ætatibus puerilis cupediarum est studiosior, & magis quàm uirorum & senum, delectatur esculentis. Si non adipiscatur, uagitum clamoremq; edit.

ἰθχεσθαι ἢ δὶ ἠρονίῳ.) Primùm quando inceperis arationem, stimumq; manu tenueris, *ἰπποι*, hoc est, *ἱμψυε*, iecceris *τὸν ἐρπυγα*, hoc est, *τὸ βάκτρον*, stimulum, *ἰδὲ τὸ νῶτον τῶν βοῶν*, super tergum boũ. Sententia est, Quando incipiens arare stimulaueris boues, *εὔχα δὶ χθονίῳ*, hoc est, *τῇ γαίῃ ἐμαρμένῃ*, fac uota terreno fato, & Cereri sacra *ἐπιλία*, hoc est, *ἐκπληρώσατον, βρίθειν, βαρύνεσθαι, τὸν ἀσταχὺν*, hoc est, *τὸ δάρμα, ἢ δάμαρος, ὕγρον τὸν σάκχαρον*, ut plenissimum munus Cereris ingraueſcat, munus Cereris appellans segetem. Ceres enim et Bacchum, cum essent Aegypti praesides, agriculturam & plantandi artem hominibus docuerunt. Iuppiter autem terrestris, est hoc loco fatum: Inquit igitur Precare, ut tibi contingat terra felicitas, & densissima seges grandescat.

ἐνδρυον ἀλοάντων.) *ἐνδρυον* idem est, quod & *ἰσοβοὺς* & *ῥυμὸς* appellatur, medium cor arboris. *μίσσαβοι* autem sunt lora in medio iugi, quibus iugum ad temonem alligatur. Quod autem dicit, tale est: Precare terrestre fatum, quando incœperis arare, & lora iugi traxerint temonem, hoc est quando boues mouẽtur. Paruus autem puer te arante à tergo sequens, manuq; tenens ligonem, contristet uolucres circa aruum tuum uolantes, comminuẽs glebas, & cooperiens occultãsq; semina desuper apparentia, ne possint ab illis erui.

τυτθὸς.) *ὁ μικρὸς*, paruus, *ἀπὸ δὲ τιτθὸς, ὁ μαστὸς*, mamilla, & conuersione ancipitis in ancipitem, *τυτθὸς, ὁ μικρός.*

ἐδδμεν

Induſtriæ cõmendatio.

ἀνδρεσσιν γαρ ἀρίστη.) *Qui rectè & accuratè procurat & adminiſtrat ea quæ ſunt ſui officij, ille rem facit optimam & utiliſſimam: qui uerò contrarium agit, facit peſſimè.*

ὦ Δί κε ἀδρεσσιν.) *Si hac ratione, inquit, quamoptimè arationem & ſementem adminiſtraueris* ἐν τῇ ἀδρότητι, *hoc eſt,* τῷ βάρει, *in grauitate,* οἱ στάχυες πρὸς τὴν ἠῖ-ρα, *hoc eſt,* τὴν γῆν, νεύσουσι, *pro* ἐπικλινοῦνται, *ſpicæ ad terram nutabunt & dependebunt, hoc eſt, magna ubertate & copia prouenient.*

εἰ τέλοι.) *Si Iuppiter, hoc eſt, fatum, euentum dederit felicem. Multi nanq; arant & ſeminant, ut oportet, uidentur tamen fato quodam iniquo uanis ariſtis eludi, operamq; omnem perdidiſſe.*

ἐκ δ' ἀγγείων ἐλάσσεις ἀφάρχια.) ἀφάρχη eſt inſectum: ἀφάρχιον autem eſt id quod ab inſecto illo contextum fuit. *Quod autem dicit, tale eſt: Si bene proſciderís terram, & ſementem feceris, tam denſam ſegetem habebis, ut ex omnibus uaſis & ſepoſitoriis frumentarijs, quæ hucuſque uacua ſteterunt, ideoq; telis aranearum repletæ ſunt, cogaris expurgare illa ἀφάρχια, ut uidelicet poſſis frumento complere.* Καί σ' ἴολπα (νομίζω) γυθήσειν (χαρῆναι) ὀρσύμενον (μεταλαμβάνοντα) τῷ βιότοιο (τῆ ζωῆς) τῷ ἐν τῇ ὥρᾳ καὶ τῇ γῆς ἐνλον ἀποκυμένου. *Latinè ſic ſonant: Et exiſtimo te gauiſurum, ſumentem cum delectu de uictu ex terra producto, domiq; tuæ iacente.* διοχέων δὲ (ἐπ' ἐλπίσι τρεφόμενον & παλαῖς καὶ ὀχέμενον) ἵξεαι (παραγενόμενος) μιχθεὶς τῷ λαμπρῷ ἔαρι. *Et bona ſpe nutritus & erectus accedes ad ſplendidum ue-*

ἐχάδια in uitid.

rit tempus. ἀλὶ πρὸς ἄλλυς αἰγάσῃ (ἀποβλίψις, πρὸ φῶν ἴνιπα:) *Neque respectabis ad alios ob penuriam victus. sed potius alij tuam opem implorabunt. Ne scripseris* ἀνοχίων, *neque* ἴξια. *Nam sic uitium in uersu reperietur.*

ἀ δὲ κῳ ἠλίοιο τροπᾶς.) *Postquam poeta in præcedentibus uersibus Persæ commonstrauit commodum tempus seminationis, nunc docet etiam quod sit contrarium atque incommodum tempus ad seminandum, idq; fugiendum præcipit. Est autem illud circa solstitium hybernum, quod brumam appellant. Quapropter non alienum ab instituto nostro fuerit, si aliquid de talibus conuersionibus solis dicamus. Sol intra spacium anni, quatuor conuersiones, Græcis* τροπὰς *dictas, peragit: uernam, æstiuam, autumnalem, & hybernam. Aliqui uerò uernam & autumnalem æquinoctia uocant, nunc* τροπὰς. *Alij uerò, quales sunt philosophi, uolunt tumidè audacterq; loqui, etiamsi in mathematis, quibus operam non dederunt, Astrologi hæc quatuor anni segmenta, quæ etiam* πέραγωνα *zodiaci uocantur, circulos quatuor denominarunt: æquinoctialem, æstiuum tropicum: arcticum siue borealem, hybernum tropicum. Galaxiam autem quam uocant, quintum circulum denominarunt. Antarcticum, & adustum & australinum. Sed multis prætermissis, dicamus quot dierum sit quilibet quadrans anni, tam æquinoctiorum quàm solstitiorum amborum. Ab occasu Sagittæ & ortu Equi usq; ad ortum Pleiadum, quod spacium octoginta quinque dies complectitur, hoc est,*

In Græco hic quædam omissa sunt.

Anni partes quatuor, & earum initia.

ab octauo gradu Arietis usq; ad septimum gradum Cancri, incipit & desinit æquinoctium uernũ. Ab ortu Pleiadum, nimirum ab octauo gradu Cancri, usque ad emersum Arcturi & ortum Capricorni, æstiuum solstitium, dierum 124. Ab emersu Arcturi & ortu Capricorni, ad occasum Pleiadum & Orionis, æquinoctium autumnale dierum quinquaginta sex. A` Pleiadum & Orionis occasu, ad occasum Sagittæ & ortum Equi, solstitium hybernum dierum centum. Ita se habent accuratè solstitia & æquinoctia secundum Mathematicos.

ἀ δέ κεν ἀπλήϊον τρόπωσι.) Quòd si, inquit, araueris terram sub hyberno solstitio, facies messem sedẽdo, eò quòd spicæ non grandescent in aruis tuis, sed manipulum exiguum & rarum, ideoq; propter breuitatem eius sedendo metes, & in calatho & sacco, aut corbe & cophino portabis. Quòd uerò rara seges erit, ideo conspergeris puluere.

ὀλίγον περὶ χερὸς ἴήγων.) paruum manipulum spicarum manu comprehendens. Illud uerò ἴήγων, Atticè aspiratur: communiter autem, attenuatur. Omnia enim derivata, spiritus primitiuarum suarum uocalium retinent, ἀρῶ ἠώρων, ἄγω ἴήγω, & similia. Quia uerò hoc uerbum ἄγω, sicut dixi, dupliciter effertur, ita etiam ἴήγω similiter.

αὐτὰρ ἀκομόων.) Quia spicæ sunt breues & mutilæ, nec possunt propterea colligari, obuertes ipsarum radices, eisq; ita connectes, ut ex utraque parte ligamenti capita spicarum propendeant, propter illam, quam dixi, breuitatem.

Linos

λιμονιάμενος.) *λιμονιάμενος, λίμνης πλήρης, plenus pul ueris, propter raritatem soli. ὁ μάλα χαίρων, non admodum gaudens, sed potius mœrens.*

σίσυς δ' ἐν φορμῷ.) *Importabit tuam messem in saccis & sportis: pauci autem te admirabuntur, hoc est, nemo sed potius irridebunt, aut miserebuntur tui.*

ξυνὸς νό.) *Periphrasticè, fatum. αἰγίοχος autem ὁ καταιγίζων καὶ καταπλύζων, οἷς ἐναντιοῦται, quòd sit impetuosum, demergatq; illos quibus aduersatur.*

ἀργαλίως.) *Non facilè potest cognosci à mortali homine. Hoc autem dicit, quòd sæpe aliqui serius arant, & tamen feliciorem messem percipiunt, quàm ij qui tempestiuè terram fregerunt.*

ἢ δὴ καὶ ὄψ' ἀρόσας.) *Sin autem serò araueris, hoc poterit esse auxilio, si araueris nimirum, quando primùm cuculus in quercubus sedens auditur.* Exhilarat autem *homines, κατὰ τὴν ἀπείρονα* (hoc est, *σφαιροειδῆ*, *globosam*) *γῆν, quia denunciat uer adfuturum, & non ideo quòd uocem gratam edat: est enim auis ἀνόφωνος, absona, & uocis asperæ, atq;, ut quidam aiunt, similis accipitri.*

τῦμος ξυνός.) *Si fatum aut cœlum (utrunque enim per Iouem intelligi potest) dederit pluuiam ad tertium usque diem, ita ut obruat bouis pedem in cœno, usque ad ambitum ungularũ, quas hoc loco ὁπλὰς impropriè appellat. Si, inquit, hoc acciderit, tum ille qui serò arauit, eadẽ sorte fruetur, qua primus, qui in tempore deposuit semina.*

ἐν θυμῷ δ' ἐῦ πάντα φυλάσσειν.) *Expende autem omnia, & cognosce tempora tam ueris cani, quàm pluuiæ tempestiuæ.*

παρὰ δ' ἰθὺ χάλκεον δῶμον.) Arationis autem tempore, etiamsi sit hybernum, prætereas, hoc est, relinquas aeneam sedem, hoc est, illam in fabricis ærarijs confabulationem, ociumq; & nugis, quæ solent in tepidis locis exerceri. Antiquitùs enim officinæ æratiæ, & omnes tabernæ ignem habentes; erant apertæ et sine uuis, quas etiam λέσχας appellabant, eo quòd pauperes ingressi, et præcipuè in hyeme, dum se calefacerent, miscebant inuicem λέσχας, hoc est, cõfabulationes. Arationis igitur tempore, inquit, prætereas consessum in fabricis ærarijs. Aut ne sedeas domi tuæ, teq; calefacias in conuentu pauperiorum ad officinam æratiam.

ἔνθα δ' ἄνωγε ἄνασσα.) Tùc etiã sedulus & industrius paterfamilias potest valde promouere atq; locupletare suã domum, dum econtrà ociosus et ignauus in animo uersat plurima mala, carens uictu & alimentis, & ad inanem spem expectans. Præterea inquit, quod ad spem attinet, quod egenum & pauperem, cui uictus sufficiens non adest, sedentem in tabernis, mala spes siue malæ cogitationes occupant, de furto nimirum, aut latrocinijs, aut de alijs flagitijs.

ἀείκελα.) Considerans futura, præcipias tuis famulis, moneasq;, durante adhuc æstate, ut faciant ληΐδας, οἰκήματα, domicilia, hoc est, ut consideratis ijs quæ accidunt, vel quibus opus est in hyeme, illa sedulò præparent, ut domi postea in promptu habeantur. Non enim semper æstas erit.

Ianuarius. μῆνα λιωεμῶνα.) τὸν χειμερινὸν, hoc est, Ianuarium, qui λιωεμὼν à Græcis dicitur, aut quòd transuectio uini circa hunc

hunc mensem fiebat: aut quòd authori τῶν λογίων Dionysio festus dies, Ambrosia dictus, eo mense ageretur, qui à Romanis Brumalia uocatur. Brumus enim Bacchum significat. Hunc igitur mensem iubet præcaueri, & ante ipsum præparare illa quæ pertinent ad seminationem, ne glacies postea impediat, quæ borea flante concrescit. Versus autem istos transtulit ex Orphei poemate. Ita enim inquit Orpheus:

πολλοὶ δ' ἐρχνόθι κρὴ ἰκαρτίδε ἰκ νεφελάων,
πῦμ@ ἰκόρνυσθαι φηγοῖς, κρὴ λίνδρεσιν ἄλλοις,
οὔρεσί τε, σκοπίλοις τε, κρὴ ἀνθρώπων ὀρεβύμοις
πηγνίδδε, κρὴ ἴσουσι χιμεβίης. αἱ δὲ γὰ ἔντως
φύσσι κρὴ θῆρας ἐν οὔρεσιν, ὅδε τις ἀνδρῶν
πρεβλώσκεσιν μεγάρων δυάσθαι, μαλὰ γῆρα δαμασθὲς
ψύχει λυγαλίῃ. πάχνη δ' ὑπὸ γῆρα μίμνει.

Quæ Latinè sic uerti possunt:

Cœlitùs exurgunt, nec non ex nubibus ipsis
Flamina, tunc fagi nutant & cætera sylua,
Et scopuli et montes, hominũ quoq; pectora mœrent
Ob glaciem, quin ferè animantia strident
Ipsa etiam, proprijs nec prodire ædibus audet
Quisquam hominum, tristi sic frigore membra domantur.

λάη' ἤματα.) λαπὰ ἡμέρα, mali dies: λυχέμερα, tempestuosi.

βόδρα.) quæ tollunt animalia. Sub boue autem, qui est cæteris maior, comprehendit etiam alia pecora.

ἀλυάσθαι.) cuita, ἐκφυγεῖ. Infinitiuus pro imperatiuo.

πηγάδας.) πάγος, glaciem.

δυσλιγέα.) quæ malam & molestam solicitudinem adfert.

ὅτε.) Qui Boreas per Thraciam uersus septentrionem sitam spirans, perturbat mare. Clamare autem siue reboare, aut contrahi constringiq; facit terram & arbores. δρῦς & ἰλάτη species arborum.

βοᾷ.) ἠχᾷ, sonat; mugit.

πύκνος.) πολλὴ, πρὸς ἣν ὁ δυνάσταί τις ὁρίσαι διὰ τὸ πλῆθος, densa, ad quam non potest aliquis contendere, propter multitudinem.

φρίσσει.) πιμπρᾶσι, συστέλλονται, inhorrescunt, densantur, contrahuntur.

μήδεα.) τὰ αἰδοῖα. Cum enim frigent animantia, occultant caudas sub partes pudendorum. Caudæ enim quia sunt neruosæ & osseæ, maximè frigus sentiunt.

τῶν περὶ λάχνη.) quorum animantium cutis est tecta pilis & uellere.

ἀλλά νυ καὶ τῶν.) Imò etiam animantia quæ birsuta habent pectora, boreas frigidus ferit flatibus, perspiratq;, διάησι, διαπνέι. Est autem ἄησι ἐκ τοῦ ἄημι τὸ πνέω, ἄης, ἄησι.

ἐλαί τι διὰ βοός.) Transit etiam per cutem bouis.

ἐλαί τι δι αἶγα.) Etiam birsutam capillatamq; capram penetrat.

ἐδε μιν ἰσχει.) ἐδε μιν, pro αὐτὸν, scilicet τὸν βορέαν ἰσχεῖ τὸ δέρμα τοῦ βοὸς, neq; ipsum boream inhibet cutis bubula.

οὐδὲ δι ὄϊς.) Per oues autem non transpirat, eò quòd lanæ ipsarum sunt continuæ & perpetuæ, nec per uirginem

nem domi ſedentem, alioquin nullæ res commemoratæ à flatu boreæ immunes manent.

τροχαλὸν.)λιμνφότα, incuruum à frigore facit ſenem. Quidam autem de ouibus ſic dicunt: Boreas oues ſpiritu non penetrat, quia ſunt birſutæ. unam autem ſuperfluam iacere.

ἁπαλόχροος.)τρυφερόσωμος, tenella, delicatula, habens tenerum corpus.

ὄβγα πολυχρύσου ἀφροδίτης.) τὴν συνουσίαν, τὴν μίξιν. commixtionem, connubium. πολύχρυσον autem aut metaphoricè dixit, quia ſit honorata multum: aut quòd mulieres multum auri dantes, uiris matrimonio iungantur.

λίπ' ἐλαίῳ.) Alij quidem omnes exponunt pro λιπαρῷ ἐλαίῳ, pingui oleo, & per apocopē etiam λίπα dici aiunt. Ego autem expono, λίπει ἐλαίῳ, ὄγκῳ τῷ ἀπ' ἐλαίας, pinguitudine quæ fit ex oleo. Mutilantur enim etiam longa. ut in illo, βλῆμ' ἰγὼ. Fuit autem moris apud antiquos, ut uirgines ungerentur oleo balſami.

αἰόλιον.)exoßis, polypum intelligit.

τίνδει.) ἰδίει, arrodit. τίνδες enim famelicum & gulosum ſignificat. Est hæc natura urſi, ut hyeme ualde ſæuiente in ſuo lustro latens, proprios pedes lambat, atque ita ſe ſuſtentet propter penuriam alimenti. Polypus autem marinus, cirros ſuos arrodit: unde ſæpe polypodes reperiuntur pedibus mutilati. Ariſtoteles autem ait, quòd nutrimento utantur pagurorum, & non capillamento ſuorum.

ἄπυρον εἶναι.) hoc eſt, qui ignem non habet. ἤτοι autem, hoc eſt, διαῤῥιβὰς πολυπαλίους καὶ ἀγέρωχας δαίμονας, loca

moleſta, mortemq; adferentia, appellat ipſum mare.

ὲ γὰρ οἱ φάει.) *neque tum ſplendet ſol apud nos, nec-dum demonſtrat prodeundum eſſe ex locis abditis: ſed tunc Sagittarium percurrens, uertitur ſupra Aethiopes, populos nigros, illisq; ſplendorem & calorem impertit. Tardius autem, quoad diem, nobis Græcis exoritur, lucemq; adfert, qui ſumus ſeptentrionales.*

καὶ τότε δὴ πίφανοὶ.) *Et tunc, pergit dicendo, feræ in ſyluis & montibus cubantes, tam cornutæ quàm non cornutæ, fugiunt per querceta & montes confragoſos, per faſtigia & ſaltus. fugiunt autem λυγρὸν, χαλιπῶς, μυλιόωντας, horribiliter dentibus ſtridentes propter frigus: συγκικρανόντας τὰς μύλας, ὀδόντας, quæ collidunt molares dentes. ſub parte autem totam maxillam intelligit. Omnibus denique feris curæ eſt, ut ſe occultent in concauis, denſisq; & abditis luſtris.*

βραυρόγλωσσα, τὰ βοχὰς ἀφὶ ὑποβάσεως ἔχοντα.

οἱ σπίπα.) *quæcunque feræ latebris ſcrutantes veſtigantesq;, in denſis ſeceſſibus latent.*

ἀφὶ γλάφου πετρήεντος.) *ἀφὶ σπίπασμα πετρῶδες, ſpecum, ſpelæum petroſum.*

τότε δὲ τρίπολι βροτῷ.) *Tunc homini ſeni incuruo, & ad terram reſpicienti, baculumq; manibus tenenti ſimiles, diſcurrũt ad denſa loca, νίφα λευκὸν, pro τὸ νιφάδα, τὸ χίονα τὸ λεύκην ἀλεισόμενοι, fugientes niuem, hoc eſt byemem, albam. Tribus autem apocopis hoc loco eſt uſus, σπίπα, γλάφου, καὶ νίφα.*

ἀφὶ τότε ἴαναδαι.) *Hyberno illo tempore, quando feræ fugientes ſecedunt ad loca denſa, ἴαναδαι, hoc eſt, ἐνδύδυσι, ὄρυγμα, φύλαγμα τῶ σώματος, induc munimentum,*

tum, siue tegumentum corporis, sicut tibi præcipio, χλαῦναν, pallium, uestem crassam & mollem, περὶ χιτῶνα τορμίσαντα, μέχρι τῶ τέρματος, ἤγουν τῶν ποδῶν, tunicam talarem, id est, longam, & ad extremitatem pedis usque protensam. χιτὼν autem est secundum authorem hoc loco, & secundum consuetudinem, illa uestis quam ἐπανάμυσον uulgò uocamus. Meo autem iudicio, & uerum exquisitius loquentium, χιτὼν etiam φορᾶ appellatur, genus uestimenti discissi, quod uocamus ὁπλώσιον, & omne quod ita discissum est: χλαῦνα autem & χλανίσκιον, id uestimentum quod nunc σφιντέων uocatur, & omne crassum tegumentum. ἵεσθαι, in τῶ ἵω, τὸ ἐνδύσμαι, induo, aspiratur, unde εἷμα, τὸ ἱμάτιον, uestis.

τήμενι δ' ὧ παύρῳ.) Fecit mentionem pallij mollis iam docet etiam, quomodo molle fiat, & inquit: In paucum stamen, multum tramæ & subtegminis intexas, & hoc modo molle conficies pallium. λεπτὰ, ὕφασμα. μυρία σαθρὰ pro μικρὰ καὶ ὕφανσις.

τὸν περίεσθαι.) Hoc pallium induc tempore byberno, ut pili tibi mancant constantes & intrepidi, nec frigente capite, sicq; contracta densataq; cutis inhorrescat.

ἀμφὶ δὲ ποσσί.) Pedes sunt communiendi calceis, qui sint confecti ex corio bouis sani, non aliquo morbo mortui. Nam talia coria sunt inualida, utpote domita corruptaq; morbo. Sed ex corio bouis, qui fuit robustus & sanus cùm mactaretur. ἀρμόζοντα, id est, ἁρμόδια καὶ προσφυῆ τῷ χειμῶνι καὶ τῷ σῷ ποδὶ, competentia & accommodata byemi, & tuo pedi.

δύσασθαι.) ἐνδύσασθαι, induc, calcea, subliga: ὑλεῖς, proprie exuellere πιεπλυμένους, constipatis, & conculcatis constrictisq; texturis, quas uulgus nunc δίπλινθα uocat, sicut ὑλας consueuit τὰ κρηπίδια appellare.

πρωτογόνων δ' ἐριφων.) Ex pellibus bædorum primogenitorum consuens pelles, confice uestimenta in hyeme. Cur autem à primogenitis iubet accipi pelles? ut nimirũ pelles sint meliores atq; durabiliores, propter hircos, qui genuerunt ipsos, iuuenes & in ipso flore ac feruore ætatis constitutos. Proles enim nata ex parentibus uegetis & iuuenibus, est robustior & generosior: sicut illa quæ ex parentibus senectute confectis nascitur, imbecilla est utplurimum, sed prudentior.

πολίῳ βοὸς.) Hoc dicit propter firmitatem. Solẽt enim Scythæ etiam neruis consuere lanas.

ἠῶθεν δ' ἐπὶ γαῖαν.) Nam tempore matutino super terram protenditur & spargitur de cœlo in aruis felicium & prudentum colonorum, aër εὐδιεινὸς καὶ ἀγαθὸς, feracem frugum & segetibus commodus.

ὅτε τε ἀρυσάμενος.) Nebula quæ ex humidis uaporibus contracta, & in sublime eleuatur, aliàs in spiritum uertitur extenuaturq;. Nam si crassi fuerint uapores, cõdensantur, rursusq; per pluuiam deorsum funduntur: si uerò tenues, in flatum redacti dispersuntur. Hunc igitur hybernum aerem siue nebulam, hoc est, Ianuarium mẽsem, iubet uitari in arando & seminando, tanquam perniciosum & hybernum.

αὐὴρ ἀὐτῶν.) Ex aquis enim oriuntur flatus, sicut & Herodotus inquit, ἐν ψυχρῇ φιλέει αὔρη γίνεσθαι: hoc est,

Ex

Ex *frigido ſolet aura fieri.*

μὴν.) ὁ μὴν, *menſis Aeolicè.*

χαλεπὸς προβάτοις, χαλεπὸς δ' ἀνθρώποις.) *Moleſtus non tantùm ijs qui non habent tecta paſcua, ſed etiam hominibus, etiamſi rebus abundent, quibus moleſtiam byemis coercere & probibere poſſunt.*

τῆμος τ' ἄμιον.) *Tunc, inquit, menſe uidelicet byberno, conſueti pabuli dimidiam partem bobus eſſe dãdam dimidiamq; detrahendam, quòd noctes tum ſunt longiſſimæ, ideoq; plurimum dormire ſolent boues, nec tantum laborant, quantum prius. Hominibus autem uult aliquanto plus de conſueto priori cibo addendum, eo quòd etiam ipſis noctibus longioribus excitati, ſæpe laborant, & non ociantur, ſicut boues: & quia byemis tempore homines largiori cibo utuntur, dum exteriori frigore coactis corporibus, calor ad interiora ſecedit, & cibos facilè concoquit. Spacium quoq; noctis longius ad meliorem concoctionem magnum momentum adfert.* τῆμιον, *ualidè eſt Attica.*

ἁρμαλιὴν.) τροφὴν, ὡς σωματοποιὸν τὰ μέλη, *alimenti, quod membra concinnat adaptatq;.*

ταῦτα φυλαξάμενος.) *Hæc, inquit, mea præcepta accuratè & prudenter ſerua per totum annum, ab una æſtate uſq; ad alteram æqualiter, ut uidelicet quantitatem dierum & noctium conſideres: & ſi dies quidem longi & laborioſi fuerint bobus præbeas ipſis conuenientem & ſufficientem pabulum: ſi uerò econtrà noctes fuerint longæ & ocioſæ, minùs præbeas parciorem uictum, maiorem autem hominibus, ob eas cauſſas, quas iam recenſuimus.*

αὖτις.) communis dialectus & Ionica, siue εἰς τὸ πάλιν, siue πάλιν significet, & scribit, Attica autem θ.

ὣς δ' ἂν ἑξήκοντα.) Postquam autem sexaginta dies hyberni præterierint, post hybernam illam conuersionem, tum Arcturus ex Oceano emergens primùm apparere incipit uespері post occasum solis, & paulo pòst sequitur etiam uer, & birundo apparet. Ante ueris autem aduentum & apparitionem birundinis iubet amputari uites. Porrò byberna conuersio Solis contingit, quando sol Sagittarium percurrit, nimirum circa diem Decembris decimam, aut aliquanto citius, aut tardius.

ζεὺς.) Iuppiter, per quem uel cœlum, uel fatum intelligit. Nam sol in circulo cœli zodiaco percurrens duodecim signa, dierum conficit interualla. Aut quòd fatum, quod nos prouidentiam diuinam nominamus, ad eum modum ordinauit dies & noctes, quo iam procedunt.

ἀστῆρας.) ἄστρον comprehendit sua appellatione plures stellas.

ἀρκτόν θ'.) Hunc fabulantur esse filium Callistûs, Lycaonis filiæ, Arcadem nominatum. Cum enim Iuppiter commixtus esset cum Callisto, Iuno ægreferens amorem mariti erga alienam, ipsam in ursam conuertit. Quam postea in syluis agentem filius, Arcas nimirum, fortè uenans feras, uulnerando interemit. Sed Iuppiter misertus utriusq;, tam matris quàm filij, ambos in cœlum transtulit, eosq; in astra conuertit. Est autem Arcturus stella sub zona Bootæ siue Arctophylacis.

προλιπὼν ἱερὸν ῥόον.) Emergens ex horizonte, & ap

parens

parens prima nocte. Hic non abs re fuerit rursus declarare, quid sit ἀνατολὴ & φάσις, hoc est, uespertinus emersus, quid item exortus & occasus siderum. Prætermissis igitur multis absurdis & friuolis, ausculta, quæ à me perspicuè proponentur. Exortus *siue emersus matutinus est, quando stella quindecim gradibus ortu antecedit Solem in zodiaco, respiciens ipsum deorsum tot, quot dixi, partibus à se distantem.* Emersum autem uespertinum *uocant, quando contrarium acciderit, id est, sol stellæ conditionem habuerit.* Si uerò paucioribus partibus *à se inuicem distiterint, occasum uespertinum uocant. Porrò si quinquaginta partibus stella præcurrat solem,* μετωπεύουσα *dicetur. Si deniq; centum & octoginta gradibus à se inuicem distiterint sol & stella, diametrum facient, siue oppositi dicentur: ideoq; solis abscessu proferret se stella in emersum, & uesperi orta dicetur. Hæc superius etiam declarata sunt, & hoc loco repetita uersibus à Tzetze describuntur, quos hîc subiecimus, ut si quibus placet, Græcos ipsius uersus inspiciant, ætate Tzetzis usitato modo compositos.*

τὰς ἀνατολάς τε καὶ μεθὰμ φάσεις θέλεις,
ἀνατολάς τι καλὰ λέγεις τῶν ἀστέρων
παρὰς τὰ πολλὰ τῶν ψυχρῶν λόγων,
ἄκου τρανῶς δὲ ἡμῶν διδαγμάτων.
ἀστὴρ προμαιρῶν πηχυπαίδικα δίχως
ἐν τοῖς ἑῴοις ζωδίων ἀναδρόμοις,
τὸν ἥλιον βλέπων δὲ τοῖς ὑπὸ δρόμοις
πάντῃ ὑπαντίχοντα μοιρῶν ὧν ἴσων,
ἀνατολὴν ἴσασι δυόμενον τρίχα.

ἐκ δ' αὖ πρωΐρεμνα πρωΐρεμνῶν τε φύλλα
ἕσπετο· ὣς δ' αὐτὼς τὰς κάτω καταδρέμας
ἀναπολὼν ῥίχνει μὲν, ἀλλ' ὀξὺ κοπίζας.
ἐκ δ' αὖ ἰλάτης, τὸν δίσιν τὸν ἰσπέρων,
μοίρας ὃ πρωτόνους πρωΐρεμνῶν ῥίχε
μυσερόν μα, πρὶν δρίμυς ὑποδρῆναι.
μοίρας δ' ἰκατὸν ἀγδοήκοντ' ἄρ' ἔχων
ἀστὴρ ὑπὸ δῦσε φύλλα διαμέτρους
δώσεται δὲ γῦν, ἀμφουχίρεα ἴχνια.
ταυτὶ μὲν ἴγνυς, πρὶν μανδὸν οὕτω νέα
παρεῖς τὰ πολλὰ τῶν λόγων λυρήματα.

τόνδε μετὰ.) Post uespertinum ortum Arcturi, ὁ ἰρόεις, ὁ μιγάλως κὴ ὀρθίως γοῶσα χιλιδὼν, interè canens lugens q; birundo apparet. Proclus autem, uir sapientißimus, Platonem adducens testem, ait nullam contristatam auem cantum edere. Vnde neq; birundinem ἰρόεσσαν, sed ἰρόεσσαν uult scribi. Scimus autem etiam nos, absq; teste Platone, quod nulla auis contristata cantum edat: sed poeta studio quodam ornandæ orationis clamorem birundinis, luctum appellat, respiciens ad fabulam de filiabus Pandionis. Vnde et birundinem, Pandionis uocat filiam secundum fabulam. Est & altera filia Pandionis, post birundinem nata, Philomela. Quomodo autem tu, qui ignoras lugere birundinem, intelligis dici Pandionis filiam? quomodo autem ἰρόεσσαν uis scribi, quæ per totam diem magis clamat, diluculo autem minus? Cum autem Plato dicit, nullam mœstam auem canere, non certè de ijs scripsit quæ fabulosè dicuntur.

—— uestitus.) filia Pandionis. Fabulam talem adducũt.

Pandion

Pandion Athenieſis duas habuit filias, Procnen & Philomelam. Quarum alteram, Procnen uidelicet, Tereo regi Thracum in matrimonium dedit, qui ex illa Ithyn filium genuit. Ex intercapedine autem temporis cum Procne ſororem ſuam deſideraret, petijt à Tereo, ut ille profectus Athenas, ſororem ſibi uidendam adduceret. Qui ut Athenas peruenit, ſoceri uſus hoſpitio, in Philomelæ exarſit amorem, digreſſuſq; eam duxit in Thraciam. In Aulide uerò Bœotiæ corrupit ipſam, & linguam eius truncauit, ne ſorori poſſet eloqui commiſſa. At Philomela in Thraciam ueniens, cùm lingua prodere ſcelus non poſſet, ueſte intexuit notis literam, quam ad ſororem iuſſit perferri. Quæ inſpecta coniugis libidine, caſumq; germanæ cum comperiſſet, mactauit filium Ithyn, ac dapibus immixtum præbuit deuorandum marito. Quibus expletus Tereus cum cognouiſſet, quòd filiũ deuoraſſet, habebat in animo ambas ſorores interficere. Verùm dij illarum miſerti, ipſas uerterunt in dues. Ac Procne quidem in hirundinem uerſa, filium Ithyn luget: Philomela autem in luſciniam mutata, clamat, τηρεύς με ἔβλαψεν. Tereus mihi uim intulit. Tereus deniq; upupa factus, πῦ πῦ clamat, ubi ubi ſunt, quæ mihi filium dapibus immiſcuerunt? Hæ ſunt nugæ fabuloſæ, de quibus ſcribit Sophocles in Tereo.

Ἄνακτ' ἄνακτα μηλοτέκτονα μολών.) Palmites iubet arare, plantare, ſeminare, amputare: ita nauigare, nubere, et ſimilia, promiſcuè. Sed Orpheus mathematicè omnia iubet facere: ut exempli gratia, Luna exiſtente in Virgine, monet omnia plantare, exceptis ſolis uitibus. Nam Virgo odituitem,

propter

Ex Soph.

propter patrem Icarium. Ioue percurrente Aquarium, non esse nauigandum praecipit: periculosam enim tum esse in mari nauigationem. Eodem Ioue in Piscibus existente, bonum esse, matrimonium contrahere, & reliqua similiter.

ἀλλ' ὁπότ' ἂν φοσίοιο.) Sed quando Pleiades mane oriuntur cum sole, quas fugiens domiporta, id est, testudo siue cochlea, aut animalculum simile api apud Arcades frequens, repit ad plantas & uirgulta, tum fossio & alia cultura uitium est intermittenda, ne forte propter nimium solis æstum patefactæ per fossionem radices exiccentur & corrumpantur.

ἅρπας τε χαράσσεσθαι.) pro χάραξαι. Acue falces, & seruos excita, omniáq; præpara, quæ ad messem pertinent. Relinque autem conscessum umbrosum & dormitorium (εὐνὴν pro κοίτην posuit, atque idipsum pro somno, per tropum, μεταπλασμὸν dictum.) æstatis uero tempore fugias somnum usque ad auroram protractum. Ante æstum autem surgens tempestiuius, facilis messem in temperata aëris constitutione. ἀμητὸς & ὥρητὸς, sunt tempora. ἄμητος autem & θέρος, τὰ θερισθέντα καὶ ἀροτριώμενα, ea quæ colliguntur in messe, & quæ sunt arata.

ὅτε καρφύ.) Attice talia per ντα scribuntur: Iones autem illa non exprimunt per subiunctiuos.

τεμῶ τε σπουδήν.) Tempore, inquit, æstatis, quando Pleiades emerserint cum sole, summo mane surgas, & festina quàm maximè in demetenda segete & importanda, ut uictum tibi compares sufficientem.

ἡμὲρ γαρ.) ἡμὲρ quatuor significat. 1. Diem solam. 2. Spacium diei & noctis. 3. Matutinum tempus. 4. Id quod in uniuersum & simpliciter diem uocamus, quod fabularum authores corpoream deam nominarunt. Nunc autem matutinum tempus intelligit, & subiungit laudes illius diei partis, dicens matutinum tempus tertiam totius in die confecti operis partem absoluere: hoc item commodissimum esse tam ijs qui laborant, quàm alijs qui peregrinantur. Diluculum illud, inquit, multos uiatores aliter faciendum commouit, & multis agricolis iunxit boues ad iuga, ut nimirum progrederentur ad labores. ζυγὰ autem pro ζυγὸς positum, est μεταπλασμὸς.

ὅμ& Ἀ σκίλνμ&.) Quando autem ὁ ἀκανθὶς τῦ δένδρυ, hoc est, carduus uermiculi centipedæ illius floruerit, quem etiam σκίλνμον uocant, & sonora cicada supra arborem sedens, effuderit uocem acutam, ex crebra uibratione pelliculæ sub alis (sic enim edit strepitum cicada,) uexans seipsam, tempore æstatis λαμπρότ&, λοιπὸν ἢδὴ ἐπιπόνου, laboriosæ, tunc capræ sunt pinguissimæ, quia desierunt lactare hædos, & pastum uberiorem & solidiorem habuerunt. Vinum quoq; tum est optimum & probatissimum, quòd non amplius corrumpetur, nec acescet, postquam toto autumno, hyeme ac uere duraue-rit, suasq; ebullitiones & concoctiones habuerit, et iam æstatem attigerit, necdum sit mutatum. Mulieres autem illo tẽpore sunt lasciuissimæ, & cupidissimæ Veneris. Cũ enim natura sint humidiores & frigidiores uiris, tũc temporis propter calorẽ solis temperãtur, exiccata nimirum superflua

superflua ipsarum humiditate, eoq; modo fiunt auidiores ad coitum & temperatiores. Viri autem æstate sunt debiliores. Sunt enim natura sicciores fœminis, ideo q; quo magis exiccantur, eo magis debilitantur. In hyeme autem consortia mulierum magis appetunt, quando siccior ipsorum natura ab hyberna humiditate temperatur. Tempore autem uerno uiri æqualem habent constitutionem ad Venerem. Æqualem autem constitutionem ita intellige, ut mulier tamen maiorem uiri appetentiam retineat.

ἀχέτης.) ἀιχετὸς, Bœotorum & Æolum est idioma siue dialectus.

σείριος.) Nunc & sol intelligitur, & stella sub mento Canis sita, quam Sirium appellant. Tunc enim etiam illa oritur manè cum sole.

σκιερὰ σπιὰ.) σπιλαιώδης σπιὰ, umbra antrorum. Videtur autem Hesiodus hoc loco sibi contraria scribere. Nam suprà dixit, fugienda esse umbrosa conuenticula: nunc autem monet, sedendum esse in umbrosis antris. Sed non sunt hæc contraria, siue, ut uocant, pugnantia, imò potius concordant. Quod enim superius dixit, primo diluculo surgendum esse ad operas, sub frigidiorem nimirum diei partem, hoc rursus confirmans, inquit: Ante feruentem diei partem surgens, tradas te laboribus agriculturæ. Quando uerò constitutio diei feruidior aduenerit, tum ingredere umbrosa & petrosa spelæa, uinoq; bibulo indulge.

οἰνοβαρέα βίβλινα.) ἀπὸ βιβλίνης ἀμπέλου θρᾴκίας, ex Biblina uite Thraciæ collectum: aut, meo iudicio, tenue & aquosum.

ſum, quale eſt populorum in Aſſyria iuxta Biblum & Libanum degentium, qui ſunt ὑδροχόται. Hoc enim uidetur ſignificare, cùm infrà ſubiungit tres aquæ partes ſumendas eſſe ad unam uini, quæ ſit quarta pars, ut uinum fiat dilutum & aquoſum.

πίδακα τε σπιδνήν.) Illa ſyllaba σπι complet dactylum. Eſt enim illud τε anceps ſyllaba, & hoc loco non producitur, ſicut & apud Homerum:

ὄλλυ σπάσσασθ' & ἕλιγε τὸ ἓν μέρος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον. Iliad. φ.

μάζαν.) τὸ ἀπαλὸν, παρὰ τὸ μὴ ἄζαν τις ἔχειν, tenue ac mollè libũ, quod fuligine ſituq; careat. Non autem ſicut uolũt aliqui, τὸ παξαμάδιον, panis bis coctus. μάζαν τ' ἀμολγαίην, recens & tenuis, atq; delicatus panis, παρὰ τὸ μαλθῶ, τὸ τρυφῶ, delicior: aut παρὰ τὸ μάσσω, τὸ μαλάσσω, mollio. αἶτα & autem eſt panis magnus, ἠὲ αἶτα, ſufficiens. Etiamſi quidam ſubtiliores Grammatici, μάζαν uelint potius aridum & durum, eumq; paruum, panem appellari. μάζαν τ' ἀμολγαίην, αἴτου γυναῖκα & ἀμολγέα ἠὲ ποιμένι λαῶν, panis ſelectus mulgenti & paſtori competens, aut ex lacte admixto confectus.

ἀβρυομένων.) ceſſantium à lactando, non lactantiũ.

ἠὲ βοὸς ὑλοφάγοιο.) Habeas, inquit, in promptu hoc & illud. Et carnem uitulæ in ſyluis paſcenti, & armenta ſequenti, necdum domitæ: aut quæ nõdum ſit ſubacta nec enixa. Tum carnem hædorum primogenitorum. Poſtea indulge genio, & ſedens ſub umbra fruere delicijs uerſa facie ad flatum zephyri temperatũ, iubens interea famulos ſegetem demetere. Quomodo autem, ô Heſiode, tuus frater, qui ex pauperum & circulatorum numero

fuit, tantum habebit commeatum, quem uix habent etiam melioris ſortis homines, uitulæ adultæ necdum enixæ carnem, & primogenitorum hædorum: niſi fortè ipſi ſtatim ſuppetant oues Iobi, aut Erichthonij armenta adipiſcatur, aut uniuerſam propemodum poſſeſſionem Tritæchmi Babylonij, Artabazis filij, qui ſingulis diebus ex ſuis aruis artabam ſiue medimnum argenti pro tributo accepit: tum equorum in paſcuis uerſantiũ habuit circiter ſexies aut decies millia: præcipitium autem in libidinem circiter octingentos, exceptis illis qui ſunt apti ad bellum: canes autẽ uenaticos tot numero, quot uix poſſit tributum quatuor regionum paſcere.

τρὶς δ' ὕδατος πρόχεαν.) De hoc iam diximus ſuperius. Proclus autem hic nugatur de numero pari & impari, impariter pari, & pariter impari, hemiolio & ſeſquitertio, ſuperpartiente & multiplici, item multipliciter ſuperpartiente, & reliquis: quæ ut intempeſtiuè inculcat, ita obſtrepit tantùm auribus iuniorum, & imperitiam immoderationemq; ſuam in explicando proditi ſuntq; illa tam incompoſita tamq; aliena, quàm illæ literarum picturæ, dealbationes & illitiones, quæ à lapidarijs & fabris ſæpe adhibentur.

ἵεμεν.) πίμπλι, ἐμβαλε, immitte. Hanc ob cauſſam aſpiciari debet, ἵεμεν. Et de dignotione aquarum ſapiens Proclus intempeſtiuè philoſophatur. Neq; enim hoc loco de iudicijs aquarum Heſiodus diſputat. Si quid autem in talibus fortè dignum inciderit, illud non prodigioſa loquacitate, ſed explicatione ad textum pertinente oſtendemus accuratius, ut ſcire poſſitis, nos ueterum ſcripta de digno-

dignotionibus aquarum perlegisse, sicut et de alijs rebus multifarijs, etiamsi humili omnibusq; perceptibili stylo scribamus, idq; quod uobis poterit esse usui. Scribemus autem etiam nos aliquid, extra limites propositi nostri uagantes, Proclianisq; adijciemus hoc unum de iudicio aquarum. Optima est aqua, quæ facilè calefit, & facilè rursus refrigeratur.

Δημήτρου ἱερὸν ἀκτῖν.) Sacrum munus Cereris, *hoc est, frumentum. Δήμητρα autem nunc uocat, aut ipsam terram, aut uxorem Bacchi Osiridis, aut plantandi artem & agriculturam, quam Bacchus peregrinando inter homines dispersit.* Historiam autem *de Proserpina & Cerere initio commentarij nostri explicauimus, ubi & fabulam & allegoriam simul ostendimus.*

ὡς αὖ πρῶτα φανῇ Ὠρίων & ἀγίων.) Proclus, *uir sanè sapiens, circa numeros & iudicia aquarũ terens tempus & chartam, in quibus non esset opus, utilia interdum & necessaria explicatu prætermittit, sicut hoc loco exortum Orionis. Sed nos, qui nihil tam abditæ sapientiæ nouimus sicut Proclus, de historia quidem fabulosa Orionis non multa dicemus, qui nempe uenator in Bœotia fuerit, filius Hyriei & Euryales filiæ Minois, & quem Diana interemit, producto ex terra in ipsius exitium scorpione: uerùm aliquid ex abditis matheseos penetralibus docebimus, præter illam de exortu Orionis doctrinam, idq; quambreuissimè, etiamsi propositum argumentum occasionem prolixæ orationis nobis præbeat.*

Iambici ſcnarij Tzetzæ.

λίνα πανεπισύρσιν ἡμερῶν δρόμοι,
ἀξ ἀρίστου φάσεως πρὸς τὸν πυῶν.
ὅτως ἴφη μὲν καὶ σαφῶς κὴ σωφρόνως.
εἰ δ' αὖ βιλήσοι τις παρεκτένειν πλέον,
ἅπαξ δυοῖν ταυρικῶν δρόμων τρίχειν
τελευτῶν δεκάδων ἡμερῶν τρίχα δρόμου.
καὶ τρεῖς ἐπ' αὐτοῖς φωσφορήσας ἡμέρας,
τροπὰς ἑλεύναν ἄρχεται θερεσίνας.
αὐτῶν τροπῶνδε τῶνδε τῶν θερεσίνων,
παραδρομάδος ἡμερῶν διπλοεννέδος,
ἑπτολὸν λάκνυσι λαμπρὸν ἀρίωνι
ἐνδοῦθεν ἐξάκυκλος ἡμερῶν δρόμος.
δυοῖν δ' λοιπὸν ὁ λιπάστερος ἑσπέρας.
ἀξ ἀνίξ δ', λιμνάδας δ' πρὸς πυῶς φαίνειν
ἅλυ τετράκτυς ἡμερῶν παραῤῥύς.
λιμί τι πλατιῶν τὰς δρόμους τῶν ἀστέρων,
ἁδὸς ἀκεμβῶς ἀστεμὴν πᾶσαν δίκιν,
Σιγῶ τὸ λοιπὸν, μὴ βελόσω συγγράφων.

Quæ ſic iiſdem numeris uerti poſſunt

Decem dierum prætercurrunt ſpacia
Ab Orionis emerſu, uſq; ad Sirium.
Sic dixit ille prudenter & breuiter.
Si placet, producamus rem uerboſius.
Ingreſſus Tauri gradus Phœbus lucidus,
Hos tranſit intra tres dierum decades.
Et inſuper diebus coruſcans tribus,
Aeſtiuum mox accedit ad Solſtitium:
Quo percurſo dierum duplis ſpacijs,
Oſtendit Orion emerſum ſplendidum.

Dierum

Dierum prodit inde ſextum ſpaciũm,
Poſt occidit uolucrum præſtantiſſima, Aquilam intelligit.
A' cuius occaſu dies poſt quatuor
Canis emergit manè Soli proximus.
Sed quid tam longè ſiderum curricula
Diducimus, ſcientes legem ſiderum?
Tacemus ergo cætera, nec amplius
Scribendo comparemus nobis uitium.

μέτρῳ δ' ὀνησόμεσθα.) Menſura, inquit, fruges, quas collegiſti in tuis repoſitorijs, ut ſcias nimirum, quantum ex cultura agri fructum perceperis.

αὐτὰρ ἐπὴν δή.) Poſtquã autem ſepoſueris domi tuæ omnia quæ ſunt neceſſaria ad uictum, conducas etiam mercenarium aliquem, qui non habeat domum aut familiam: ita ancillam quoq; carentem liberis, ne uidelicet ille in ſuam domũ cupiat aut poſſit quid clam ſurreptum inferre, hæc uerò cogatur liberorum curam agere. Hoc enim ſignificat illud uerbum *ἀποίκιος*, deducta appellatione à iuuencis, quæ habent *πρωμάσιον νέρτερον, ἄγνυ δάμαλιν*, uitulam adhuc lactentem.

λαφυροδόντα.) *ἐξυόδοντα, δηκτικὸν*, qui habet dentes aſperos & ſerratos, & qui audet inuadere, *τὰς ἐμπρόσθιας, ἄγνυ τὰς λοιπὰς*, fures, eoſq; mordere.

χόρτον τ' ὀνόμασον.) *χόρτον τὴ ἄχυρον*, fœnum & palea, ſic importa, ut tuis iumentis per totius anni ſpacium ſufficiat pabulum. Et permitte poſt collectionem frugum boues & famulos quiete & recreatione aliqua frui: nec tantopere uexes & fatiges ipſos, ſicut quidam ex grauioribus dominis facere ſolent, aliis laboribus ut poſtea

rursum tibi posſint administrare, tuosq; labores conficere, malidiori ex quieto corpore reddito.

ὡς δ' ἂν δ' ὠρίων καὶ κύων.) *Quando autem Orion & Canis medium cœli tenuerint. Non enim admodum longè à se inuicem distant. Arcturus autem, stella nimirum lucida zonæ arctophylacis, quam etiam ἰωφέρην uocant, manè cum Sole oriatur, quod fit elapso ſedecim dierum ſpacio poſt canis exortum, nimirum poſt nonam diem Auguſti, tum, inquit, ô Perſa, memento uindemiæ. Sed quomodo Heſiodus non uideatur uanitatis nomine poſſe incuſari, quòd fratri ſuo, homini tenuis fortunæ & plebeio, tam obſcura meſſis & uindemiæ, aliarumque manifeſtarum operarum indicia præſcripſerit, quæ ſæpe à multis aſtrologis non intelliguntur? exiſtimo autem etiam ab ipſo Heſiodo. Neque enim monuiſſet, Auguſto menſe inchoandam eſſe uindemiam.*

μεσουράνημα autem, ſiue medium cœli, ut prius docui in uerſibus, eſt, quãdo ſtella nonaginta partibus ſolem ortu præcurrerit, hoc eſt, quando tribus integris ſignis ſolem anteceſſerit. Nam perpetuò hoc accidit, ut ſingulis mo-mentis ſex ſigna ſint ſuper terram, & totidem infra terram. Tunc igitur Orion tribus integris ſignis ſolem exortu antecedit, mediumq; cœli obtinet cum Tauro, dum Sol orientem occupat. Sol autem in ſigno Leonis uerſatur, trãſcurſis iam dudum Tauro, Geminis & Cancro.

λάξευε δ' ἰτιλίψ.) *Exicca autem botros, decerpens in ſole, eosq; per decem dies ſub dio pones, & rurſus per quinque dies in loco umbroſo retine, ut moderato aere compleantur; deinde calcans ipſos, fac uinum, idq; uaſis infun-*

infundas. Hoc quoque, quòd talem uini præparationem fratri suo præscribit Hesiodus, uidetur esse uanum, & non absimile malè cobærentibus legibus Platonis. Neq; enim existimo, uel Persen, uel Hesiodum quoq; tale uinum præparasse aut bibisse.

διοσίαις.) Illud ο etiamsi paruum scribatur, tamen sit longum propter sequentem ν. Atticè autem magnum scribitur.

πλειάδος δ' ὑάδος τε.) De his iam diximus superius. Hyades autem dicuntur, quòd sint literæ υ similes, aut quòd imbres & pluuiam adferre soleant. Inquit igitur: Quando illæ occiderint uespertino occasu, tum memento arationis, ut suprà quoq; diximus. πλειὼν, ἐχέτω, ἀπὸ τῦ πάντα πλήθειν, tempus, quòd complet omnia. Est enim ipsum, pater omnium rerum. Aut quòd faciat ad sationem & messem, ortu occasuq; Pleiadum. Aut ab eo, quòd ex multis constat, & in multa sit diuisum: ἐ ἐκ πολλῶν συνίστης, καὶ ἐς πολλὰ διῃρημένον. Dico autem tempora, menses, hebdomadas, diem & noctem, horas, minuta, secunda minuta.

ἐ δὲ σι νωτιλίης.) Videtur Hesiodus infensus fuisse nauigationi, ex eo quòd δυσπέμφελον, id est, δυσπεράτωτον καὶ δυσήμερον, periculosam & difficilem, ipsam appellat. Sed tamen etiam de hac tradit præceptum, quando nimirum non debeat nauigare. Dicit igitur, quando Pleiades uesperi occiderint, fugientes Orionem tanquam uenatorem, post tres dies etiam ipse Orion occidit, tum fiunt uehementes & uiolenti flatus. Nec habeas illo tempore nauem in mari,

ſed extrahe ipſam ſupra terram ſiccam, & firma lapidibus, quibus arceatur uis uentorum & fluctuum, ne frangatur. Inſtrumenta uerò nautica aſportes domum, eaq; conuenienter obuoluas & componas. Tum autem exerce & cole terram, memor præceptorum quæ tibi antea tradidi.

ὑγρὸν ἀέντων.) ὑγρὸν πνεόντων, *humidè flantium. Nam aqua reſoluta, fit nebula: magis uerò attenuata, fit flatus.*

κάμαρον.) *Paxillum carinæ, quo extracto effluit ſentina.*

ὅπλα νηῶν.) *intelligit ſupellectilem neceſſariam in nauibus.*

ἀμόσσας τελίσσαι.) *Decenter & conuenienter contegens & componens,* τὰς πτέρυγας, *nauis alas, ut uela, funes, & ſimilia.*

πηδάλιον δ' ἀρτύναι.) *Gubernaculum aptè & artificioſè confectum, ſupra fumum ſuſpende, extrahens ipſius humiditatem, exiccāsq;, ne uidelicet propter copiam humiditatis putredinem concipiat.*

αὐτὸς δ' ὀπάσσειν.) *Tu autem, inquit, debes abſtinere à nauigatione, & expectare, donec adipiſcaris tempeſtiuam & cōmodam, quam prius dixit quinquaginta dierum eſſe, ab initio nimirum æſtiui ſolſtitij per totam æſtatem. Et tunc ſolummodo, inquit, nauigationem inſtitue.*

ἀρτύνειν.) ἁρμόδιον, *aptum & conueniens onus. Nam multi ſtudio immoderati lucri nimis onerant nauem: unde fit, ut cùm nimio pondere premunt, ſeipſos unà cum nauibus perdant.*

ἡμός τι πατὴρ νὺ σὸς,) *id eſt, Dium. Nam hic fuit amborum*

borum pater: mater autem Pycimeda.

πλοίῳσι ναυσὶν.) ἐνηυτιλλέτο, ναυτίλλετο, nauigauit.

βίᾳ λιχνεύων & ἰῶλῇ.) Cum nomen bius sex significet, ornatum uitæ, alimenta, opes, artem & mores, nunc potius hoc nomine uictum aut facultates intelligit poeta.

ὃς πάλι.) qui pater utriusq; nostrûm Ascrã peruenit, ibidemq; habitauit, emenso peragratoq; per nauem magno mari, relinquens Cumam, suam patriam, quam nunc Phriconidem appellant, unam ex ciuitatibus Aeolicis. Sunt autem Aeolicæ ciuitates circa Mitylenem sitæ, & insulæ similiter. Est uerò etiam altera Cuma in Italia, ubi nata fuit Sibylla. Et insulæ Aeolides in Rhegio, hoc nomen acceperunt ab Aeolo, illarum quondam domino, mathematico, & rerum nauticarum peritissimo: ideoq; etiam dominum fuisse uentorum fabulantur.

ἐκ ἄρα & φίυγων.) Ironica sunt ista κὴ δεδικὰ. Vult enim dicere: Non deseruerat patriam ideo, quia non posset ferre inuidiam propter diuitias, sed quia necessitas illum cogebat.

πλὴν Διὸς.) quam fatum diuidit hominibus.

κάτοικε.) κατῴκησε, habitauit prope Heliconem montem.

δὶ ὑμῇ.) ἐπιπόνῳ, χαλεπῇ, ærumnoso & difficili. κώμη non est ciuitas, sed maior aliqua uilla, siue maximum alicuius prædium, ἢ μείζων ἀγρωνία.

ἄσπερ, χεῖμα λοιγὸ.) Dixit etiam ab initio, Ascram essε δυσχείμερον κὴ λοιμοδέρειον, malè habitabilem tam hyemе quàm æstate: in æstate quidem propter nimios uentos, quorum causſam mõtis magnitudo præbet: hyberno

autem tempore propter niuem, quæ Ascram descendit, radijsq; solaribus liquefacta interdum defluendo incolas obruit.

τύν.) *pro σὺ, Doricè. Tu autem, ô Persa, memor esto omnium operum, ut tempestiuè illa conficias. Præsertim autem quoad nauigationem, παρεῖσῦ, recusa, minimeq; proba paruam nauem (ἰλίγυν pro μικρὰν.) Hoc enim significat illud uerbum αἶνει, ironicè. Dum enim magna mercimonia uehuntur, plus lucri inde emergit: econtrà uerò minus, si merces fuerint minores & pauciores: nisi fortè procellæ & naufragium sint obstaculo. Alij autem sic explicant: Quod ad nauigationem attinet, habeas tibi commendatam paruam siue auctuariam nauem, ad transmissionem siue deportationem rerum pro tuis usibus necessariarum: magnã autem siue onerariam nauem adhibeas ad merces & negociationes maiores.*

ὥ τ' ἂν ἐν ἠπείρῳ.) *Quando autem animum tuum conuerteris, nimirum à uiolentia & rapinis, uoluerisq; negociando & debita & famem euitare, ostẽdam præscribamq; tibi rectam rationem nauigandi in mari, etiamsi rei nauticæ non sim admodum peritus. Neque enim unquam nauigaui, nisi in Eubœam, siue Eurypum ab Aulide. Quod autem dicit, est interuallum omnino exiguum. Neq; enim Aulis ab Eurypo multum distat. Ridiculè autem agit, dum pollicetur se ea uelle docere, quorum scientiam penitus non habet. Euboea autem accepit nomen ab Euboea nutrice Iouis: Aulis autem, ἀπὸ τῆ ἐνεῖσθαι αὐλισθῆναι τὸς Ἕλληνας, quòd ibi suastatiua habuerint Græci, dum pararent expeditionem ad Troiam:*

Eurypus Bœotiæ.

Aulis.

aut

aut ἀπὸ αὐλίδος ἡ φορώνεως, ab Aulide filia Phoronei, antiquissimi regis Græciæ.

ἀμφιδάμαντος].)Iste Amphidamas cum esset rex Euboeæ, *in bello nauali aduersus* Erithræos *periit: in cuius obitum filij eius edixerunt & proclamari iusserunt certamina omnis generis, & magna præmia proposuerunt, quæ hoc loco προπεφραδμένα appellat, hoc est, προκεκηρυγμένα, prius promulgata.* Neq; uerò Hesiodus, *ut nugantur quidam, ob superatum diuinum* Homerum, *tripodem accepit, musisq; Heliconijs dedicauit, à quibus postmodum prima literarum rudimenta hauserit. Nam labore & studio indefatigabili acquisiuit illam doctrinam, qua fuit præditus. Quòd autem* Hesiodus *fuerit posterior antiquo illo* Homero, *etiam suprà satis superq; ostendimus, etiamsi* Herodotus, *quem in multis suspectum habeo, tanquam fabularum scriptorem, eodem tempore ambos uixisse affirmet. Et si contemporaneus fuit* Hesiodus Homero, *profectò palmam amisit diuinus ille poeta, idq; sine omni dubio affirmare ausim. Solent enim plerunq; secundum ipsum, ea quæ sunt deteriora, uictoriam obtinere.*

Erithræ oppidũ in Bœotia inter Megaram & Thebas.

ἥμαθα πρηϊδίνοιο.) Iam digreditur ad promissam doctrinam *de ratione & occasione nauigandi, & inquit: Quãdo sol declinauerit post solstitium æstiuum per quinquaginta dies, & iam æstatis tempus feruidum, τὸ πουτιηρὸν θέρος, ὃ πουτιηρὰ κεὶ ἐγγυάλιξαι ὦρα, tempus anni laboriosum & operosum ad finem uerget, tum scias tempus nauigationis esse optimum & commodissimum, neque illo tempore periculum erit tuam nauim*

fractam

fractam iri, à fluctibus nimirum & uehementia flatuũ, neq; homines naufragia facient, niſi aliquid noui & inopinati acciderit in mari, aut Iuppiter, hoc eſt fatum, uentis & elementis imperans, repugnauerit tuæ felicitati. Illud igitur tempus obſerua, tuamq; nauem ſolue eo tempore: quia tum flatus uentorum ſunt leues & temperati, & mare tranquillum atq; innoxium. Sed reditum quoque matura, nec foris emanes uſque ad uindemiam & autumnum, ne obruaris pluuijs autumnalibus & Auſtri flatibus.

μετὰ τρεπὰς.) illud was etſi longum ſit, tamen corripitur tanquam anceps ſyllaba. Deſinit enim in partem orationis.

λαυάξαις.) λαϊλάξαις, συντρίψαις, fregeris, Aeolicè. Nam Aeoles, ſi fuerit poſt alpha uocalis aliqua, tum υ adijciunt: ut exempli gratia, ἀὴρ αὔηρ, ἀὴτε αὔητε: ἀάτη, ſiue damnum, ſiue inexplebilem ſignificet, αὐάτη, & ſimilia. Si uerò intercedat aliqua conſonans, iam non amplius id accidet. In ijs uerò uerbis, in quibus conſonantes poſt uocalem ponuntur, geminantur aut ipſæ eædemq; conſonantes, aut ſimpliciter conſonantes. Ipſæ quidem, ut in iſtis, ἴννυ, ἄμμις, ὔμμιν, πίμπραμεν, ἐ πρίαμεν: ſimpliciter autem conſonantes, ut νάννυμεν, ἴσχες. Abijciunt autem etiam literam γ ex ijs uerbis quæ deſinunt in υξ, φέρυξ & φόρμυξ dicentes, et alia ſexcẽta. χρυσὸς per diphthongum ſcribunt, & ἀμφιτρυὼν & ἄδμην & γαρυὼν dicunt, & σοπάσομαι. Et per κ ſcribitur illud δίννυκ & ſimilia uerba ſubiunctiui modi, & πάρυκ & ſimilia, item infinitiui omnes, & alia ſexcenta.

ἐπὶ

ἐνσείχθων.)ὑ ὑιῶν τὴν γῆν, concutiens terram. Est enim aqua, cauſſa terræmotuum.

ἐν τοῖς γὰρ πέλα@.)Nam in mari & fato ſitus eſt finis tam bonus quàm malus nauigantibus.

ἄλλα@ δ' ἐυπλοίας.)Iſta, inquit, eſt tempeſtiua & felix nauigatio. Est autem etiam alia cum periculo coniuncta, mihi non grata, quæ fit uerno tempore, quando uidelicet in ficu tanta apparuerint folia, quantum eſt ueſtigium cornicis ſuper terram incedentis. Hæc quidem nauigatio eſt ambigua, mihiq; diſplicet. Sed tamen etiam tunc temporis ſolent homines nauigare, qui ſunt cupidi pecuniæ & lucri auidiores. Quidam enim hominum pecunias æquiparant uitæ ſuæ. ὀμφάδα, recens folium ficulnum. Per antiphraſin, τὸ ἀκρέμονα, ἢ μὴ ῥᾳδίως κινούμενον, quod non facilè mouetur.

ἀμβατὸς.)σὺν βάσις, mare peruium, aſcenſibile, aptum ad nauigandum.

δύνημι.)αἴνω, & per paragogen Atticam αἴνυμι.

ἐρπακτός.) παράβολος καὶ ἐπικίνδυνος ὑπάρχων, homo proiectæ audaciæ, temerarius, qui nulla ratione ad res dubias & incertas rapitur.

χαλεπῶς.)μόλις, δυσχερῶν, uix, difficulter.

καὶ τὰ.) καὶ ταῦτα, etiam iſta, uernam nimirum nauigationem.

μὴ δ' ἐνὶ νηυσὶ.) Nauigaturus autem, ne imponas omnes tuas facultates nauibus ad mercaturam exercendam. Sed habita ratione inconſtãtiæ maris, tertiam partem tuorum bonorum impende negociationi: alias uerò duas partes domi relinquas. Est enim periculum ualde

graue

graue & horrendum, se committere fluctibus cum naue onerata. Deinde inquit: Sed quid dico illud difficile & horrendum esse, quandoquidem etiam in continenti, si plaustrum aliquo pondere supra modum oneratur, & axis frangitur, tum graue importat periculum, eo quòd ruina sua res omnes pessundat, & ad nihilum redigit. Modum igitur siue mensuram serua in omnibus negotijs, & occasionem atque opportunitatem consentaneam. Nec est reprehendendus Hesiodus, quòd nesciuerit rationem nauigandi docere, sed saltem de æstiua nauigatione docuerit. Ingenuè nanque fassus est, se non habere expertum, quæ sit nauigationis ratio, nec peritum esse rerum nauticarum.

ὡρῶ & δὲ γυναῖκα.) Tempestiuè etiam matrimonium contrahas. Tempus autem conueniens nuptiarum dicit esse, in uiris quidem, quando neque multum triginta ætatis annos excesserint, neque illis multum minores fuerint. In fœmellis autem, ut sint annos natæ quindecim: quod tempus poeta non adeò perspicuè protulit. Atque ita quidem docuit Hesiodus, quando possint uiri res suas administrare laudabiliter, tanquam in statu perfecto, & quomodo non debeant procurationi liberorum ante tempus dare operam, ne destituti facultate rerum acquirendarum, tristem molestamq; ætatem degant. Atque ita quidem docet Hesiodus. Sed mihi uidetur hac in re multum inesse periculi, ne dum uiri prouectioris ætatis, ducunt fœminas multò iuniores, ipsi paulo pòst destituantur uiribus & conse-

conſeneſcant, atque ita alijs, non ſibijpſis duxiſſe uxorem uideantur: fœminæ autem magis roborentur, & ad florem feruoremq; ætatis prouectæ, ſenium ſuis maritis concilient. Præcipit autem, ut qui uelit matrimonium contrahere, is ducat uirginem quindecim annos natam.

μήτι τελήνιλα.) Ne ſcripſeris τελησίλων, ſiue id Heſiodi, ſiue librariorum ſit mendum: ſed τελάνιλα. Nam omne nomen, quod tria genera complectitur ſub una terminatione, eſt indeclinabile: ut τελάνιλα, πρωτάνορα, & omnes numeri, quemadmodum & pronomina ἐγὼ, σοὶ, ἐμοὶ, & ſimilia. Quibus placet inconcinna, & à meis uerbis aliena ſcribere, illi ſanè ſcribant τελησόντων, & πρωτησόνλων, & ἐξησόνλων, & ἑκατόντων, ſi uelint.

τίτορι.) τετραιεπαδεκάτῳ χρόνῳ, decimoquarto anno.

παρθενίην δέ.) Iungas tibi uirginem matrimonio, ut adſuecat ad mores tuos, tibiq; fiat ſimilis: quod frustra quis expectet ab alia, quæ iam habuit maritum, & peregrinis moribus eſt informata. Et uirginem quidem duces habitantem in uicinia, cuius paternum & maternum genus tibi ſit notum: ne forte ignotam ducens, cuius familiam non accuratè tenes, te poſsit pœnitere. Quo facto, ipſum excitabis tuis uicinis, qui conſpecto tam aduerſo euentu coniugij, gaudere ſolent. Neq; enim potest uir aliquid contingere melius, gratius & exoptatius, quàm ſi nanciſcatur probam uxorem: ſicut ediuersò nihil deterius, moleſtius et acerbius, uxore improba, quæ luxui & delicijs

delicijs sit dedita, & uirum adurat, quamlibet cordatum & robustum, igni non accenso lignis, cumq; praeter aetatem faciat senem & decrepitum, destitutum exhaustumq; uiribus.

Δαιτυλίχης.) quae clàm marito commessatur, & occultè adit conuiuia, ijsq; indulget.

ἰῦ δ' ὄπιν ἀθανάτων.) ἰῦ (λιπαρῶς) ὄπιν (ἐπιτροφὴν ἢ φρονίδα) ἔχειν (ἴσο ἢ ὕπαρχε) περιφυλαγμένος (φυλάσσων) τῶν θεῶν. Praeterea, inquit, bene & decenter observes et consideres inspectionem, animaduersionem & gubernationem deorum. Possunt hîc allegoricè animales potentiae per deos intelligi. Hoc est: Accuratè considera, animoq; perpende, quod sit tuum officiũ: nec amicum habeas in tanto precio & honore, sicut fratrem, hoc est, ne naturalibus praeferas externa, nec patriae anteponas peregrinam terram, propter donorum acceptionem, aut alterius rei caussa, & sic in similibus similia facias. Quod si feceris, uide ne postea te poeniteat, fluxaq; mutabilis & degener, maliq; author primus.

Allegorica interpretatio uerborũ Hesiodi.

μὴ ἔ ψοῦδεά δαι.) Neq; si ueritatem cognoueris, peruertus illam, & mentiaris lingua rethoricae praeceptis imbuta & uehementi, fortè in gratiam alterius, & sub fuco & praetextu amicitiae simulatae. Nam qui scit ueritatem, & tamen mentitur, is est adulter ueritatis, & infertum intellectui. Est enim illud, opus uersutiae, & non rationis. Nam uere sapiens non dixerit mendacium.

Iste Python?

αἰ δέ κ' ἀρχὸς ἔῃσι.) Si uerò ipse primus te coeperit iniurijs lacessere, tum dupliciter ipsius offensam punies, memor aut mei praecepti, aut quòd primus uiolauerit amicitiam.

citiam. Quòd si eum facti pœnituerit, & cupiat redire in gratiã, ueniamq; deprecetur, tum ignoſces ei, ipſumq; recipies.

ἀναλὶς τι αὐτὸς.) Homo leuis & nullius precij, ſit ἀπὸ λοπρόσαλλος, ab uno ad alium deficit, frequenter mutans amicos.

Σὶ ἤ μή τι.) Tuam autem mentem nulla ſpecies indecoræ amicitiæ coarguat: hoc eſt, ne redarguaris aut ἄφιλος, quaſi ſis omnium expers amicorum: aut πολύφιλος, multos habens amicos: aut ὑβριστὴς τῶν ἀγαθῶν φίλων, iniurijs laceſſens bonos amicos. Hæ ſunt ſpecies amicitiæ, & aliæ ſexcentæ.

μηδίποτ' ἀλαμίνλω πρφίλω.) Neq; alicui paupertatem, à fato attributam hominibus, exprobra. Paupertas uerò altera, quæ accidit ex noſtra malitia & prodigalitate, reprehendi debet. Hoc igitur monet etiam Perſen, & præterea, ne ſit garrulus, ſuaq; lingua abutatur ad calumniandum alijs: neq; enim rem aliquam uel meliorem, uel perniciоſiorem eſſe quàm linguam. Id quod etiam Pittacus Lesbius innuebat, qui Amaſidi Aegyptio miſit linguam ſumptam ex uictima, tãquam rem & optimam & peßimã. Idem uerò etiam fecit Aeſopus ille Phrygius.

ἐὰ ἤ λωιὸν.) Quòd ſi garriendo contumelijs affeceris aliquem, plura & deteriora audies. Hoc autor ex Homero ſumpſit, apud quem hic uerſus legitur:

ἴη ποίου κ' εἴπησθα ἔπος, τοίου κ' ἐπακούσας: Iliad. v.
Qualia quis dicit, reſponſa & talia habebit.

μὴ ἤ πολυξέινος ἑαυτὸς.) Adhortatur ipſum, ut ſit cultor ſocietatis, & non ſolutus aut ſolitarius, & inquit: Ne ſis in morоſus

moroſus propter publicum & commune conuiuium, hoc eſt, propter collationem publicam & ſymbolas, quas etiam ἐρανίδας appellamus, quando communia conuiuia inſtituuntur, & pro ſua parte quilibet confert aliquid. Poſtea inducit laudes publici conuiuij, & inquit: Ex tali ſocietate non tantùm concipitur plurimum uoluptatis & delectationis, ſed etiam exigui ſumptus fiunt.

μυδίπορ' ἄϝ ἴδϝι.) *Hæc ſimpliciter intellecta ſunt manifeſta etiam omnino rudibus, quòd oporteat puris & impollutis manibus ſacra facere. Allegoricè uerò eſt quædam ænigmatica adhortatio Pythagorea, quæ monet, ne alia conſulamus, alia uerò faciamus. Dicit enim: Nunquam ſub auroram, id eſt, primo rationis impetu, uinum (hoc eſt, conſultationem) quod calefacit & temperat, liba & offer Ioui, nimirum rationi, illotis manibus, id eſt, actionibus illicitis & diſcrepantibus à norma rectè factorum, quæ eſt in mente tua. Et ut breuius idipſum dicam, ſicut antea feci, hoc dicit: Ne aliud mente cogites, & aliud facias, quemadmodum callidiſſimi quidam, καὶ κρυψίνοους, ſimulatores, & occultatores, facere conſueuerunt.*

μήδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν.) *Hæc pendent à communi uerbo ſuprà poſito, λαβὶ ἀνίπτοις χροΐν. Senſus autem talis eſt: Neque intellectui contrariam exerce praxin, neque alijs animalibus potentijs, affectui, cupiditati, & reliquis. Hoc eſt: Ne ſis ſimulator, nec præteferas amorem aut odium, & tamen actionibus atque ſecundum rei ueritatem aliud uidearis ſentire. Ita in alijs quoque ſimiliter, ne uelis uideri diues, aut probus in quibuſdam,*

dam, opera uerò prorsus contraria facias.

ὲ γὰ τοί γε πλόσιν.) Neq; enim cum laude facies, neq; concordabis contraria cum contrarijs, imò potius uanus & leuis homo iudicaberis.

μήδ' ἀντ' ἠλίθιος πεφαμμένος.) Verba ista sunt facilia & nota etiam idiotis, de quibus Proclus prolixum facit sermonem. Continet autem hæc admonitio talem allegoriam: Dehortatur fratrem à manifesta & impudenti immodestia, item ab occulta conuersatione cum scortis, tum ab inconstanti & subito impetu libidinum: præterea adhortatur quoq;, ne quid aliud indecori perpetret, quod cum honestate pugnat, etiamsi id sit uel minimum, uel etiam occultè fiat. Nam uir honestus & sanctitate uitæ conspicuus, etiamsi à nullo conspiciatur, tamen ueretur turpia committere. Hoc enim significat, cum dicit: μακάρων τοι νύκτες ἔασι, noctes sunt deorum. De pio autem & prudenti uiro dicit illud, ἴσιμον ἐρέων, quòd sedendo urinam emittat, hoc est, firmus & non inconstantes ineat societates, nec cæco subitoq; impetu commisceat se cum alijs: sed unam habeat παλλακὴν, quam etiam ἐταίρην uocant, aut famulam. Hoc enim significat per parietem aulæ. Quemadmodum enim domus ex parietibus constat, ita serui & ancillæ, alijq; mercenarij sunt dominorum munimenta. Atque ita sunt hæc intelligenda de mictu. Neq; enim Perses erat Persa, etiamsi quoad nomen esset Persa, ut urinam sedendo emitteret, consuetudine Persica. Quòd si quid obscurè dixerimus, id parati sumus apertius declarare.

μήδ' ἀντ' ἠλίθιος.) Et ne aperiè & in conspectu ho-

pinum urinam emitte, ὀμίχει, ὀρᾶν. hoc est: Ne conuersetis & coniungaris nunc huic, nunc illi mulieri inconstanter, siue post conuersationem cum ipsis, siue moram faciens. Hoc enim significat illud ἐρθὸς. Nam qui stat, ὀρθὸς, ille neq; uadit, quod transitum & cursum significat: neque sedet, quod significat moram & constantiam: sed est reuera ambiguus, nec sedet, nec mouetur.

κὐτε᾽ ἐπ᾽ ἰητύν τι δύν.) Et occultè & apertè. Neq; in uia minges. hoc est, scortis commiscearis. Per uiam enim intelligit id quod fit publicè. nã per illam multi transeunt.

μήτ᾽ αὖθι δῆν.) Et ne publicè quidem facias, nec etiam conuersetis cũ meretrice & pellice in diuerticulo paucis noto, idq; προβάδην, hoc est, ἀγάτως καὶ μὴ παυόμενον, incon stanter, & transiliendo ab una ad aliam.

μήτ᾽ ἀπογυμνωθεὶς.) neq; denudatus: hoc est, neq; aliud quippiam indecori feceris impudenter.

μακάρων τοι νύκθ᾽ ἕκαστι.) Beatus enim uir, siue bonus & sapiens, sicut diximus, etiamsi à nullo conspiciatur, tamen ueretur committere turpia. Quid autem sit illud ἱστίμεν & alia, iam declarauimus.

ὀμιχᾶν, ὀρᾶν, meiere: illud ο ante immutabilem μ aspiratur: ut in his, ὁμυρ&, ὁμιλ&, & reliquis. Praterquam in uerbis ὀμιχῶ & ὀμίχλη.

μήτ᾽ ἀλλοίης γυνῆ παρὰ λεχεμένῳ.) Digreditur iam iterum ad aliam paræneſin. Postquam enim præcepit fratri, ne impudenter in publico faciat conuersationes, neq; hoc & illud, sed habeat unam aliquam dilectam famulam aut παλλακὴν: rursus ipsum adhortatur, ne etiam domestici ipsius illum uideant conuersantem cum muliere, sed

sed ut coram illis quoq; habeat rationem honestatis & grauitatis. Nam sol significat id quod à multis uidetur, eo quòd ille mundanum & omnibus commune est lumen: ἡσία autem, quod à solis domesticis uidetur, eo quòd uesta, lumen est particulare & domesticum. Ita se habent etiam ista. Nam *si secundum Proclum, ἡσία τὰς ὄρχεις ἐμπιλάσας παρίφυγε, ἅλως ἂν τις βώλακας εἰς τὸν ἀνδρακιὸν ἐπιρρίψας, τότε ἂν μιδίων ἀπιλίξαι, πνευσρέοις ἅλμασιν ἀλσαπουτίων.*

μήδ' ἀπὸ δυσφήμου.) Hinc digreditur ad aliam doctrinam, & docet, quando & sub quali affectu sit conuersandum cum uxore, dicens: Neque oportet liberis generandis operam dare tum temporis, quando à funere, sed quando ab hilariore conuiuio aut festo reuerteris. Plerunq; enim liberi fiunt tales, quales parentes ipsorum fuerunt in congressu uxorũ. Nam si ebrij fuerint, ebriosos generabunt: si sobrij & sicci, sobrios & siccos: si hilares & læti, lætos & amabiles: si mœrore dejecti, torpidos & luctui deditos.

δυσφήμου τάφου.) Rediẽs aut à luctuosa sepultura mortuorum, aut *ἀπὸ τάφου δυσφήμου*, id est, epulis funeralibus, *δυσφήμοις*, contumelioſis, immodestis.

ἀθανάτων ἀπὸ δαιτὸς.) Nudè intellectum significat, à festo aliquo solenni: allegoricè autem, à conuiuio indecoro, *ἀπὸ τάφου μὴ συμποσίου ἀπρεπῶς*, esse fugiendum congressum: ineundum uerò post conciliabula deorum, animalium uidelicet potentiarum, ubi locum habent prudentia, fortitudo, temperantia, & similes dij siue uirtutes.

μήδ' ἐπὶ ὑφωάνου.) Postquam admonuit fratrem, ut

fugiat congressum causſa generationis liberorum ex temulentia reuertens, ſed poſt habita conſilia domum rediens: iam ſubiungit aliam adhortationem, præcipiens, ne committat adulterium cum uxoribus optimatum, ſed abſtineat à tam nefario ſcelere. Quemadmodum enim fontes ſunt origo fluuiorum, ita eadem ratione illuſtres illæ fœminæ pariunt præpotentes & magnos uiros, quibus affluit copia auri aliarumq; rerum omnium. Sed nũc tales fontes plerunq; ſcatent urinis multifariis.

μηδὲ νοτ' ἀχράων λοέσσεσθαι.) *Sed quid dico non committendum eſſe congreſſum cum fœminis ciuſmodi, imò etiam non decet animum adijcere ad miniſtrandum uiris principibus, niſi prius in amabili aqua pura, hoc eſt, conſilio & rationibus optimis muniueris & laueris manus tuas, atq; talem tuarum actionum ſpeciem effinxeris, ut poſsis amabilis & gratus coram principibus uideri.* Nam ſi fortè tu ſapientiæ donis excellis, ille uerò ſit ſemibarbarus: aut tu uirtute ſis præditus, ille uerò improbitatis plenus, aut econtrà, tum certè fac miſſam illam functionem, ſiue famulitium illud, tãquam inconueniens & noxium. Solet enim ſimile ſimili gaudere.

ὃς κ' ἀλλοδαπὸν διαβῇ.) Nam qui tranſiuerit fluuium, *hoc eſt, alicui magno uiro ſe tradiderit in ſeruitutem, non prius purgatis manibus à malitia, hoc eſt, quando mores ipſius non conſentiant cum moribus domini (nam diuerſos mores exiſtimabit ille eſſe malitiam) huic fatum indignatur, eſtq; ipſi contrariũ, & inuoluit ipſum ærumnis.* Conflictabitur igitur cum malis & miſerijs, & uidebit Scythas & barbaros, *ijſdem moribus cum domino præditos,*

præditos, magis florere, felicioreḿq; ſucceſſum conſequi, quàm ſeipſum.

μήδ' ἀπὰωρτόξοιο.) *Sententia eſt manifeſta, & in quibus* Proclus *ſermonem facit prolixum, tale eſt:* Ne *præcidas ungues feſtiuo aliquo tempore: uel ut poeta loquitur, μὴ δὲ τὸν ξυρὸν ὄνυχα ἐκ τῶν χλωρῶν τε καὶ ζώντων δακτύλων ἀλλ' αὐτόξυ χειρὸς ἀπότεμνε, ne abſcindas ſicum unguem à uiridibus, hoc eſt, uitam habentibus digitis manus quintuplici ramo præditæ. Senſus autem allegoricus ita ſe habet:* Quando, *inquit, de magnis & neceſſarijs rebus habentur ſermones inter ſapientes, quos etiam deos appellat autor, quinque ſenſus quodammodo adhibe, eoſq; ad illos ſermones accommoda. Et ne ferro, hoc eſt, dura aliqua & imprudenti ratiocinatione unius de quinque ſenſibus, ſicca, id eſt, inconuenientia abſcinde, à uiridibus, id eſt, ad rem pertinentibus ſed uideas, auſcultes, odores, guſtes & tangas: nec ſis contentus, ſi auditus ſolus conueniat, & ſit uiridis: ſed conſideres quoque, num alij interea ſenſus ſint ſicci & inconuenientes. hoc eſt:* Aduerte totus ex toto animo, *& perpende quamdiligentiſſimè & accuratiſſimè ea quæ dicuntur.*

μηδὲ νῦν σὺν σχολῇ.) Nunc, *etiam* Proclus *ſaniorem mentem nactus, hoc ait eſſe συμβολικὸν παράγγελμα, id eſt, contineri ſub his uerbis ſymbolum grauioris & reconditæ ſententiæ, & ſenſum eſſe talem:* Ne *propria anteponas communibus, neq; partem pluris facias quàm totum.*

πανήγυρεως.) *Aut conſultatione facta de rebus publicis:*

ſunt enim ualde graues & arduæ. Aut ne deteriora anteponas melioribus: ſunt enim deteriora, faciliora & expeditiora. ἡ οἰνοχόην, τὸ κρατῆρος, *lagena præ cratere. Eſt enim* οἰνοχόη, *ὁ βίκος, lagena, fidelia, aut* τὸ ποτήριον, *poculum. Sed* κρατὴρ, *ὡς λέβης ὅτι, eſt tanquam lebes, & ponebatur olim in publicis conuiuijs & feſtis, quemadmodum in priuatis epulis ὁ βίκος καὶ κρατήρ.*

μήδε δόμον ποιῶν.) *Sententia non eſt obſcura, domum cœptam eſſe perficiendam, nec relinquendam inexædificatam, ne forte cornice denunciante hyemem contriſteris. Symbolicum autem tale hîc continetur: Nullum opus imperfectum & incultum relinquas, ne quis μωμοσκόπος καὶ κνίλιαν κραιπνὸς, curiosè obſeruans reprehendenda & garrulus, reſciſcens carpat illud & inſectetur.*

μήδ' ἀπὸ χυτροπόδων.) *Hoc quidem commune & uulgare præceptum etiam tibi præſcribo: Ne comedas de ollis illibatis, nec laues de aqua in ollis adignẽ poſitis, nondum libatis. hoc eſt: Niſi prius libaueris, ne tangas edulia in ollis contenta: neq; laues teipſum, niſi libaueris ſimiliter. Et hæc quidem ita ſe habent. Profundiorem autem ſenſum talem continent: A tributarijs aut famulis tuis ne rapias inhumaniter & abſque miſericordia tributa & uectigalia, eaq; deuores: ſed modum obſerua etiam erga illos, ut tibi bene precentur, & pro te uota faciant, ſi fueris moderatus, nec adeò iniquis oneribus ipſos preſſeris.*

μήδ' ἀλιάσθαι.) *ab aquis nimirum non ſacrificatis. Hoc autem talem habet ſenſum: Præfecti quidem famulis & mercenarijs utuntur, ita ut ab illis, à quibus victum accipiunt, uectigalia colligant: ab his uerò, ſplendoris &*

pompæ

pompæ gratia, ſtipentur & deducantur. Ita illos quidem, à quibus tributa accipiunt, appellat χυλεόπωδας, ὡς φέρουσας αὐτοῖς χύδρα καὶ βρώματα, quòd ferant ipſis ollas & cibos. Hos autem, à quibus ornatum & pompam habent, λυτρὸν, lauacrum nominauit, utpote qui ipſos ſtipando & deducendo exornant, honoratosq; reddunt. Breuiter, hoc uult dicere: Vide ne grauis et moleſtus appareas ijs quibus imperas, ſed lenis & alacer, ex quibus & tributa accipis, & honorem, ut fias amabilis, acceptusq; omnibus. Hoc autem communiter omnibus dixit, etiamſi ſermonem ad ſolum Perſen dirigat. Neq; enim ille tantus erat dominus, qui tam grandem familiam & comitatum potuiſſet alere.

μήδ' ἐπ' ἀνιψύτοισι λαδίσῃν.) Neq; ſuper ſepulchra colloces puerum duodecim annorum. Eſt enim irreligioſum. Sunt autem mortui, ἀνίψυξοι, qui non mouentur. Aut hoc modo: Neſinas puerum duodecim annorum ἀνιψυτῶν καὶ νωθρεύεσθαι, ociari & quieſcere: ſed moue & impelle ipſum ad labores ordinatos: ſiquidem ocioſi & immobiles uſq; ad hanc ætatem, fiunt inutiles & inualidi, delicijsq; & mollicie tam diuturna diffluunt.

μὴ δ' δωδεκάμηνον.) Puerum quidem duodecim annos natum præcepit, non eſſe relinquendum immobilem ad labores: natum uerò duodecim menſes non laboribus (fieret enim ſtultè) ſed geſtationibus, inceſſibus, cunis, curribus, & id genus alijs luſibus monet agitandum eſſe, ne homo ignauus & ſegnis atq; immobilis efficiatur.

μὴ δ' γνωσιλίῳ λυπῇ.) Senſus uerborum abſolutè intellectus eſt facilis, nec uulgo ignotus. Συμβολικῶς autem

hoc dicit: Præcipio, ne uir ſibijpſi muliebrem pulchritudinem conciliet, fucando & detergendo, alijsq; pigmentis utendo, quibus mulieres utuntur. Quem quidem fucũ, etiam κηρὸν appellat. Habet enim etiam hoc factũ ſuam pœnã et reprehenſionem, quam nullũ tempus extinguet.

μήδ' ἐφ' ἱρηίοισι.) *Hoc quoq; non eſt obſcurum, quod dicit: Neq; in ſacrificijs deorum fortè, curiosè inſpicias & carpas myſteria: aut, ne diſſeras in ſacrificijs de rebus turpibus, quæ fortè domi tuæ occultè acciderunt. Senſus autem profundior & allegoricus ſic ſe habet: Ne diuulges & ſubſannes, apertaq; facias ea quæ audiuiſti occulta ab aliquo, qui tuo conſilio uolebat uti. Deus enim aliquis, ſiue ſapiens aliquis & prudens, etiam ob hoc factũ in crimen uocatur: aut, fatum aliquod propter iſta facta ab hominibus improbis & infidelibus pœnam ſumit.*

μηδ' ἐπὶ πρόχοῃ ποταμῶν.) *Repetit priores admonitiones, & inquit: Ne committas adulterium cum uxoribus magnatum aut matribus eorundem, neq; conſpurces excrementis fluuios, hoc eſt, ne aliquid turpe & obſcœnum perpetres* † *παχνῆιῶν ἠὲ θυλωδμὴν &. πρόχοὸ, τὸ τῶν ποταμῶν στόμιον, oſtium & exitus fluuiorum, ubi in mare illabuntur. Nunc autem intelligit uxores optimatum, cum poteſtate imperioq; uerſantium, quibus illi pro fluuijs utuntur. ἄλα nunc mundum intelligit.*

λιμναίων.) *intelligit matres talium fluuiorum.*

ὧδε ἴδῃσιν.) *Epilogus præceptorum, quem his uerbis abſoluit: ὥτω ἴδῃ, ita agas & te geras: aut, ὅτω ἴδῃσιν ἐντέλλομαι, ita iubeo te agere. Imprimis autem uites & fugias malam famam.*

φήμην

φήμη γάρ τι λακή.) Nam mala fama facilè & leui de cauſſa proclamatur & diuulgatur, & difficulter poteſt ſupprimi, ne dilatetur, nec in uulgus ſparſa unquam omnino deleri. Fama enim quam multi prædicauerint, non perit, ſed diſcurrit & conſtans durat. Proinde des operam, ne aliquid turpe committas, ne malam famam conſequaris. Calumniare audacter, ſemper aliquid adhærebit.

IN HESIODI LIBRVM TERTIVM ANNOtationes.

Ημαρ δ' ἐκ διόθεν.) Poſt doctrinam de operibus, & alia præcepta de moribus informandis, nunc aggreditur ſeparatim docere ſumpta à Lunæ motu dierum diſcrimina, & dicit, quæ opera expediat ſingulis diebus facere, & qui dies ſint fauſti uel inauſpicati, quamuis admodum confuſè, & uanoſè-λως, præterea non habita ueritatis ratione, non ſecutus magni illius Orphei diſtinctionem, qui modo inſtitutiuo & ordine conuenienti ac perſpicuè & uerè hanc doctrinam explicauit. Nam ille quidem ſic dicit:

πρῶτα μὲν πρώτῳ ἐνὶ ἤματι φαίνεται ἠώς.
μήνη δ' ἣς τ' αὖθις ἐπιπλέεται, ἰσχιο δ' ὄργυη.
τλίη ἧ περ ὑφαίνουσα φύσιν διὶ ἔργα καλύπτει.
αὐτὰρ ἐπὴν τρίτον ἦμαρ ἀπαίρεσθον ἐπὶ ἠοῖ,
πᾶσιν ἐπιχθονίοισι φυτοσπόρα αὔξεται ἀλλῆ.
τῇδέ δ' ἀὐξομένην πολυφιγγέα λαμπάδα τένει.

Hoc

Hoc est:

Prima dies mensis fert secum lumina Martis,
Mars cum mense oritur, uitato proinde labores.
Huic non dissimilis lux altera, quando bicornis
Emergit: sed tertia longè sole remoto
Prolificum robur cunctis crescentibus adfert.
Hinc quarto aucta die splendentem lampada pandit.

Et sic deinceps, quintam, sextam, septimam, usq; ad trigesimam ordine explicat. Noster autem à trigesima incipit, & uocat ἔννυν, ueterem: postea progreditur ad quartam, septimam, octauam, undecimam, duodecimam, decimamtertiam, decimāsextam, sextam, octauam, duodecimam, octauam, decimam, decimamquartam, uigesimamquartam, quartam, quintam, decimamseptimam, quartam, decimamnonam, nonam, uigesimamsecūdam. Hos inquam dies ordine ita confuso enumerat.

ἔμμεναι Δ' ἐκ διός γε.) Dies ex Ioue, hoc est, ex prouidentia & administratione diuina, aut ex motu corporum cœlestium edoctos, φυλάσσων τε ἐσπομένων ἠδὲ καὶ αὐτὸς τὸ πρῶτον πίφραδε καὶ λίγε τοῖς δημοσὶ, obseruans accuratè & sicut decet, indices & demonstres seruis, trigesimum diem mēsis lunaris esse optimum & perquam faustum ad obseruandos labores, & distribuenda alimenta, quemadmodum populi ueritatem iudicantes ad hoc usq; tempus opinati sunt, nec malè & fine iudicio.

ἐκ διός γε.) ἐκ διὸς καὶ φρονίμων μάνθανε, ex Ioue, hoc est, prudentibus disce: aut ἐμῶν τῶν σελήνην ἐν ἔργοις, καὶ τὰς λοιπὰς ἀστέρας γίνωσκε, inspecta luna in cœlo, & ceteris astris cognosce.

τοῦτο

νεμνίδα μονὸς.) Sciendum, quòd menſem lunarem intelligat. Propterea etiam illum unum & ſolum uocat, eumq; dierum facit triginta. Tot enim diebus ferè conſtat menſis lunaris. Nam alioquin præciſius loquendo luna diebus propè uigintinouem & dodrante totum zodiacum conficit. Et trigeſimum quidem diem noſter tam quam faſtum commendat, quem Orpheus tamen inauſpicatũ uocat ad omnes labores, faſtum autem ſolis donis accipiendis.

αἱ ἧ γὰ ἱμέραι.) Nam iſti ſunt dies à Ioue prudenti, id eſt, fato immutabile conſilium habente, ἀγαθαὶ δηλονότι, boni ſcilicet, nempe uetus, quartus et ſeptimus, ſacer dies. Siquidem ſeptimo, inquit, Latona peperit Apollinẽ: hoc eſt, ſeptimo die ſol apparuit ortus ex chao. Malè autem dicit: nam quarto die emerſit et apparuit. Octauus item & nonus creſcentis lunæ, ſunt eximij dies ad peragendos labores, præterea undecimus & duodecimus ad tondendas oues: hoc enim ſignificat uerbum τίλλειν. tum etiam ad faciendam meſſem. Eſt autem duodecimus longè melior undecimo. Nam die duodecimo aranea texit ſuam telam, pendens in aëre, maximè diebus æſtiuis, quando etiam formica ex ſpicis decerpit grana, eaq; in terram reponit. Plinius: Formicæ operantur & nocte plena luna, eadem interlunio ceſſant.

ἕνη, prima dies menſis, παρὰ τὸ ἓν ἕνη. unde hoc loco aſpiratur, eo quòd non habet geminatum ν. Quando autem geminauerit literam ν, tum tenui ſpiritu ſcribitur, tanquam Aeolicum.

τίλλέσ τι καὶ ἑβδόμην.) Fumos Procli harmonicos ſi uelis conſiderare, inſpicias ipſius commentarium.

μηνὸς

μιᾶς ἀρξαμένου.) A` primo die usq; ad decimum quartum diem cum dodrante, lunaris circulus incrementum sumit: postea usq; ad uigesimum nonum decrescit: trigesimo autem fit repentè nullus, & rursus nouus procedit, faciens coitum cum Sole. Quia uerò Hesiodus non seruauit perspicuitatem & ordinem, sed modò hunc, modò illum diem assumpsit, ut ita quãdo octauum aut quartum nominat, non possit sciri quem intelligat (ὁμωνύμως enim loquitur, nominans solum τὸ ἀρξάμενον μιᾶς) ideo adiecit, ut intelligas primum octauum & primum nonum, non uerò secũdum octauum aut secundum nonum, siue decimum octauum aut decimum nonum: siue tertium, scilicet uigesimum octauum et uigesimum nonum. Omnes enim hoc loco numeros à monade siue unitate usque ad decadem, tripliciter intelligit. Vnitatem primam uocat τὴν ἑνὸς: secundam unitatem, undecimum diem: tertiam, uigesimum primum. Binarium primum, secundum diem: secundum, duodecimum: tertium, uigesimum secundum. Ternarios tres, tertium, decimum tertium, uigesimum tertium. Quaternarium, decimum quartum, uigesimũ quartum: & reliqua similiter, usq; ad denarium. Primus denarius, decimum: secũdus, uigesimum: tertius, trigesimum. δύο, per ο μικρὸν, estq; lõgum, quia desinit in partẽ orationis. Atticè etiam per ω scribitur.

μιᾶς ἔχ' ἀρξαμένου.) Octauum & nonum diem intelligit crescentis lunæ, hoc est, primum octauum & primum nonum: non autem secundum, qui esset decimus octauus aut decimus nonus: nec tertium, qui esset uigesimus octauus aut uigesimus nonus. Nam quatuor posteriores

riores numeri de deficiente luna, & non crescente possunt intelligi.

πέκτειν.) *propriè est λίχνίζειν ἢ πλέκειν, pectere aut texere: nunc autem κέιρειν τῶν προβάτων τὰ ὅρια, tondere lanas ouium.*

τῇ γάρ τοι νῦν.) Bonus est, inquit, duodecimus ad peragendos labores. Nam illo die, quando luna pleno orbe lucet, aranea pendens in aëre solet ὑφαίνειν, telam texere: quando formica similiter die duodecimo æstiuo laborat in granis colligendis: tum quoq; mulier ad texendum telam se parans prosperum successum sentiet in laboribus.

ἀερσιπότης.) *ὁ ἐν τῷ ἀέρι πετόμενος, in aere pendens. Formatur autem hic rectus à genitiuo. ἀερσιπότου namq; flectitur non tantùm ἀερσιπότου, sed etiam τῷ ἀερσιπότῳ. Ab hoc igitur genitiuo ἀερσιπότης, autor nominatiuum illum finxit.* ἀράχνης uocatur ipsum insectum, *τὸ ὑφαντουργὸν, contexens telam: ἀράχνιον autem, id quod contexuit.*

ἰδεὶς.) *ἔμπειρος, peritus. Intelligit autem formicã, quæ est insectum peritum & cognoscens uentos & dies inaspicatos. In sabbato enim & trigesimo die mensis lunaris non laborat, & impendente byberno tempore præcludit suas cauernas: æstate uerò imminente reserat easdem & egreditur: præterea singula grana tritici in duo dividens recondit, ne rursus in fruges exeant in terra: & post pluuiã profert madefacta semina, atq; siccat calore solis, ne putrefiãt propter nimiã humiditatẽ: & alia eiusmodi infinita. Aut ἰδεὶν uocat ipsam, ὡς πολύμοχθον καὶ πονηρὸν, in & ἰδρῶτι, q. sit operosa et multi laboris, à sudãdo.*

μυὸς δ' ἰσαμένης.) *luna autem pleniore facta, caue ne decimotertio die sementem facias: id quod rectè docet, & suam habet rationem. Neq; enim idem est sementem facere, & plantas inserere. Nam sementis proiecta in terram, indiget primùm irrigatione, postea succatione, quam χήνωσιν uocant, & ablactatione atq; radice, & postremò germinatione: planta uerò, cum sit quiddam perfectum, indiget tantùm radicatione. Et hæc quidem hic noster præscribit. Orpheus autem ille Thracius in suo poëmate de agricultura, non simpliciter hanc uel illam diem docet esse faustam aut etiam inauspicatam, sed iubet obseruari etiam alias configurationes lunæ cum signis cœlestibus & reliquis stellis: quod admodum scitè & consentaneè Astronomicis legibus ille præscripsit. Proclus uerò ille sapiens, cum ignoraret talia, noluit tamen prudenter in istis amplecti silentium: sed cum nescíret aliquid aptè in medium afferre, non ueretur intempestiuè loqui de harmonijs & arithmeticis proportionibus, de quibus nihil opus fuisset mentionem facere.*

ἕκτος δ' οὐ μέτα.) *Secundus sextus, id est, decimussextus, est ualde incommodus ad plantationem. Iterum Proclus de rebus naturalibus nugas scribit. Dicit enim, quòd lunæ lumen, eò quòd sit tepidum, consita & plãtata putrefaciat. Verumenimuero, ô Procle, si legisses Isocratem illum Rhetorem, qui docet bina tempora dicendi seruari debere, unum rebus tibi certò compertis atq; exploratis, alterum dictu necessarijs, profectò non redarguereris, quòd tam intempestiuè tamq; temerè quidlibet effutias. Vt nunc de decimosexto die mẽsis lunaris affirmas, quòd calefaciat,*

calefaciat, putridáque reddat ea quæ plantantur, quo sermone sanè me excitas irritasq;, ut hic fiam prolixior. Luna facultatẽ obtinet humidam usq; ad primam quadraturam, quo tempore non absimilis uidetur augmento infantium. Calidam uerò obtinet facultatẽ, dum percurso solis quadrato radio, toto orbe fulgere incipit. Tũ enim quodãmodo suum statum consistentiamq; & florem uidetur consecuta esse. Deinde plus siccitatis acquirit ad alteram usq; quadraturam, ideoq; remissè sicca reputatur: accedit enim ad decrementum. Postremò senescit & mori uidetur, ideoq; frigida iudicatur, dum speciem suam amittit, & prorsus occultatur: quamuis paulo pòst iterum appareat, assumens lucem, & implẽs orbem suum pristino lumine.

αὐδρογόνου δ' ἀγαθὴ.) *Primùm quidem sciendum breuiter, quòd ea quæ Hesiodus hõc loco dicit de diebus, sint mera commenta, cum ueritate nõ congruentia. Seorsim autem & particulariter ista quæ dicit de genituris, minimè cum re ipsa consentiunt. Nam sola Luna neq; prodest, neq; nocet, nisi hoc uel illo modo configuretur uel coniungatur cum alijs signis & stellis. Quæ hoc loco me oportet prætermittere, tanquam mathematica, prolixiori indigentia explicatione. Neq; enim, sicut Proclus, intempestiuè nostrum cõmentarium augere uolumus, neque Hesiodum multis uerbis reprehendere, uel ipsi contradicere: sed potius illũ interpretari. Age igitur id quod supereſt adhuc, explicemus.*

μηνὸς δ' ἰσταμένου.) *Octauus uerò dies lunæ est benignus & faustus ad castrationes porcorum, τῶν λάχνων,*

domesticorum: & duodecimus ad castrandos mulos.

ἀλλὰ τὰ μὲν μεγάλῃ.) *Vigesimũ diem uocat magnum, quia continet duas partes unius mensis, hoc est, duas decades, quas luna ad illum usq; diem iam absoluit, sola uerò tertia decas adhuc restat usq; ad diem trigesimum. Ob eandem caussam autem etiam diem plurium, ἡμέρα πολύονυμον, appellat, & inquit, Die uigesimo dandam esse operam gignendo filio πανύσσοφον καὶ ἐπιτηδείως ingeniosa, multarum rerum perito, & sapienti.*

ἑβδόμῃ δ' αὖθ' ἐργάζεσθαι.) *Est autem etiam decimus, commodus prò mare gignendo, & decimus quartus pro fœmella: quo die quoq; conducit oues, boues, canes & mulos cicurare, mansuefacere, & ad labores assuefacere, impositis super illa manibus.*

περὶ δὲ τετράδι μήνου.) *Caue autem, ne tradas te solicitudinibus & tristibus atque anxijs cogitationibus quarto aut uigesimo quarto die. Sunt enim dies ἀποτελεσματικοὶ, admodum efficaces ad producendos rerum effectus: & qua ratione tum fueris affectus, ita utplurimum tibi succedet.*

ἐν δὲ δὴ πέμπτῃ.) *Ne solicitum habeas animum, inquit die quarto: sed ducas uxorem & celebres nuptias, prius tamen inspecto augurio nuptijs celebrandis auspicatissimo, utpote si conspicias duas cornices, non aliquam halcyonem, non fuscam ardeolam, non crecem siue ibidem, non solam turturem, nec hirundinem, sed ciconiam, pauonem, & illas faustas atq; auspicatas uolucres, quæ nihil mali faciunt.*

Hæc aues inauspicatæ nubentibus.

πέμπτην δ' ἀμφὶς ἐίκοσαν.) *Vita etiam quintum diem lu-*

narem

narem ad nuptias, quia grauis est et periculosa: aut quia χαλπαὶ ἐν αὐτῇ ἢ ἐν εἶναι, βαρεῖαι οἱ γάμοι, graues sunt in ipso concubitus siue nuptiæ. Nam isto die dicit Furias uidere facta iuramenta, quæ peperit contentio, damnum periuris, id est, punire periuria, ex contentionibus in perniciem hominũ orta. Hoc autem Hesiodus etiam sumpsit ex Melampode, quem alicubi dicere meminit: ὃν πέμπτη σελήνη τὶς ἐπίορκον ἐμόσσας, τοσσῶδε ἡμέρας τελεῖ βίον: Quem luna quinta periurium facit, iisdem diebus moritur. Id quod uerum esse, cum faceret aliquando periculum, expertum se tradit idem author.

μίαν δ' ἑβδομάδι.) Decimo septimo die probat cõminutionem & uẽtilationem frugum, & sectionem lignorũ. Quarto autem iubet cõpingere naues debiles et fragiles.

ἐνὰς δ' ἐμέων.) Decimus nonus dies post meridiem, uesperam uersus, est bonus.

τεσσαράδα.) Vigesimum nonum diem ait à paucis obseruari, & iudicari esse bonum ad relinenda dolia, & alia quæ subijcit: paucis autem rursus placere quòd sit bonus. Sed decimum quartum commendat sine controuersia ἐς πιθοιγίαν, ad cados relinendos. Pauci uerò nouerunt, quòd uigesimus primus sit commodus ad πιθοιγίαν, mane præsertim, & non uesperi.

αἱ δ' μετὰ ἡμέραι.) Concludens doctrinam de discrimine dierum, iam summatim & comprehensim inquit: Hi quidem dies hominibus sunt ualde utiles & auspicati, reliqui autem infausti & auersandi. Alius autem aliũ probat diem. Id quod dicit, respiciens ad Orpheum, qui alios commendat: & ad Melampodem, qui item alios laudat.

Pauci autem nouerunt ueritatem. Dies enim quandoque συνεργεῖ τῇ ὀξυῖ μήτηρ, conducit ad conatus nostros. ὁ δὲ est mater: quandoq; uerò ἐναντίωται, τοῦ δικαίου μητρύια, aduersatur & uidetur nouercam agere.

πάσῃ ἀνδράσιν τι τῇ ὄλβιος.) Inculpatus est apud deos, qui ista penitus sciens, agit & laborat secũdum auguria tam commemoratorũ dicrum, et fugit inauspicatos dies.

Dii fauent ijs qui natura re dè utuntur.

EIVSDEM TZETZIS EXPOsitio in Scutum Hesiodi.

Argumentum Scuti.

Taphij facta expeditione ad boues Electryonis, interemerunt fratres Alcmenæ, conantes armenta à ui illorum defendere. Cùm autem Amphitryo cum Alcmena coire uellet, non prius illum admisit, quàm de fratricidis pœnas sumeret. Quamobrem ipse eò profectus, Taphios interfecit. Eadem autem nocte cum Alcmena coeunt & Iupiter & Amphitryo: hic reuersus à prælio, Iupiter autem hominibus opitulatorem generare uolens. Illa itaq; ex Amphitryone quidem peperit Iphiclum, ex Ioue uerò Herculem. Qui comitatus auriga Iolao proficiscitur aduersus Cygnum Martis filium, deprædantem eos qui decimas ad Pytho ducebant. Munitus igitur scuto per Vulcanum facto, Trachinem abit ad Ceycem: congressus autem cum Cygno, ipsum quidem interimit, Martem uerò pro filio suo pugnantem in crure uulnerat, atq; ita uenit ad Ceycem. Erat autem Cygnus gener Ceycis, ob filiam Themistonomen.

Aliter:

Aliter: Taphij & Teleboæ adorti fratres Alcmenæ, ipſos interfecerunt. Ipſa autem præconio publico iußit denunciari, ſe illum accepturam in matrimonium, qui poſſet ulciſci cædem ſuorum fratrum. Peregrinans igitur hinc inde, tandem uenit Thebas, ubi ſeruiebat eo tempore Amphitryo, qui pollicitus ſe id facturum, Alcmenam duxit in uxorem. Sed poſtmodum ille ſuæ uxoris patrem Electryonem interemit.

ὦ σῖυ.) ὦ ἐποία, ὦ θαυμαστὴ. Eſt autem illud *σῖυ* per admirationem dictum, uel ſuperfluè poſitum.

ἦλυθε.) ἦλθε ἐς θήβλω, uenit Thebas ad bellicoſum Amphitryonem, denuncians ipſi ſuum connubium.

ἣ ῥα γυναικῶν.) quæ genus mulierum ſuperabat pulchritudine, qua præ cæteris omnibus fulgebat.

ἣ κεφὴ ἀπὸ μελαίνθε.) Ex cuius capite & nigris palpebris, tale quid ſpirabat, ſiue talibus unguentis erat delibuta, qualis eſt anhelitus Veneris.

ἣ ἣ κεῖ ὡς.) Ipſa uerò ita, aut ſimiliter, animo ſuo complectebatur & honorabat proprium maritum, ſicut nulla unquam mulierum ſui thori conſortem honorauit.

ἠμὲν οἱ.) Reuera quidem bonum patrem Alcmenæ robore ſuo interfecit Amphitryo, ſed inuitè, cum ille nimis cupidè prodiret ad contentionem propter boues. Aliter: Inuitus interfecit patrem & filios, in aduerſo ſtantes agmine. Fraudatus autem Amphitryo à fratre Electryonis in propria poſſeßione, interemit ipſum.

χωσάμενος περὶ βοῦσι.) Iratus propter bona & poſſeßiones, patriam reliquit.

εἰς Θήβας.) Thebas profugit ad Cadmæos bellicoſos,

aut φριαράσπας, id est, τὰς ἰσχυρὰς μεγάλας ἀσπίδας, qui ferunt magna scuta.

ἐνθ' ὄγε.) *Ibi habitauit cum uxore pudica, non congressus cum illa. Neq; enim licebat ipsi, propter uxorem, quæ uotum fecerat, se non prius aliquem admissuram, quàm essent ulti interfectores fratrum suorum, & combusti uici ipsorum.*

διαιγενέτων μιγαθύμων.) *Nam cum illis prælio decertans, interemit filios Electryonis, & ipsum quoq; Electryonem, propter boues exorto certamine.*

Taphij cur τηλεβόαι appellentur.

αὐδρῶν ταφίων.) *τῶν ἐμιδίων. Taphij enim, insulæ huius nominis accolæ, denominationem acceperunt in τῆ τηλεβοᾶν, à procul clamando. Sunt enim μεγαλόφωνοι, clamosi. ἢ ὅτι ἀπίσσωσαν πόῤῥω τὰς βᾶς, ἀπελαύνοντες τῶν αὐλρώπων, quòd longè remouerunt boues, cum abigerent ab hominibus.*

τῶν ὄγ' ἐπίστο.) *Verebatur deorum iram; aut quòd in solicitudine erat maxima, ut posset promißis satisfacere.*

ὃ οἱ διόθεν δίμις ἦεν.) *id quod à Ioue, fato quodam destinatum & ordinatum fuit.*

τῷ δ' ἅμα.) *Hunc comitati sunt ad bellum Bœoti.*

ἀπὶρ θυμὸν πνέοντες.) *Bellicosi, πολεμικοί. Sicut illud, μένεα πνείοντες ἀχαιοί, animos suspirantes Achæi, non occultantes faciem, sed in conspectu et ex aduerso pugnantes: aut qui animum habent maiorem armis.*

λοιγοί.) *Homerus contrarium dixit. ὃ γὰρ σφι παλίντονον φίλον κῆρ, statarium prælio ipsis non fuit cordi.*

ἕποντο.) *ἠκολούθουν, sequebantur. Præcedebat autem illos Alcæi procerus filius, ipse Amphitryo, γαυρούμενος, iactabun-*

Elabundus, ηὲι ἐπαιρόμενος, elatus, inflatus.

πατὴρ δ' ἀνδρῶν.) Ille quidem hæc animo cogitabat: *sed aliud fuit* Iouis *consiliũ, & alia uoluntas. Nam quum uideret hominum malitiam indies magis atq; magis augeri, habebat in animo ex* Alcmena *generare filium, qui posset de malis uindictam sumere, & tueri homines à damnis, & ipsos deos. Iuuantur enim homines sanctis moribus præditi, uno aliquo improbo iniustoq; ex societate ciuili exturbato atq; interempto.*

ἐννύχιος.) Ne Alcmenæ *conflaret infamiam propter adulterium.* Confestim *autem occupauit* Typhaonium, *montem* Bœotiæ, *sic dictum à* Typhone, *illi imposito. Illinc autem rursus ascendit ad summitatem* Phicij, *etiam montis* Bœotiæ, *qui hanc denominationem accepit in Φιγγὸς, quàm φίκα appellant* Bœoti. Aliter: Phicium *est nomen montis in* Phrygia, *ubi multa fulmina solent accidere. Hinc autem rursus in alium montem eiusdem nominis,* Phicium.

αὐτῇ μὲν γὰρ νυκτὶ.) Illa *autem nocte consilium cepit, & congressus est cum* Alcmena.

ἐν αὐτῇ.) Eadem *nocte etiam coniunx ipsius accessit, ne postmodum aliqua adulterij suspicio adesse posset.*

διακρίνων γενεὰν.) Separatam prolem, *illam quidem ex* Ioue *deo, hanc autem ex* Amphitryone.

ἀμφιτρύωνος.) ἀμφίτρυων, ἀμφιτρύωνος, ἀμφιτρύων.

ὃς δὲ ηὲι λύκιον ἔπιφνον.) Causa *autem expeditionis illius aduersus* Cygnum *fuit ista, quòd* Cygnus *decimas ad* Pytho *uebi solitus intercipiebat, habens perfugium suum in* Trachine *apud regem* Ceycem. Hercules

autem interfecto Cygno, etiam Martem, qui filium tueri conabatur, sauciauit in femore.

πάγασάς.) πάγασος, ciuitas Thessaliæ. Locus ita denominatus est. παρὰ τὸ ἐπὶ τῶν ἀργὼ πεπῆχθαι, quòd ibi Argo nauis sit compacta. Heraclides autem Ponticus in libro oraculorum, in Pagasis sub Trophonio, Apollinis sedem esse narrat.

ὅτι μὲν ἀλαοσέτας.) Ille igitur Amphitryon, dicit, peccauit aduersus deos, quãdo fugiens ex Tiryntho, Thebas uenit propter cædem Electrionis. Inuitus autem ipsum interfecit patrem Alcmenæ, pater Herculis & Iphicli.

Ἰόλαος.) filius Iphicli. Iphiclus autem filius Amphitryonis, & frater Herculis. Est igitur Iolaus, patruelis Herculis.

τῷ μὲν φρίνας.) scilicet, Iphicli, patris Iolai, quòd relinquens suam domum, discessit ad Eurystheum. Postea uerò ipsum pœnituit facti, cum illius iniustitiam & improbitatem animaduerteret, alterius uerò econtrà præclaras actiones conspiceret.

ἀλιξήμεναι σὺν ὥρῃ.) Quòd esset ante tempus natus. Cum enim Iuno odisset Alcmenã propter communis mariti amorem, non permisit aliquãdo nasci Herculem, sed Eurystheum, ut posset regno potiri. Nam Iupiter coram dijs iurauerat, dicens, eum qui hodie nascetur, fore dominum totius Asiæ. Cum igitur iuramentum illud audiuisset Iuno factum à Ioue, retardauit Alcmenam ne citius pareret: Archippæ autem relaxauit atq; accelerauit tempus pariendi. ideoq; elapsis septem mẽsibus, Eurystheum partu protulit.

πρὸ ταύρου ἐνοσίγαιον.) *nimirum propter ſonitum fluctuum: mugiunt enim ſicut tauri.* *ὃ ὅτι ταυρόπρωρός ἐστιν, quòd Neptunus ſit capite bouino, ſiue cornutus: aut quòd Neptuno in ciuitatibus Bœotiæ, tauros ſoleant ſacrificare, & præcipuè in Onchesto, nemore Neptuno ſacro. Ob eandem cauſſam etiam fluuij ταυροπρεάνοι appellantur. Quòd igitur victimis taurorum coleretur Neptunus, idcirco ταύρειον nuncupauerunt Bœoticè.*

φιλόπιδα γάσεων.) *πόλιος & φιλόπις ſunt idem.* *ἄστινα δὲ συνχίας προφιλίστατα ὄζιν, quæ ſunt amiciſſima comeſſationibus. Aliter: Nobis utplurimum opera militiæ præſtantiora & digniora ſunt comeſſationibus, ſed comeſſationes tamen iucundiores ſunt prælijs.*

ἀρέονα νυκτιοχάιτην.) *Arion nomẽ equi, quem nactus eſt poſtea Adraſtus. Homerus:*

ἐκ εἴκης μιζόπιδος ἀρέονα δῖον ἐλαύνοις,
ἀδρέστῳ ταχιὼ ἵππων. *Quod eſt:*

Non ſi à tergo Arionem præſtantem inſtigaueris,
Adraſti celerem equum.

ὀρειχάλκοιο φασηΐ.) *ὀρείχαλκος, orichalcus, ſpecies materiæ ſic uocatæ, quam aiunt hoc tempore non inueniri. Alij tamen dicunt, quòd ſit confuſio & mixtura ferri, quod nunc quoq; reperitur. Neq; enim præparatione aliqua ferrum fit album, natura rubeſcens.*

λιθυφθόγγοιο δακρύοις.) *Moribundi ἐπιλανθάνονται τῶν φθογγῶν, obliuiſcuntur uocis, hoc eſt, loquelæ. Fluebant & ſtillabant lachrymis luctum, hoc eſt, faciebant μύρεσθαι, fluere lachrymis & lugere cognatos & domeſticos interfectorum, eo quòd iacula eſſent uncta letali pharmacos*

maco: aut quia uulnerati, illico expirabant, & omnes cognati edebant lachrymas.

μορφοῖσι φλιγύσι.) Sagittæ erant alatæ pennis nigræ aquilæ, φλιγύι in τῷ φλίγειν ἢ λαμπρὸν εἶναι, à lucendo & inflammando. Alij φλιγύαν dicunt esse auem similem vulturi.

ἀδάμαντος ἐπὶ προτάφοις.) ex adamante præparatam. Est enim adamas, lapis indomitus.

λύκλῳ τιτανόῳ.) Quidam gypsum intelligunt cum albo ouo. Supra gypsum autem, electrum erat & aurum.

ὧν μορφὴ ἢ δράκοντος.) Metum facit hoc loco persona, quòd in medio ex adamãte fuerit, qui non potest frangi.

φοβερῶν.) ἀῤῥήτων, ineffabilium, qui non possunt narrando explicari, propter horribilitatem. Hoc autem loco illud φατῶν non de terribilibus & inexplicabilibus intelligitur, sed de re stupenda, uisuq; mira.

μέγας λὶς.) Vnus leo mortuus iacebat, & duo apri animam exhalantes.

τοὶ δ' ἴσαν.) Illi autem cum uiderent iacentes, magis excitabantur ad pugnam. Piritbous profectus Thebas propter cædem cognati sui, ut illam expiaret, duxit secum uxorem Butati filiam. Cum igitur Lapithæ contumelijs afficerent Græcas mulieres, ambæ partes bellum excitarunt. Dicit igitur, quòd in illo scuto bellum Lapitharum & Centaurorum fuerit depictum.

ἀργύρεαι χρύσεαι.) Argentei quidem erant homines depicti, sed uestimenta ipsorum aurea.

ὁμαδὸν δ' ὀρίνοντο). Simul irruebant, cum impetu concitati, tanquam uiui, & ita mutuis pugnis certabant comminus.

minus. Nam Lapithæ hastis se inuicem incessebant.

χρυσέη φόρμυγγι.) Erat, inquit, ibi etiam Olympus & senatus. Circa senatum autem & certamen, utpote apud deos, erat magna felicitas, nimirum uarietas illa μιγαλόψυχ@, magnanima.

ϖαν́ιφθα ϖαωτ́ηρσιν.) diffusi & humidi natura: aut ϖαναπάλτ, ex toto teneri. Herodotus autem dicit ἄιφθα. ϖαν́ιφθα uerò, propter humiditatem dixit, & facilitatem substantiæ, quæ sinit se elaborari.

ἰχθύσιν δ' ἀμφίβληστρον.) Recens est inuentum, usum retis, quod ἀμφίβληστρον Græcis est. Homerus enim hamos tantùm nouit.

ἰπτάτα ϖόρσιν.) Glossatores intelligunt fugitiuum & exulem equitem, eo quòd Acrisius auus Persei maternus, expulit ipsum. Non.n. inducitur Perseus equo utens.

ϖαῦ δ' ἀμάρτιον.) Extendens manum à tergo tenuit. Aliter: Portauit in uase aliquo capaci caput Gorgonis Perseus. uas autem illud posuit supra dorsum.

ἀμφὶ δὲ μιν κίβισις.) κίβισις aut ϖήρα, capsa aut pera, líβυσις uocatur, ϖαρὰ τὸ ἐνᾶ κᾶδαι τὰ βόσιμ, quòd ibi reponantur & iaceant alimenta: aut ϖαρὰ τὸ κίειμ, τὸ ϖορεύεσθαι ἢ ἐρμεύειν, à uadendo & appellendo: aut ἀπὸ τὸ κίειμ ἢ ἔχειν βόσιμ ἐχόμ, τατ́ιμ τροφήμ, quòd teneat cibum ad uiam.

λᾶτο δὲ κἀδ@.) Tegebat autem ipsius caput nebula, hoc est, ἀορασία, inuisibilitas. Id quod dedit ipsi Minerua, ne posset uideri à Medusa: aut ne ad mortem uideretur à Gorgonibus, & ita periret. Ita quidam per νεφέλην intelligunt ἀορασίαν.

κὐτὸ

αὐτὸς δὲ σπεύδοιτο.) ἐσπευδεν, ἐφοβᾶτο, festinabat, timuit. Videbatur enim quasi fugere Gorgones. Illæ nanque persequebantur ipsum, cupientes comprehendere.

μῆνιν δ' ἐ χάρασσον.) Irati autem tãquam furore concити, dentes suos in scuto imprimebant mordentes. Capilli nanq; Gorgonum constabant ex serpentibus.

αὔδησε δ' ἐ πρισβῦτις.) οἱ πρισβύται, οἱ πρεσβεῖς, qui senectutem attigerunt.

οἱ δὲ μάμαρπτεν αὐτὸς τὸ γήρας.) ἀντὶ τῦ καταλάμβανεν, apprehendit. illud autem πρισβῦτις factum est ἀπὸ τῦ πρεσβύειν: unde similiter etiam οἱ πρεσβεῖς.

λύγνις νυκτός.) ἀντὶ τῦ νυκτὸς ἐσκιαγραφημένα κατὰ τὴν πρόσοψιν, ἵνα τὸ φαντασιωδὲς: hoc est, fusco colore erant depictæ ad conspectum, terroris mouendi gratia.

ὖτ' ἀρήσαντο.) Significat autem, postquam saturati essent, aut ad placitum & satietatem uenissent. Ex quo etiam illud ἀραρότα ἰδωλῦς, hoc est, saturati cibo. ἀρέσθαι igitur est idem quod ἐπιθυμῆσαι.

λαοσσόη μὲν λάχεσις.) Lachesis quidem inter ipsas erat minor quàm Clotho & Atropos, sed tamen senior & præstantior.

λασταωτὴ ἔην.) λασταντλητὴ, ἔπονος &, consumpta tabe, laboriosa. Adest enim ijs qui cruciantur.

χρύσεα δὲ μιν εἶχεν.) Erat etiam ibidem ciuitas, aureas habens portas septem. Incolæ autem ciuitatis, alij quidem ludebant, alij autem super currum ponebant mulierem & adducebant marito.

λιμηνίδας πίτυλα.) inflexos fructus demetebant. πίτυλα nanque folia dicuntur. Intelligit autem inflexas spicas.

ſpicas. Aliter: Speciem pro ſpecie hoc loco accepit. Cum enim deberet fructus dicere, nimirum ſpicas, nominauit folia.

ἰλλάδεσσι.) concauitatem ſpicarum intelligit.

ἐπίπλων.) ἐπλήρουν ἢ ἐξέτεινον ἐπὶ τὴν ἄλω, implebant aut extendebant ſuper aream: hoc eſt, ſiccabant & exponebant ad arefaciendum.

λάμαξι.) Fœmininé quidem λάμακες ſunt perticæ aut arundines, quibus circumuoluuntur uites: maſculiné autem ſignificant foſſam aut palos ad bellicarum rerum adminiſtrationem. Dicuntur autem ſic παρὰ τὸ καμεῖν, à fabricando.

πύξ τις κὲ ἑλκυσθὴν.) quis poſsit alterum ad alterum trahere. Qui manu trahunt ſe inuicẽ, & pugnis certant.

ἐπεὶ ἧ πλῆμναι.) πλῆμναι ſunt ligna lecticæ, axi inhærentia, in quæ pinguedinem ſæpe immittunt agricolæ, ut eo celerius moueatur currus.

ἀλλ' ἄκεσσαν ἄχος ἄθλον.) ſed ἄθλον, hoc eſt, pugnam habebant inſeparabilem, ſiue indiſſolubilem. Nemo autem uincebat, ſed omnes prompto & alacri erãt animo.

παρὰ δ' ἰχθύες δονέοντο.) Poſtquam dixit, piſces lætitia exultaſſe, ſubiungit iam, rem uiſu fuiſſe miram etiam ipſi Ioui, cuius conſilio ſcutum fuit fabricatum.

χαίρεσκε λυγκῆος γενεὴν.) Lyngeus fuit rex Argi. Hic enim genuit Abantem, qui Acriſiũ, qui Danaèn, quæ Perſeum, qui Alcæum, qui Alectryonem & Amphitryonem. Amphitryonis autem filij fuerunt Hercules & Iphiclus. Iphicli uerò Iolaus. Genus enim philoſophis uidetur etiã eſſe unum & commune, ſicut Hercules, & Antiochus,

Generis definitio tradita à Porphyrio.

& Lyngeus, & Cecrops. Siquidem idem à Porphyrio definitur esse ἕ τινῶν ἐχόντων πως πρὸς ἓν τι καὶ πρὸς ἀλλήλους ἄθροισις, hoc est, aliquorũ quodammodo se habentium ad unum aliquid et ad se inuicem collectio. Siue, ut Boetius uertit, Genus dicitur quorũdam ad se inuicem et ad aliquem quodammodo se habentiũ collectio. Argiui dicebantur filij Lyngei, tanquã unius alicuius, ex quo traxerunt originem: sicut Heraclidæ, Cecropidæ, & alij.

σάκους.) οἱ γὰρ Δ̈ σάκυς. Dores enim sic flectunt, τὸ σάκος, Δ̈ σάκους: τὸ βίλος, Δ̈ βίλους. Nam illud ω, uertũt in ου.

ἐνθ' ἐπάμυξε.) Primùm quidẽ, inquit, sauciato, sed postmodũ cuestigiò recedis. Neq; enim tibi fato destinatum est, ut uel equos ipsius capias, uel ipsum interficias.

νίκην ἀθανάτοις χερσίν.) Opportunè attribuit Mineruæ, quòd uictoriã suis immortalibus manibus teneat. σὺν μενεαίνων autẽ, is qui bene potest uti fraxino, hoc est, hasta.

λάλαπ' ὀρ' ἀπ' ἐρανόφιν.) Homerus quidem de Sarpedone morituro, opportunè facit cruentas guttas delabi. Hic autem idem fingit Hercule uincente.

λάπρᾳ χαυλιόδοντι.) epitheton, quale est παρχαρόδοντι. Hic autem χαυλιόδοντα uocat, ἀπὸ μεμαλαγμένης ἔχει φανερῶς τοὺς ὀδόντας, quòd manifestè apertos habeat dentes. Aut λατ' ἐναλλαγὴν, mutatione ρ in λ facta, ut sit χαράσσων τοὺς ὀδόντας ἀπὸ τραχύνων, exasperans dentes.

ἰδὴ αὐαλέοιο.) Tempus pugnæ indicat. ἰδὴ αὐαλέου, in æstu maximo, tempore æstatis feruidæ, quãdo corpora edũtur et consumũtur sudoribus παρὰ τὸ ἱδῶν, ὃ ὅτι ἱδρῶν, ab euocando sudore. Ita Homer. quoq; loquitur, ἰδὴ αὐαλέῳ.

περὶ γλῶχις.) ἀπὸ γωνίας τὸ τάχυ Θ, flexus spicæ. periphrasticè

phraſticè autem ſpicam ſignificat. Hic uerò manifeſtè folia milij intelligit. Ad recreationem terræ milium ſeminant, idq; in æſtate, quando uuæ incipiunt matureſcere.

ἀϊσῶι & ἀνδρ.) ἀϊσὼς propriè ἡ νεανίας. Nunc autẽ hominem adultæ ætatis intelligit, nimirũ τὸν ἀνδρῶν, proiectũ ad uirilem ætatem. Sunt autem ſeptem ſecundum Aſtronomos hominis ætates. βρέφος, infans, à natiuitate uſq; ad quartum annum: reſpondet autem Lunæ. Poſtea παιδίον, puer, uſq; ad decimum annum, & reſpõdet Mercurio. μείρακ, adoleſcens, à 10 anno uſq; ad 18, & reſpondet Veneri. A' 19 autem anno uſq; ad 37, νεανίας, iuuenis, reſpondens Soli. A' 38 anno uſq; ad 52, ἀνὴρ, reſpondens Marti. A' 53 uſq; ad 64, πρεσβύτης, ſenex, reſpondens Iouι. γήρως denique, decrepitum, à 64 uſque ad ultimum uitæ terminum, & reſpondet tum frigido Saturno.

αὐτὰρ ὁ ἀπαλλήσσεται ἄλλῃ.) Ipſe autem, inquit, iaculator aliò receſſerit, ignorans locum ubi præda decidit. Vultures autem continuò nouerunt.

ἐκ ἔρυξε χαλκὸν.) Seleucus ſcribit χαλκὸς, ut ſit de haſta dictum. Neq; enim ſcutum erat factum ex ferro.

τῶς γάρ μιν ἀπόλλων.) Sic enim iußit Apollo, poſtquam inſpexiſſet uictimas ſibi oblatas.

ἔγχεος ἐρμὴν.) extendens manum, ἀντὶ τῦ ἀφανῶς, obſcurè ut oſtendat, quòd etiam ſepulchra iniuſtorum corrumpantur & occultentur.

αὐχενίοις, fluuius Theſſaliæ. Vocant autem etiam αὐχένας, τὰς χαράδρας, torrentes.

Finis Scholiorum in Scutum Heſiodi.

IN HESIODVM EXPOSITIO IN THEOGOniam *Hesiodi.*

Poema de origine deorum, naturalem rerum explicationem continet.

A Musis *faciemus initium explicationis, siquidem illæ sunt præsides rationis nostræ.* Heliconiας *autem tanquam* Bœotus *appellauit ipsas. Est enim* Helicon *mons* Bœotiæ. *Quia igitur* Bœoti *pro imperitis & idiotis haberentur, dixit Hesiodus* ἱλικωνιάδων, *uolens ostendere, quòd etiam ipsi sint participes, alicuius prudentiæ, & quòd Musæ ubiq; adsint, ubi expetuntur.*

αἵτ' ἱλικῶνος.) *quæ Musæ (nimirum ratio & sapientia) Heliconis montem tenent: hoc est, mõtem Heliconem accolunt,* περιῤῥαγινῶς. *Intellectiuè autem significat, Musas in capite sedem suam habere, ibiq; circa mentem puram & impollutam exerceri. Et circum Heliconem et circum aram saltant. In eodem namque monte sunt fons & ara. Equi autem fons dicitur, quòd sit productus ex ungula Pegasi, hoc modo. Cùm Argis aliquando sitiret Bellerophon, Pegasus pede terram concutiens, produxit aquam, quam postea fontem equi appellarunt: alij uerò* πηγασιὰν *ex monte.* ἰοειδέα *autem,* αὐλῶνα, μελάνυδρον, *florulẽtum, qui habet aquam nigram & profundam: ἰὸν enim est species floris. Aut* τὸν ἰοειπεριῤῥαγμένην, αὐλῶνα, *uiolis circumseptum, floridum. Aut* διαγῆ καὶ λιαρὸν, *pellucidum & limpidum. Oportet enim eos qui studijs operam nauant, pellucidum & purum habere intellectum; nec solum intellectum, sed etiam corpus.*

ideoq;

ideoq; ſubiungit: καί τι λοιπὸν χρόα καλὸν, ὕδατ' ἀπαλοῖσιν ἐρεχθύνθαι: hoc eſt, ablutæ pulchro corpore, teneris pedibus choreas ducunt. Pugnant autem hæc, ἀπαλοῖσι & ἀτρῴτοις. Forte enim atq; durum, lento & molli opponitur. Aut fortè ſic erit exponendum, quòd pedes quidem habuerint teneros, fortiter autem & duriter ſaltauerint: aut certè ἐρρωμένως, hoc eſt, ἐπιτεταμένως, ſcitè choreas duxerint.

ὄρι Φρίου.) Cum uellet exprimere eius potentiam, dixit hoc loco τὸ ὄρι Φρίον, hoc eſt ipſum Iouem. In Helicone autem fuit ara Iouis Heliconij.

τέρσα χρόα.) τέρσα, τὰ ἀπαλὰ, tenera, διὰ μετωνυμίαν, per communionem literæ τ ad θ, ut ſit quaſi θέρσα. τὰ γὰρ ἀπαλὰ, θέρμαντα, mollia nanq; ſunt calida: τὰ δὲ σκληρὰ, ἀθέρμαντα καὶ ἀτέρσα, dura uerò ſunt frigida. τορμὸς δὲ autem fluuius eſt, ſitus ad radices Heliconis: & ὁλμεὺς, fluuius in Helicone Bœotiæ, ab Holmio, filio Siſyphi.

ὄαρον ἰᾶσαι.) Cantilenam canentes uadunt per totam noctem. ὄαρον, diuinam uocem, & diuinum uaticinium, ſicut etiam apud Homerum: ἠ ὄαρον ἀκούσας ἐν δίῃ. Eſt autem Oſſa etiam mons Theſſaliæ.

χρυσείοις πιδίλοις.) Calceamentis, aut διὰ τὸ πρὸς τῷ πέδῳ εἶναι, quòd terram contingãt: aut παρὰ τὸ τοῖς ποσὶν εἱλεῖσθαι τὰ πρὸς τὰς πίδακας εἱλούμενα, quòd pedibus alligent & innectant ea quæ ipſis circumuoluuntur. Coniunxit autem poeta eos qui cognatione ſe inuicem attingunt.

καὶ δῖμιν ἀιδοίην.) dignam, uenerandam. aut ſicut μαλερὸν πῦρ, incenſiuum ignem, dicimus τὸ μαραντικὸν, excitantem:

cantem: ita quoq; αἰδοίην, τὴν δὲ αἰδῆ τοῖς φρονίμοις αἰδὼ θρώσκοις ἔοικεν, uenerandam à prudẽtibus propter pudorẽ.

ἑλικοβλέφαρον.) A parte, ἑλικοειδῆ, τροχγύλα καὶ περιφερῆ καὶ ἀναπεπλασμένα τὰ βλέφαρα ἔχουσαν, hoc est, rotundus, in orbem circumactas, & reflexas habẽtem palpebras, ducta metaphora ἀπὸ τῶν τῆς ἀμπέλου ἑλίκων, ab inflexione uitis.

ἄβρην τε χρυσοστέφανον.) formosam, à corona muliebri ornamento, ex auro & lapidibus præparato.

δώνην.) non intelligit matrem Veneris, sed unam ex Oceani, hoc est Titanis, filiabus. Sciendum autem, quòd sint plures Veneres, quarum unam antiquissimam coniunxit cum Themide.

αἵ νυ τόδ' ἐσθλὸν.) De seipso loquitur tanquam de alio. Est autem antiquus mos, sicut apud Homerum de Achille: ὃ τοτ' ἀχιλλῆος ποθὴ. Hesiodum dicit, τὸν σὺν τιλῇ, tenui præditum sorte.

ἑλικῶνος ναιετάοντες.) Musæ collocantur in summo culmine Heliconis, sicut deæ: ipse uerò sub monte, sicut homo.

ἄγραυλοι δι.) οἱ ἐν ἀγρῷ κοιμώμενοι, qui pernoctant in campis.

γαστέρες οἶον.) οἷονὰ, hoc est, circa solum uentrem occupati, & tantùm ea quæ pertinent ad uentrem, cogitantes. Apollonius quidem Rhodius ait, deficere et hiare primum uersum. Verùm non deficit, sed ita debet intelligi: Pastores rustici sunt mala probra, & tantùm uentres. Nos uerò uirtute præditæ sumus non parua, & non sicut aliqui dicunt, ea quæ dicimus, sunt falsa omnia: scimus

Musarum uerba.

namq;

nanq; etiam uera dicere. Hoc autē fingit poeta, ut se quo dammodo præparet ad sequentem narrationem, uolens ostendere, se illa à Musis accepisse, quæ de origine deorum dicturus est.

ἰδμῆσι δ' ἴν' ἰδίλωμεν.) hoc est, nullis utentes figmentis, nec errorem aliquem committentes. Scribitur etiam ab alijs hoc loco, ἀλυδίαι γυρίσασθαι, κἀντὶ τῦ εἰπεῖν. Inde est nomen γῆρυς, ἡ ὁμιλία, conuersatio. Ex eo autem fit γήρυξ, & conuersione literæ γ in κ, κῆρυξ, præco, qui denunciat aliquid.

ἀρτίεπειαι.) αἱ ἁρμοσμέναι καὶ τέλειαι καὶ ὑγιῆ λέγουσαι, quæ dicunt conuenientia, perfecta, & commoda. Aut certè ἀρτίεπειαι, αἱ ἀρτίως ἔπεσι χρώμεναι, articulatè loquentes.

λιπαρὸν σπῆος.) Nimirum quia Helicon abundat lauris, idcirco fingit Musas ex illa materia sibi porrexisse sceptrum. Aliàs autem hæc de Apolline dicuntur, quæ sibi Hesiodus hoc loco tribuit. Aut dicuntur hæc, quòd laurus faciat ad enthusiasmos. Vnde Lycophron: δαφνηφάγοι φοιβάζουσιν ἐκ λαιμῶν ὄπα, poemata uerò post expirationem deorum contexuntur. Aut certè, quòd sicut laurus semper floreat, ita sermones scripti perpetuum florem retineant.

τάτ' ἰανθόμενα.) Demonstrat poesin esse similem quodammodo diuinationi. Sed magis uati hæc conueniunt quàm poetæ: neq; enim futura potest poeta prædicere.

σφᾶς δ' αὖτας.) Ipsas uerò decantare primò & postremò; quod est, semper. Sed tu, ô Hesiode, cessa ab antiquis sermonibus, cessa affectare ornatum, cessa insolētia

proferre uerba. Illud autem τυνὺ ad ſeipſum dicit ἐμοῦ δὲ ἀρχαῖόμὸν, antiquè: pro, tu Heſiode, Doricè.

ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα.) Tanquam intempeſtiuum uidetur ipſi colloquium, quod cœpit habere, Muſas uidelicet hæc & alia dona ſibi impertiuiſſe. Infert igitur: Quid at tinet talibus uerbis uti, tanquam cum quercubus aut petris? quid opus eſt priſcorum more loqui? Eſt enim poeſis, μυθολογία ἰσπερ τις ἀνδρὸς, fabulatio quædam ſimilis ueritati, utens narratione aliqua ueteri.

φωνῇ ἁμαρδῶσαι.) ὁμοῦ ἆραι, ſimul celebrantes: aut τῇ φωνῇ συμφωνῆσαι, ὁμοῦ τῇ φωνῇ κίνησαι, uoce concinentes. ἀρδῶσαι autem, quod eſt dicentes, ὑμνῆσαι, celebrantes hymnis.

γηλῷ δέ τι δώματα ναίουσι.) A' floribus quibuſdam ſuauiſſimis gaudent Iouis domicilia. Aut τὸ γηλῷ, pro ἅμα κατὰ τὴ φωνὴν σκιδνάμενοι, reſonant à uoce diſperſa, ἅμα γὰρ γηλῷ τὰ δώματα, ſonant & rident. ἰαχὴν autem, pro θεῶν, Doricè. Omnem nanq; uocem Heſiodus ἰαχὴν appellat.

κλυτὸν γένος ἀθανάτων.) Honorabile genus deorum uoce celebrant & decantant, quos ab exordio genuit terra & cœlum, atq; eos qui ex illis producti ſunt. Intelligit autem Titanes.

δούρατον αὖτι ἔσεν.) A' Ioue iterum incipientes & deſinentes tanquam deo, propter uictoriam.

τὰς ἐν Πιερίῃ.) Πιερία, mons eſt Macedoniæ, in quo natæ ſunt Muſæ, protenſus uſq; in Thraciam.

ἐξέφυ τὸ τοῖσιν ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς.) Saturnus genuit paululum à ſummo uertice. Deficit autem hoc,

ἔστιν

ἴσως τὸν ποιητήν. His Musis genuit Memoria Ioui como mixta, aut pinguissimi feraciss imiq; loci Eleutheris praeses: & cum ijsdem etiam obliuionem, respirationem & quietem à curis & sollicitudinibus tristibus. ἐλευθὼς autem rex fuit regionis, & mons sic dictus à nomine herois: filius Apollinis, & Ethusae, Neptuni filiae. Inde ἐλευθὼς nomen quoq; est ciuitatis Boeotiae. Ex hoc autem laudem conciliat regioni, quòd natae quidem sunt in Pieria, sed mater ipsarum fuit Memoria, nomen mulieris. Vbi, inquit, Memoria honoratur. Sic dicit, quòd ibi Bacchus à furore cessauerit & sit liberatus.

λεκτικωτάτη.) Oportet enim scriptorem habere mentem & memoriam, ut possit orationẽ generare: itaque eundem opus est in lectione attentum esse.

ἐννέα γὰρ οἱ νύκτας.) Dubitatio, quomodo Hercules una nocte quinquaginta impleuit puellas, easq; parere fecit quinquaginta unum liberos, prima gemellos pariente: Ioui autem nouem diebus opus fuit? Solutio: Quòd necesse habuit uersari cum Memoria ad conceptum Musarum, sciens quòd amor erga Musas & uoluptas, serò & lente impleatur: propterea solido est usus numero. Vnde etiam nouem natae sunt Musae. Nihil enim deest Musis. Cum autem dicit νύκτας, subintelligit locum sacrum, ne existimetur fuisse adulterium.

ἀλλ' ἐπὶ μὲν ἐνιαυτοὺς.) Subdistinctionem hoc loco fecit temporis, & incipit consequenter à genere, hoc est, ab anno, procedens postea ad singula & speciem. Dies enim horis constant, diebus uerò menses, ex mensibus denique conficiuntur & complentur anni.

ὁμόφρονας.) ὅμοια αὐτῇ φρονήσας, *similia sibi cogitantes: aut τὰ αὐτὰ φρονήσας καὶ μὴ ἐναντιωμένας ἀλλήλαις, idem cogitantes, nec sibi inuicem controuersantes. Aliter:* Non *quemadmodum* Amphion *&* Zethus, *qui ijsdem quidem parentibus orti, diuersis tamen studijs dediti erant: uerùm concordem uitæ rationem amplexæ sunt, ut nulla alteri aduersaretur. Aut quòd demonstrat, scientias & disciplinas sibi inuicem opem ferre, multaq; communia habere. illud κἄρας autem longum fecit* Dorice.

μέλλεται.) μέλει, ἐν φροντίδι ἔχει, *curæ est. illud autem ἀκήδεα sic intelligendum:* Musas *habere animum sine curis, eo quòd studijs dediti debeant esse ἀφροντιστοι, καὶ ἄλυπου, curarum & tristitiæ uacui.*

τυθὸν ἀπ' ἀκροτάτης.) ὑψηλότατον *est.* Quas *in* Pieria *peperit paululum ab* Olympo. Pieria *namq; nõ multum distat ab* Olympo.

περὶ δ' αὐτὰς χάριτες.) *hoc est, circum* Musas *adsunt. Aliter:* Dicunt *enim, quòd in* Helicone *sit templum* Gratiarum, Himeri *&* Musarum. Himerus *autem est* Cupido. Conuenienter *uerò* Himerus *&* Gratiæ *cohabitant* Musis. Nam *sine gratia & cupiditate nihil ualent dona* Musarum. Aut *quòd poeta bonus non solùm est* πολυμαθὴς καὶ δυνατὸς, *eruditus & potens, ἀλλὰ καὶ ἐπίχαρις καὶ σκωπτικὸς, sed etiam gratiosus & facetus, sicut* Euripides *inquit.* καὶ μὴ πεπαύμην τὰς μούσας τὰς χάριτας συγκομιζούσας, Non *cessarem* Musis *coniungere* Gratias. Quod *autem subiungit* ἐν θαλίαις, *intelligatur hoc modo, quòd in conuiuijs omnia sint musica, hoc est, hilariter & decenter peragantur.*

νόμους περὶ ἔθνεα πάντα.) Narrantes iusta & iniusta sta tuta hominum. νόμους uocat politias, coetus, accusationes, victuum rationes.

περὶ ἔθνεα δαῆναι.) ἔθνεα uerò, τὰ ἔργα, opera. Legum enim aliæ sunt naturales, aliæ diuinæ, aliæ humanæ. Si uerò leges ut sapiens amaueris, habebis earum intellectum.

τὰ τότ' ἦσαν.) Annotauit hæc Aristophanes. Nunc ista ad ascensum accommodat, qui est ad olympum. Prior enim sermo fuit de chorcis, quas ducunt circum montem.

ὁμοφροσύνῃσιν ἔρητὺν.) Consensus namq; orationis, uoluptatem parit, & facit illum qui constanti oratione utitur, admirandum & celebrem, si præterea prudens fuerit.

πομπευόντων πατέρ' ἐς ἑὸν.) προπομπευόντων αὐτῶν πρὸς τὸν ἑαυτῶν πατέρα, proficiscentibus ipsis ad suum patrem. Oportuisset autem dicere: τῶν προπομπεύοντων αὐτῶν πρὸς τὸν ἴδιον πατέρα, ὃς ἐν ἔρανῷ βασιλεύει.

ἀθανάτοις ἀίσσει.) Bene autem dijs, hoc est, singulis ipsorum, suum distribuit honorem, omnia rediegens in certum ordinem, eáque corrigens, quæ prius erant confusa, atque ita singulis suum attribuit principatum.

τοῦτ' ἐξ ἀρχῆς μῦθον ἄειδον.) A narratiuo genere orationis transtulit sermonem ad personam μιμητικῶς, quemadmodum etiam Homerus idem solet facere, ut in illo:

ὡς ὁ γέρων ὤρτυν πόλεμον πολύμυθον ἐν ἀνδρῶν.

Εὑρέα δυγατέρες.) Sunt autem Musarum inuenta istat

Clio inuenit Rhetoricam, Euterpe Auleticã, Thalia Comœdiam, Melpomene Tragœdiã, Terpsichore citharœdiam, Erato poësin, Polymnia Geometriam, Urania Astronomiam, Calliope uersus. Quam etiam præstantissimam omnium dixit, eo quòd oratio superat omnem scientiam, ideoq; poetica est præstantior. Aristarchus τὸ πρεσβύτατον, ἀντὶ τοῦ πρωϊαίτατον, antiquissimum, intellexit ita sit dubium, utrum honore aut tempore Caliopen præstantissimam nominare possimus. Quidam ut rò honoratissimam dicunt.

ἅμ' αἰδοίοισιν.) non omnes comitatur, sed tantùm aidoios, reuerendos. Hoc autem non pendet ex priori intellectu, sed ab alio principio.

ἐπὶ τοῦ' ἰσαν.) ἐπεφοίτησε. pro, intellectui meo accessit cognitio, cum nimirum laboribus me traderem, ut fierem sapiens.

ἀ νῦς.) Hoc nomen non attribuitur hominibus, sed angelis: propterea etiam νόες, intelligentiæ appellantur, quòd rerum futurarum cognitionem habeant. De homine autem dicitur τὸ λογίζεσθαι, & τὸ ἀγχίνους, quamuis pauci ἀγχίνοιαν possideant.

γανύμηδεν τ' ἰσίδωσι.) pro, ἀμειλικτῶς διάσονται, benignis aspicient oculis, quemcunq; sciuerint fore regem. Inde illud apud Callimachum: μῶσαι γὰρ ἔσαν ἴδον ὄμμασι παῖδας μελοπαλίης ὅν ἀπὸ θρηϊκὸς φίλας: hoc est, quoscunq; Musæ aspexerint oculis, illorũ natorũ amici nõ canescẽt.

ἴκρον.) ἀ ἀρόσ, ros, propriè. Nunc autẽ metaphoricè mel. γλυκερὸν autem intelligit dulcedinem & mollitiem sermonum.

τίτλα γὰρ βασιλῆς ἐχίφρονές.) Nam reges propterea ſunt ἐχίφρονες, prudentes, & ſic appellantur, quod dum ſubditi propter ignorantiam iuſtitiæ læduntur, ipſi correctis illorum iniurijs ac damnis, ad meliorem partem facta reducunt, non imperioſe, ſed παραινετικῶς, adhortatoriè, nimirum non pœnis, ſed blandis uerbis. Hoc enim eſt illud, quod ſubiungit in textu: μειλικοῖς παραφάσεσιν. Aliter: Perſuadendo diſtribuunt iuſtitiam. Faciunt enim uicißitudinem factorum, ut ij ſeruentur, qui ſunt iniurijs affecti: is uerò qui damnum intulit, retundatur, non punitione, ſed blandis admonitionibus.

μειλίκτρονα.) ἀντὶ τοῦ μειλιχθήσιμα ἐς τὸ βέλτιον, reducibilia ad meliorem euentum.

ἀρχέσθων δ' αἰνὰ ἄγυν.) non neceſſitate, ſed amore regis, qui eſt blandus & iuſtus erga eos qui iudicantur, non arrogantem ſe exhibens ijs qui eum accedunt.

αἰνὰ ἄγυν.) alij ſcribunt αἰν' ἀγῶνα, ἀντὶ τοῦ αἰνὰ τὸ ἄθροισμα, in conuentum. Tria autem ſignificat τὸ ἄγυν. 1. αὐτὸ τὸ χωρίον, ipſum locum. 2. τὸν ἐν αὐτῷ ὄχλον, hominum multitudinem in ipſa contentam. 3. τὸ ξυναμφότερον, utrunq; ſimul. Vnde etiam πόλις appellationem accepit, διὰ μὴ τὸ γωνίαν ἔχειν, ἀλλ' ἄναν περιφερῆ, quòd nõ habeat angulum, ſed ſit rotunda. Alij uerò ἐν τῷ ἀθροίσματος, ἄγυν dicunt. Sicut Homerus, νυκτὸς ἀγύρει, pro ἐν ἀγῶνι.

Illud uerò, θεὸν ὡς ἱλάσσονται, intelligatur ὡς θεὸν αὐτὸν τιμῶσι, ſicut deum ipſum bonorant, propter manſuetudinem ipſius uenerabilem.

οἵαπερ μυθάων.) Talis forma orationis αὐτοσχεδιαστὴ appellatur, Latinis exceptio. αὐτοσχεδίαν γὰρ ἑαυτῷ ὁ ὑποκρ-

o 5 obie-

obiectionem soluit ipse Hesiodus. Talis, inquit, rex est ex Musis. Postquam dixit reges amari à Musis, subiunxit etiam eosdem à Ioue amari. Noui enim, inquit, quòd ab Apolline & Musis cantores & cytharistæ amantur, à Ioue autem reges. Sed illum ait felicissimum esse regem, quem post Iouem etiam Musæ amore prosequuntur. Aliter: Assumit hoc propter obiectionem. Ex Musis namq; non est genus regium, sed ex Ioue. Musæ uerò solam largiuntur eloquentiam.

κῦδος ἀειδοί.) Hic Mathematicè docet, & inquit, quòd ex Symphonia astrorum, & bono concursu solis, fiant homines sapiẽtes & musici, quemadmodum etiam ex Mercurio: ex Ioue autem, reges.

ἐκ γάρ τις κεῖνθ' ὑπνος ἔχων.) Hic ostendit efficaciam Musicæ, cum dicit *νουνεχὲς θυμῷ*, mederi ipsam animo recenter afflicto & exacerbato. Recens dolor alioquin non facilè sedari potest.

ἄψυχα κραδίην.) Exiccat enim tristitia, unde etiam insomnes facit.

ἐλλιτὰ προτέρων.) laudes & præclara facta, quæ gloriam merentur.

τὰ λῶτα τῶν θεῶν.) dona dearum, id est Musica, statim conuertit tristitiam.

ἐλλιτὶ ἐγκλείων.) *τῶν θλίψεων*, afflictionum. Oratio enim reprimit dolorem.

ἄπαξε δ' ὡς τὰ πρῶτα.) interrogat musas, quomodo posit accuratè concinnare opus de origine deorum.

ὡς τ' ἄφθιτον & λάσκητο.) *ἄφθιτον* est propriè prouentus annuus. Nunc autem *ἄφθιτον*, cœlum appellat, & terram

atq; mare. Quæ, ut dicit, hoc modo ſeceſſerunt ſingula in ſuum locum, diuiſione omnium facta conuenienti.

ὡς ἀρχῆς ἡρξὲ ἔπαιδ'.) Tria *primùm prodierunt in lucem:* Chaos, Terra, *&* Amor *cæleſtis, qui etiam deus eſt.* Nam *ille alter* Amor, *filius* Veneris, *iunior eſt hoc, de quo nunc loquitur.* Ex aqua autem prodierunt elementa: Terra quidem *διὰ σωίζησιν, per contractionem.* Aer *διὰ ἐκθάλασιν, per diſtractionem.* Tenuiſſima uerò pars aeris generauit ignem. Mare ortum eſt *διὰ ἐκμύζησιν, per exuctionem.* Montes deniq;, *διὰ ὀρίσμὸν δὲ γῆς, per relegationem ſiue ejectionem terræ.* Scire autem oportet, quòd Heſiodus hoc loco incipiat proœmium Theogoniæ, poſtquam encomium Muſarum recenſuit: quam rationẽ etiam alij ſecuti ſunt, qui de Theogonia ſcripſerunt. Et fortaſſe Heſiodus quoque imitatus eſt antiquiores.

ὅτοι μὲν πρώτιστα.) Ars ergo mundus eundem habens opificem, uidelicet deum. Sunt autem principia uniuerſitatis, Materia, principium & elementa. Quæ quidem ſynonyma eſſe, multi opinantur, & quiddam unum. Qui uerò differre affirmant, illi principium generi ſimile faciunt, materiam autem pro ſpecie eſſentialiter accipiunt. Aliqui etiam materiam differre dicunt. Et notitiam quidem materiæ, habere rationem ad artificem: ſubſtantiæ uerò cognitionem, eſſe æqualem homini manum injcienti. Materia quidem eſt æs, ſubſtantia uerò eſt ipſa informatio æris. Ita forma mouens artificem, qui facit ſtatuam, materia eſt aliqua *ἀνείμων, ἀσχημάτιστον*, infecta, informis. Quam deus aſſumens,

assumens, uestiuit illam quadam specie. Neq; enim aliam aliquam formam intuendo materiæ applicauit deus rerum opifex, sed illam ipsam informem, ἄπλαστον καὶ ἀδιαπύτωτον materiam, per se figurauit & signauit, non assumens aliunde notitiam, quemadmodum statuarius, quem forma alicuius hominis mouet ad faciendam statuam. Ac Pherecydes quidem Syrus, & Thales Milesius, principium omnium rerum, aquam esse contendunt, nixi authoritate Hesiodi, qui idem affirmat.

χάος.) παρὰ τὸ χῶσθαι, hoc est, à fundendo, χάος dicitur. Plato uocat παντὸς φύσιν, naturam omnium capacem. Oportet enim locum aliquem supponi, qui ingredientia in ipsum comprehendat. Quidam igitur dicunt, chaos dici παρὰ τὸ χύσθαι, ἤ ἐστι χύσθαι, hoc est fundi: alij uerò παρὰ τὸ χαλᾶν, ἤ ὅτι χωρᾶν, à capiendo. Est igitur chaos, ἡ διὰ τὰ στοιχεῖα διάκρισις καὶ διαχώρησις, hoc est secessus & separatio elementorum. Hanc uerò quidam aquam esse dicunt, alij uerò aërem, omnium confusum, qui est inter cœlum & terram.

γαῖα δ' ἀμύστροφος.) Terram ait ex chao esse productam. Zeno uerò ille Stoicus, humiditatis sedimentum uocat terram, ἐπεὶ ὑγρὰ κατάδυσις γῆ. Vnde inferens non approbat hos uersus. Sciendum uerò, quòd notitiam dicat materiæ ad artificem: substantiæ uerò, ad id quod fit. Quemadmodũ enim artifex forma mouetur, ut statuam faciat: ita & mundus, materia est quædam informis, quam deus assumpsit, tanquam statuarius.

πάντων ἕδος.) Plato in Phædone, terram dicit esse ἀπάντων ἕδος καὶ ἵδρυμα, omnium rerum sedem & fundamen-

damenti. ἀδαμάντων autem subiunxit, ut ostenderet, quòd olim dij cum pijs hominibus conuersabantur.

τάρτηρά τ' ἠερόεντα.) *Quæ tendunt usq; ad extremitates terræ. Dicit autem aerem, qui ambit terram, & omne id quod est circa ipsam. Id quod ueri simile uidetur, attenuatam uidelicet humiditatem diffundi & euaporari. Manet uerò tamdiu turbata, donec acceperit Solem, cuius radijs illustrata & calefacta, extenditur, quemadmodum ignis ab ignescente ferro. Tartara autem dixit ἀπὸ τῦ ταράττεσθαι, à turbando. ἠερόεντα uerò, σκοτεινὰ, tenebrosa.*

ἰνδ' ἵμερον.) *Aeolicum est hoc ἵμερον. Aliqui intelligunt ignem. Est enim cupiditas, inflammatio quædam. Aut sic, quia ignis labefactat uim genitalem in animante, idcirco ipsum, Amorem esse finxit: idq; conuenienter, quia cùm lampadibus pingitur, aut quia ex caliditate nascitur. Aliter: Postquã tria elementa enumerauit, iam quartum commemorat, ignem uidelicet, quem scitè Amorem uocat. Solet enim coagmentare, copulare & unire. Ita sanè pictores non exprimunt Amores absque igne. λυσιμελὴς autem, ὁ λύων τὰς φροντίδας, soluens curas. Neque enim hic commixtionem & cupiditatem intelligit τῶν λύσαν τὰ μέλη, quæ soluit membra, sed uoluptatem, & temperaturam elementorum. Spacium nanq; aeris, si sit temperatum, soluit curas & solicitudinem. Amorem uerò nominat ignem, quòd omnium rerum sit temperamentum. Quemadmodum enim Amor unit ea quæ distant, ita etiam sol temperat uniuersa. Homerus hunc, Vulcanum appellat.*

ἐν χάει.

ἐκ χάεος.) Rectè omnino. Aer enim ante emersum solis & astrorum, fuit tenebrosus. Chaos igitur genera-uit erebum & noctem. Tenebræ nanque comitantur noctem, cum non possint illustrari à reliquis stellis. Alio-ter: Quidam uerò aquam aiunt chaos esse ex cœlesti a-qua, illamq; distributam esse sicut aerem tenebrosum. Aut certè nox ex ambobus illis apparuit, quam statim in duo diuidit corpora.

νυκτὸς δ' εἰσ' αἰθήρ τε.) Noctu enim uidemus aerem ornatum stellis & luna. Et rursus, nisi cedat nox, non ap parebit dies.

γαῖα δὲ τοι πρῶτον μὲν.) Terra est centrum. Cùm igi tur centrum sit causa sphæræ, idcirco terra generat cœ-lum. Sed Crates dubitat. Nam si cœlum sit par terræ, quomodo potest operire terram? Dixit igitur terram es-se ἰσ. ν, hoc est, ὅμοιον, similem, quoad figuram, nimirum rotundam.

ἠχανὸν ἀστερόεντ' ἴσα μιν.) Terram uocat punctum, à quo tanquam per circinum sit productum cœlum. Ne-que enim primò est circumferentia, & postea punctum: sed punctum præcedit, & postea ambitus circuli depin-gitur. ἰναύλους autem uocat ἰναυλισμούς, ἰδιαυλισμούς, lustra, domicilia.

πόντον ἄτερ φιλότητος.) Poeta hic Oceanum à mari distinguit. Oceanus, inquit, præbens terræ qualitatem, ἐ πλὶν ποιότητα τῇ γῇ παρέχων. Prodierunt igitur primùm montes & mare.

Titanes unde dicti.

λοῖον τε.) Aeoles literam ν pro τ ponunt. λοῖον igi-tur dicunt πλὶν ποιότητα. Zeno uerò Titanes ait φυσιο-

τέχνας

τίρως nominari, διὰ τὸ μὴ διατάττεσθαι διαπεντὸς τὰ διάμεσα τὰ στοιχεῖα, à non disponendo uniuersi mundi elementa. ἡγεμονικὸν, τὸ βασιλικὸν καὶ ἡγεμονικὸν, regium & gubernatiuum. κατάσεσιν, τὴν κατὰ τῆς γῆς κίνησιν τῶν πάντων, motum uniuersi supra terram. ἰαπετὸν autem, ἀπὸ τοῦ ἵεναι, à mittendo. Siquidem omnia quæ dimittuntur, deorsum cadunt, qualem naturam Iapetum nominauit. Isti autem, ut Arcesilaus inquit, Titanes uocantur & Titanides. Allegoricè autem interpretantur, Cœum quidem esse τὴν νοητὸν & ἡγεμονικὸν τῶν διάκρισιν, separationem: ὑπερίονα autem cœlum, τὸν ὑπεράνω ἡμῶν ἱδρυμένον, quòd supra nos moueatur. ἰαπετὸν, τὴν κίνησιν αὐτοῦ, motionem cœli, παρὰ τὸ ἰπτάσθαι καὶ πορεύεσθαι, à uadendo. Cœlum enim perpetuò mouetur.

θέμιν τε.) παρὰ τὸ θεωρεῖν τὰ παρόντα, quòd contempletur præsentia: aut παρὰ τὸ τρέχειν, à currendo: aut τὴν θέσιν τοῦ παντὸς, τὴν ἀμετάβλητον, situm uniuersi immutabilem.

ῥέαν τε.) ῥέα secundum Chrysippum, ὁ ἀπὸ ὄμβρων χύσις, scaturigo ex pluuijs. Est autem terra, μία ἡ φθαρτικὴ, corruptibilis Rhea, εἰὸ quòd in ipsam dissoluuntur, & quòd omnes qui sunt in ipsa, diffluunt. μνημοσύνην, τὴν ἐπιμονὴν ἢ διαπλάσεως τῶν ζώων, perdurationem conformationis animalium.

φοίβην.) purissimam partem aeris, ideoq; etiam χρυσοστέφανον appellat, aurea corona insignem. Aurum enim puritate excellit.

τηθύν τ' ὀρεσσινὴν.) nutricem, aut mare nauigabile, quod nutrit propter lucrum ex nauigatione acquisitum.

τὸν δ'

τὸν ἢ μέσ' ἀπάτορα.) Saturnum, ſeparationem elementorum, quæ facta eſt à ſe inuicem diſtinctis certo ordine elementis. Aut κρόνον, τὸν χρόνον, ut per Saturnum tempus intelligatur, quòd alia quidē occultat tempus, alia uerò manifeſtat: aut quòd latenter & occultè præterit.

δαλιὸν δ' ἤχθηρε τοκῆα.) Ariſtarchus reprehendit hoc loco poetam, quòd non bene cœlum, cum ſit uetus, δαλιὸν, id eſt, floridum & iuuenile appellauerit. Sed fortaſſe eadem ratione cœlum iuuenile appellauit, qua πῦρ μαλερὸν, ignem feruidum appellamus, τὸ μαραῖνον, exiccantem, & χλωρὸν ἀέρα, τὸ χλωρὸν ποιῶν, hoc eſt metum pallidum, quòd pallidos faciat. Ita quoq; δαλιὸς ἀραιὸς, cœlum floridum, ὁ δαλιρροιὸς τῷ βίῳ, quòd facit florere ea quæ uiuunt. Beneficio namq; imbrium & aquarum cœleſtium florent omnia & grādeſcunt, adeoq; quicquid eſt in mundo, id ex cœlo augetur. Vnde Menander inquit: ὄρᾷ μὲν ὄμβρων γᾶια, Amat terra imbres.

ἤχθηρε autem eſt ambiguum, quomodo debeat explicari. Dubitatur enim, utrum dicat, cœlum odio habuiſſe Saturnum, propterea quòd natos ſuos interfecerit: an uerò, Saturnum odio habuiſſe cœlum, quòd cœleſtia ſint perpetua, & nullo æuo corrumpantur.

γείναθ' ἃ κύκλωπας.) τὰς ἐγκυκλίους δυνάμεις, potentias orbiculata ſerie coniunctas. Helanicus autem opinatur, Cyclopes dici à Cyclope filio Cœli, ubi tamē non loquitur de ijs quos Homerus recenſet. Sunt enim tria genera Cyclopum. 1. Cyclopes qui conſtruxerunt muros Mycenarum. 2. qui habitarunt cum Polyphemo. 3. ipſi dij. Aliter: Zeno per Cyclopes phyſica interpretatione

intellexit

intellexit circulares reuolutiones, illarumq; ait hæc esse nomina, Brontem & Asteropem. Argen autem esse τὸν ἀργῆτα λιγαυνὸν, fulmen, quod raptim emicat. Appellant autem filios cœli, eò quòd omnes istæ passiones circa cœlum fiunt. Porrò Aristophanes ille Comicus in his rerum naturalium caussis illudit Socratem. Inquit enim: Quando aquæ in magna copia sursum feruntur, ibiq; pendent, tum fit stridor propter imbrẽ: quòd si grauiter in se mutuò deciderint, tum fit eruptio. Argen autem uocat ὀβριμόθυμον, τὴν ὀξῆαν ἔξαψιν, illam uehementem inflammationem. Aliter: Tempore namq; aliquo fiunt orbiculares reuolutiones ignis ex aere. Aliter: Quando mundus cœpit in formam redigi, natæ sunt tenebræ, eæq; ab alijs rebus separatæ. ἀργῆτα λιγαυνὸν.

οἳ δέ τοι.) Crates pro hoc uersu alium supponit, nempe hunc: οἳ δ' ἐξ ἀθανάτων θρεπτοὶ τράφεν αὖθις ἐόντες. hoc est: Hi uerò ex immortalibus mortales nutriti sunt gloriosi. Quomodo enim ipsos dijs similes esse affirmat, & in catalogo Leucopidarum ab Apolline interfectos fingit? Aut quòd non omnes ij qui sunt ex dijs nati, immortales nascuntur, quemadmodum inquit Hesiodus in sequentibus, Geryonem Chrysaoris filium mortalem fuisse. Fuit autem Chrysaor, Medusæ filius. Quomodo autem etiam ipsa Medusa interficitur ab Hercule, & Cerberus canis, natus ex stirpe immortalium? Aut quòd dicit pulchritudine & magnitudine illos fuisse dijs similes.

λυκοπρὸς ὀφθαλμὸς ἐὼν.) pro ὡς. Est autem diæresis circumflexi, quem diuidit in acutum & grauem.

μαχανὰ.) Per parallelum, æquè potentes intelligit.

Et molitiones in operibus ipsorum erant, hoc est, δυνάμεις. πολλὰς καὶ ἐπίνοιας, facultates multæ & excogitationes: quod est, ualebant peritia & solertia ad faciendа opera. Sunt enim artifices inter deos, qui animæ dominantur.

τρεῖς παῦδδε ἕβειμοι, ἀν ἀνόμαστοί.) hoc est, quos nemo potest nominare. Adducit tamen ipsorum nomina. Et Κέοτλον quidem primum appellat, uim mouendi, παρὰ τὸ λοιτεῖν, à uerberando. βειαίονα autem, τὸν ἰσχυρὸν, ualidum. Gygen, τὴν δύναμιν, facultatem. Sunt autem isti nihil aliud quàm uenti è nubibus prouenientes. Suntq; omnes ἁρπακτικοί, rapaces: propterea quoq; ἑκατόγχειρας appellat, hoc est, centum manibus præditos, quòd essent robusti. Sic Homerus Briareum uocat ἑκατόγχειρα propter eandem caussam.

ὅσσοι γὰρ μάτην.) Quotquot enim ex filijs cœli & terræ fuerunt uehementissimi, illi sunt odio habiti à bonis filijs, hoc est, à fratribus & à parente.

ἐξ ἀφχῆς.) Scilicet apparuerunt arbores, animantia & alia. Et rursus regnantibus tenebris, occultata sunt, confusaq; sunt omnia, neq; lumen apparuit.

πρίν τις ἀπαμύνασκοιεν.) Quia non fit manifestum id quod odio habemus, sed fit & mouetur in tempore.

στενομένην.) Seleucus ἀχνυμένην scribit. Neq; enim angustia premebatur siue coarctabatur, inquit, sed propter occultatos à cœlo omnes filios mœrebat. Alteri στενομένην, στρεχωμένην, coarctata, anxia reddita, quemadmodum illud dicitur, σανόμενος νικᾶσαι, læsus à mortuis, quòd multi fructus sint caussa præliorum. Aliter

liter: Nihil aliud dicit, quàm quòd ſpiritus ex coarctatione emittuntur, terra coarctata. Aliud uerò, proſopopœia eſt.

αἶψα ἢ πολιῆς ἀδάμαντ[Θ.) λευκῆ, albi. Aut quòd multi fructus ſint cauſſa pugnarum. θέρεος nunc uocat, tempus meſſis.

πατρὸς ἐμοῖο κασιγνήτοιο ἀτασθάλου.) Detrahit nomen ipſorum. ἀτασθάλους autem, πονηρούς, nefarios, ἀπὸ τοῦ ἄτας θάλλειν, qui floret damnis. Aut quia ἀτάσθαλον ipſum uocando, magis illos mouit ad iram. Neq; enim patri iuſto inieciſſent manum.

ἀνομίας.) ἀνόμους, κακοὺς, illegitimos, malos.

ἅσσα δὴ μιν.) Quia tempus latenter aduenit, ideo dixit illud, ἐρύσσασα.

ἔργα θ' ὑπ' οὐρανὸν ἐπάντων.) Opus cœli rurſus uult diſcernere. Sic enim cœlum fuit purum & ſerenum.

ἐν δ' ἐν λόχοις.) Ariſtonicus legit λοχυῖς, ſicut θυρυῖς. Pro λόχῳ enim ille λόχι[Θ uſurpat. cùm autem dicit Heſiodus δρέπεσθαι, exprimit & quodammodo ob oculos ponit formam abſcindentis.

φίλα δ' ἀπομήδια.) μήδεα dicit ἐν τῷ δὲ γονῆς ἄρχειν, à parte genituræ principali. Illa namque membra abſcidit, quæ ſunt uaſa ſeminis præcipua. μήδεα autem dicuntur, aut ἀπὸ τοῦ μέσα τινὰ εἶναι τὰ μέσον ἔνερθε τῶν μηρῶν, quòd ſint media inter crura: aut ἀπὸ τοῦ μήδω, τὸ βουλεύομαι, meditor, cogito. Homines enim βουλευτικοί, conſiliarij, atq; adeò omnes, ab illis oriuntur.

ὄπισθεν.) quia illi qui metunt, retrorſum proiiciunt ea quæ demeſſuerunt: poteſt uerò καὶ ὄπισθεν

etiam intelligi pro μιʃαʃχῶτα, poſtmodum: ut ſit, poſt abſciſionem illum reiecciſſe patris genitalia.

πάσας δ' ἰάλξαʃο.) Terra ſuſcepit guttas, eo quòd nullũ ſemen haberet. Per uices enim ſemina in Græcia ſpargebantur.

γένναʃο δ' ἰερυνῦς τε.) Ex genitali uidelicet ſanguine diſperſo natæ ſunt Erinnyes & Gigantes. γίγαντες uerò dicuntur οἱ γυγενῶς οἱ ἀσεβῶς, impij, terra geniti. Omnes ſiquidem ſunt γυγενῶς, ſed γίγαντες ἀσεβῶς ſoli hoc nomine appellantur. Homines uerò illos appellat, qui ſunt iuſti. Aliter: ἐρυνῦς ἀπὸ τῆς ὄρας, à terra: γίγαντες uerò ἀπὸ τῆς γῆς nominati ſunt. Aliter: Magnos gigantes, τὸς ἀνδρείους ἀνέρας, hoc eſt, animoſos uiros appellat. Gigantum uerò nomina ſunt iſta: Alcioneus, Enceladus, Porphyrio, Mimas, Obrimus, Phlegyas.

νύμφας.) Ex his natum fuit primum genus hominum. μελίας autem uocat, quòd unà cum arboribus nata ſunt etiam reliqua animantia. Nymphas enim appellat alteram generationem animantium. μελίας uerò ἀπὸ τῆς μήλης ἅπερ τὰ πρόβατα, quòd oues ſint pecora. Vocat autem etiam ἁμαδριάδας & δρυάδας.

μήδεα δ' ὅσ.) μήδεα, τὰ αἰδοῖα, teſticulos. Non enim ulti temerè Venerem amplectendam eſſe, ſed cum ratione. Recte igitur Venerem præſidem uenereorum φιλομμηδέα appellat, amantem curarum.

ἄφρῳ ἀπ' ἀθανάτου.) Feruorem ſanguinis, ſpumam commixtionis, ſemen uenereum.

τῷ δ' ἐνὶ πόντῳ.) hoc eſt, in ſpuma commixtionis. Fingitur enim Venus nata ex mari propter humiditatem: ſiquidem

quidem cupido ab humiditate nascitur. Vnde etiam humidos appellamus lascivos homines. Cithera autem est ciuitas Cypri, sic dicta παρὰ τὸ κούβειν καὶ κρύπτειν τὸ αἰσχρὸν, ὕγρον τὸν ὄρωτα, quòd abscondat turpitudinem, nimirum Amorem. Aut ἐκ τῦ κύειν, ab intumescendo. Sunt enim Cytheræi, accolæ maris.

ἐκ δ' ἴδης αἰδοίου.) τιμίας, uenerabilis: aut ἀπὸ τῶν αἰδοίων, à testiculis.

τῆν δ' ἀφροδίτην.) ἀφροδίτη & δημήτηρ sunt idem. Post commixtionem autem terra etiam herbas produxit: commixtionem uocans imbrium ad terram.

ἀφροσύνην.) τὴν ἀφροδίτην, aut παρὰ τὸ ἀφρὸν, quòd sit spumosa: aut παρὰ τὸ ἀφραίνειν, ab insaniendo. unde Euripides:

τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ὄντα ἀφροδίτα βροτοῖς:
Sunt stulta Veneris omnia mortalibus.

λυθρίαν autem, ἀπὸ τῦ κούβειν τὰς ὁρμὰς καὶ λάθραν γίνεσθαι, quòd abscondat amatores, & fiat occultè.

τῇ δ' ὀρῷ ὠμάρτησεν.) Recensèt ea quæ sequuntur Venerem. Et desideriũ indifferenter, ne rei nouitate turberis. ὄρος autem, τὸ διὰ ἐράσεως ἰέναι, quòd amet propter commixtionem. ἵμερος uerò, hoc est desiderium, quòd cupiditas comitetur commixtionem. Vt exempli gratia: Vidisti librum pulchrum, in quo uestimẽtorum genera continentur, & lineamenta, aliaq;, quibus conspectis, cupis illorum potiri, ac discere & facere illa quæ sunt descripta. Sic de alijs negocijs omnibus cogitandum.

γενομένην τὰ πρῶτα.) Ipsa uerò ab initio honorem habet, quamprimùm fuit nata, & adnumerata est, inquit,

dijs. Qualis uerò ipſius honor fuerit, recenſet, cum inquit, illam præeſſe uirgineis confabulationibus, & cæteris quæ ſequuntur.

τὰ πρῶτα.) *Primùm namque excitatur conuerſatio cum uirgine, poſtea μιδιασμὸς καὶ γέλως, riſus, inde ἵμερος, oblectatio, quam ſequitur φιλιὰ, καὶ πρεσβεία, amor & blanditiæ.*

τὰς δὲ πατὴρ.) *Poſtquam dixit de Venere, iam deſcendit ad narrationem de Titanibus. Titanes autem dicuntur οἱ ἄδικοι καὶ βλαπτικοὶ, homines iniuſti & iniurioſi, ἀπὸ τῦ σπεύδειν τὴν ψυχὴν τῦ μέλλοντος βλάπτεσθαι, à nocendo animæ illius qui eſt lædendus.*

τιτάνους.) *expoſcentes pœnam à patre iniuſto, inſtinctu matris: aut τιμωρίαν παρέχοντας, pœnam dantes, unde etiam denominati ſunt Titanes: aut μωραίνοντας, ſtultè agentes. Aliter: Titanes dicuntur παρὰ τὸ τιτάδας καὶ βαπτιστὰς, ab extendendo & explicando: aut ſicut poeta hic affirmat, ex opinione Orphei illud aſſumens, quòd Saturnum dij rurſus punient, & regnum accepturi ſunt ab eo.*

τοῖς δ' ἐπιτίσα.) *Ob hanc enim culpam ipſe Iuppiter pœnas ſumet de Saturno, eo quòd tantum ſcelus commiſerit aduerſus patrem ſuum.*

νὺξ δ' ἐτέκνωσε.) *Rectè ait, ex nocte illam ſobolem eſſe productam. Sunt enim illa omnia ἀγνοίας παλίμπαιστα, ignorantiæ notiones. Eſt igitur conſuetudo etiam apud hunc poetam, ut de mortuis dicat, σκοτὸς δὲ νὺξ ἐπάλυψεν. Porrò per ſomniorum agmen, multitudinem ipſorum commonſtrat, quorum alia ſunt turbulenta, alia*

lia fraudulenta. Illa uerò nox nulli condormiens pepe-
rit λῦραι μέλαιναν, parcam atram, & μοῖρας uocat, τὰς
ἐπιμειξίας.

τίκτει δ' ὕπνον.) Somnum comitari noctem, nulli est obscurum. Aliter: Ea namq; quæ fiunt ex penuria commerciorum, illa faciunt metum.

ἑσπερίδας.) Vespertinas horas intelligit: per mala uerò aurea, ipsa astra. Suntq; illis horis astra curæ, eo quòd ipsorum luce omnia uidemus. Per Herculem intelligi potest solare lumen. Hoc autem dicit, quòd aduenientesole appareant astra. atq; ita fingunt poetæ, quòd Hercules decerpserit mala aurea.

φέρειέ τι δένδρα.) fructum autem dicit, quòd arbor habeat fructus potentia, si modò irrigetur.

καὶ μοίρας καὶ κήρας.) *μοίρας* dicit *τὰς ἐπιμειξίας*, quæ partiuntur: *λύρας* autem *τὰς ἐπιψηφιζομένας τὴν θάνατον*, quæ decretum de morte confirmant: *ὑπολειπόμενας* autem, pœnas, quæ consequuntur ad mala opera.

εἴ τ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε.) Continet hic uersus argumentum quoddam à maiori. Nam hoc innuit: Quòd si etiam dij peccantes puniuntur, multò magis homines pœnis afficiuntur. Et quæcunq; de dijs affirmat, eadem sunt de hominibus intelligenda.

λιτὴν ἴσιν.) reddítionem factam ex animaduersione. Homerus rem quidem gestam & factum ipsum agnouit, sed non nemesin deorum. Asclepiades autem in Tragœdijs suis, in cygnum ait mutatum fuisse Iouem, & indignatione inflammatum.

τίνῃς δὲ τὸν νέμεσιν.) τὸν μέμψιν, conquestionem, de malis nimirum. Vt si contumelijs affeceris pauperem, hæc est μέμψις: si uerò iniurijs affeceris, ibi ἄτην sequitur.

νὺξ ἀτὴ.) Solent homines peccare tanquam ex oblitione secuturarum pœnarum, propterea nocti assimilantur ea quæ fiunt in tenebris. Latenter enim procedunt ea quæ fiunt in tenebris. Et qui decipit, ueritatẽ occultat.

μετὰ τὸν δ' ἀπάτην τίκτων.) Nõ dicit deceptionem quæ fit in uita, sed solam fraudem Veneris. Id quod ex præcedentibus intelligitur, ubi de Amore loquitur.

γῆρας τ' ὀλέκμενον.) Senium pernicioſum uocat, quia senes sunt morti proximi.

αὖτας δ' ὅρκος τυγχεῖ.) Enumerat ea quæ procedunt ex contentione. Ex hac nãq; cædes et pugnæ proficiscũtur.

λήθην τε.) Sæpe accidit ut coorta contentione, obliuiscamur nostri officij.

συμβίας.) hoc est, συμβίβασας ἀλλήλας, familiares inter se esse. Nam qui legibus non præstat obedientiam, is damnis inuoluetur.

ὑγρὰ τε.) τὸν ῥοῦσιν δὲ ὕλης, fluxum materiæ intellegit. ἀψοῦδῆ autem & ἀληθῆ uocat, propter uetustatem materiæ, & quòd turpe est antiquos mendacijs agere. Aliter, ἀψοῦδῆ, quod mendacio non persuadetur: ἀληθῆ autem, quod non dicit mendacium. Porrò ij qui mentiuntur, duabus de causßis id faciunt. Aut enim mentiũtur sua sponte propter aliquam utilitatem: aut quia ignorant ueritatem, & obliuioni tradiderunt, atq; eo modo inuitè mentiuntur. Aliter, τὸν ἀψοῦδέα intelligit eum qui non mentitur: τὸν ἀληθέα uerò, qui non est oblitus. Ignorans enim

enim siue oblitus, inuitè mentitur.

πρεσβύτατον παίδων.) Aut propter honorem & ueritatem, aut quia ad extremam senectutem peruenerit.

αὖτις ἀ' ἀϋ θαύμαντα.) Intelligit ἀναθυμίασιν, hoc est euaporationem quæ fit ex mari, & multitudinem aquarum. Aliter, θαύμαντα uocat παρὰ τὸ θαῦμα παρέχειν, quòd sit miraculo. φόρκυνα autem hoc loco appellat ambitum aquarum. Aut φόρκυνα, τὸ βίαιον τῦ πόντε, uiolentia maris. θαύμαντα autem τὸ θαυμάζειν.

μεγήρατα τίνυσθαι.) hoc est magna, ἐπίφατα, amabilia, aut ὑπερφάνεια, præclara τίνυσθαι propter pulchritudinem, & θαυμαστὰ, admirabilia. Propterea etiam fingitur in tranquillitate nauigare & lucrari. Aliter, μεγήρατα, hoc est, μεγάλως ἠρίσθαι περὶ ἀλλήλοις, ualde contendentes de pulchritudine: aut τίμια, ἔνδοξα, honorabilia.

τελέθουσι.) τῦ τὰ πάντα τελεσφορεῖν, omnes fructus ferentis. Alimentum enim omnium rerum ex mari prouenit. Aut τελέθουσι, ἐπισήμα. Etenim nos quoq; τὰ ἐπισήμα, insignes, ἐνδιλεῖς appellamus.

πρωτά τ' ἀνεμάλιά τε.) Recenset nomina Nereidum, quæ nihil aliud sunt quàm species & schemata maris. πρωτὰ autem παρὰ τὸ πρότερον ἐμβαίνειν θάλασσαν, quòd prior conscenderit mare: aut παρὰ τὸ πρωτεύειν τὸ ὕδωρ πάντων ὕλης, quòd aqua omnium rerum principem locum obtineat: aut διὰ τὸ βασιλικὸν καὶ γαλήνιον, propter præstantiam tranquillitatis.

ἀνεμάλιά τε.) διὰ τὸ εὐναυτέρθαι, quòd sit bene dispositæ.

Σαὼ.) διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν πλεόντων, propter salutem nauigantium.

ἀμφιβίτυ.) διὰ τὸ ἀμφίβολον τῦ φόβυ, propter ambiguitatem formidinis.

ἀυδώμυ.) ὁ καλλίδωρος, pulchris donis ornata.

δίτις ἧ.) ὁ δίσις τῶν ὑδάτων, situs undarum.

γαλήνυ.) διὰ τὸ γαλωιῶσαν, quòd sit tranquilla.

γλαύκυ.) propter aspectum undarum.

λυμαθίυ.) διὰ τὸ ταχὺ τῶν λυμάτων, ὁ τῶν πλεόντων, propter uehementiam tempestatum aut nauigantium.

σπουὴ.) ὁ ἐπακολυθία, consequentia.

θοὴ.) ὁ ταχυτάτη, uelocissima.

θαλιὴ.) ὁ θάλλων δυναμένη, quæ potest florere.

ἐρόεσσα.) ἐπιθυμητὴ, desiderabilis.

πασιδίη.) ἀπὸ πάντων θαυμαζομένη, quam omnes admirantur.

μολίτη.) τὸ ἡδὺ, suauitas. Quidam enim ex nauigando magnam capiunt uoluptatem.

ἀυλιμένυ.) διὰ τὴν ἀθενῆ τὸ λιμένος, propter incunditatem litoris.

ἀιγαυὴ.) ὁ λαμπρότης τῶν ὑδάτων, splendor undarum.

δωτὴ.) propter dona quæ accidunt hominibus.

πρωτομίδεια.) primas tenes propter quietem & tranquillitatem.

πανόπη.) ὁ πᾶσιν ὁρωμένη, quæ ab omnibus uidetur.

σὺνιδὲ γαλάτεια.) ὁ σὺνιδὲ γαλήνη, speciosa tranquilla litus. Hoc epitheton dedit occasionem iunioribus, ut inde Cyclopis amorem erga Galateam adstruerent.

ἱππόβοα.) ὁ ταχύτης, uelocitas.

ἱππονόη.) quæ fit ex uelocitate mentis.

λυμοδόκη.) τὸ πρωΐτατον καὶ δεξιὸν τῶν λυμάτων, quæ

quæ manſuefacit & recipit undas: aut παρὰ τὸ δινοῦν τὰ κύματα, quòd ſpectet undas: aut propter obſeruationem ipſarum, ut δινοῦν ſit idem quod ἐπιλεγῶν.

ἀφροειδῆ.)ἀερώδη, obſcuro.

ζαθέων.)ἄγαν πιτνόντων, ualde fluentium.

σιὼ κυματολύγῃ.) τῇ τῶν κυμάτων λύξει, τουτέστι παύσει, à depoſitione uel ſede undarum. Nam ſi, ut inquit Ariſtarchus, nomina Nereidum accuratè colligere uelimus, erunt quinquaginta unum numero. Aliqui uerò in illo quod infrà ſequitur, προνόητε νημερτὲς δ', ἅ τι παρὸν ἔχει νόον, illud τι ſuperfluum eſſe iudicant, ut nomen νημερτὴς, ἐπιβλητικῶς intelligatur. Quæ enim cogitatione proſpexit omnia, uerax eſſe exiſtimatur: & pater ipſius Nereus, uerax denominatur. Aliter: Voluit ceſſationem undarum indicare, eo quòd ceſſantes undæ iacent tanquam in aliqua inferiori parte. Quieſcentibus igitur uentis, quies oritur & tranquillitas. Eſtq; hoc loco ſchema, quod uocant ὑποκατάθεσιν quòd Cymodoce & Cymatolege unà cum Amphitrite ſedant uentos.

ἀγκρωμός δ' ἁλιμήδης.)ὁ σκῆψις τῶν πλεόντων, fictum refugium nauigantium. Aut dicit τὴν ἁλμυρότητα, & τὸ μήδεσθαι, τουτέστιν, βασιλεύειν, à ſalſugine prædominante: λιμενηρὸν autem, τὸ ἀπόλυτον ἀπὸ ὁμιλίας, quòd ſit libera à conuerſando.

λησμόσυνα.) alienorum negociorum memoria in traiectu.

αὐτοκόν.)ὁ αὐτόματος & ἑκὼν, mens uoluntaria.

λυσιπήσασα.)παρὰ τὸ λυσιτελῶν, quòd ſit commodo.

ἀμοιβή.)ἡ καλὴ ἀντίδοσις, pulchra retributio.

μιλανίτα-

μιλαιόπνου.) ὁ παραμονὴ δὲ ὀξύτητος τοῦ πλοῦ, perseuerantia celeritatis in nauigando.

θαύμας.) Ponti filius. Intelligit autem maris miraculum. ἠλέκτρα autem, ὁ λαμπηδών, splendor. propterea fingitur esse uxor Thaumantis, quòd ea quæ uidemus admiramur.

τίκτε ἶριν.) Irin autem peperit, eo quòd iris digna est, quam omnes admirentur & animo cogitent. Est autem iris, ὁ προφερὴς λόγος, sermo uocalis. Quæ namq; uidemus & admiramur, ea solemus uerbis enũciare. A' splendore oritur arcus. Neq; enim iris habet propriã aliquam substantiam, sed est tantùm quædam ἔμφασις siue apparitio. Nam quando nubes exiguus habuerit guttas, leuiterq; sit condensata & concreta, & sol ex aduerso sit positus, reflectitur noster uisus ad Solem, & uidetur segmentum quoddam circuli in nube apparere. Sæpe autem in eadem nube duæ apparent irides.

Nomina Harpyiarum sunt ἴαλλὼ & ὠκυπέτη. ἁρπυίας uocat τὰς ἁρπακτικὰς πνοὰς, uentos rapaces, qui fiunt à distributione & distractione undarum. Vnde etiam denominationem acceperunt. ἁρπυίας Doricè corripuit. Accusatiuos enim in as desinentes, ipsi corripiunt.

φόρκυν.) φόρκυς, ὁ ὑπερφερὴς τῶν ὑδάτων, uehementia undarum. λιμὴν autem, τὸ βάθος, profunditas. γρᾶαν uerò, τὴν ἀφρὸν, spumam. Cæterùm magis conuenit, si scribatur λαλλιπάρῳον, ut sit epitheton τῆς νηὸς, sicut etiam Seleucus scribit. Quod autem addit, ἐν γραικῇ πολιὰς, à partu canas: sic intelligatur, quòd albæ fuerint, quãprimùm essent natæ. Aut ἐντίμους intelligit, hoc est, honorabiles.

περφρηδὼ.) *Martium deſiderium, nauticam expeditionem. Quod igitur in nauigando aliquando contingat ſalus, interdum naufragium, idcirco* τὴν περφρηδὼ *dixit* εὔπεπλον, *hoc eſt, pulchro peplo ornatam:* τὴν ἐρυθὼ *autem* ἐρυσίπεπλον, *crocei pepli, malam uolens ſignificare. Porro Heſiodus* τὴν ἐρυθὼ *unam Phorcydum eſſe dicit: Homerus autem bellicum quendam deum.* γοργὼς *autem dixit à nominatiuo* γοργώ. *Cæterùm intelligit metum ſæui & irrequieti maris: hoc eſt, incertum nauigationis exitum.*

ἵν' ἑσπερίδες λιγύφωνοι.) *Heſperides uocat argutas, ſiue uocem habentes ſtridulam, quòd aſtra apud Gades ad muſicam harmoniam mouentur, ſicut inquit Ariſtoteles.*

εὐρώ τ' εὐρυάλη τε.) *Intelligit mare potens & magnum: per* μέδουσαν *uerò ſubtiliſſimam ſubſtantiam,* τὴν λεπτοτάτην οὐσίαν. *Ita Perſei appellatione intelligit Solem,* παρὰ τὸ περιαιρῶς σεύειν, τουτέστιν ἐμφανῶς, *à uehementi impetu. Ait igitur, quòd Sol circumductus cœleſti reuolutione, Sthenun quidem & Euryaliam, hoc eſt, latum & immenſum mare non occidat, hoc eſt, non exhauriat: ſed Meduſam ut mortalem interimit, hoc eſt, tenuiſſimã maris aquæ partem motu ſuo abſumit. Promicuit autem ex capite illius Pegaſus. Sole nanq; exhauriente & attollente in aerem,* τὸ λιφαιμοῦδες καὶ ἀτμοῦδες, *capitalem & uaporoſam partem undarum, contingit* τὸ βαρύταλον καταπαράσσειν ἀναφερόμενον καταπαράσσειν καὶ χύδαν, *id graue, quod ſurſum ferebatur, deorſum in modum fontis deſtillari et fundi.* μέδουσα, *metus & ſolicitudo orta ex occaſione temporis: aut motus undarum, quæ diſtractæ ſurſum ferantur.*

alludit ad uocem Pegaſus.

runtur. Perseus autem, sol humorem ad seipsum trahens, & quodammodo separans abscindensq;. Porrò quòd dicit, Hesperides natas esse ἐν μαλακῷ λειμῶνι, in molli prato, innuit in quiete id factum esse. Vbi namq; sunt flores, ibi est quies.

παρὰ πηγὰς.) per πηγὰς, hoc est, fontes, intelligunt multi niuis dissolutionem, unde natus sit equus Pegasus. Aquis enim in altum sublatis, oriuntur fulgetra & imbres. Atq; ita Chrysaor & Pegasus intelliguntur. χρυσάορ, ὁ λαμπρὸς ἀὴρ, aer splendidus. πήγασος, διὰ τὰς πάγας denominationem accepit, à scaturiginibus uidelicet, quæ fiunt post niues dissolutas. πρόσω δὲ διαπηγάσεως τὸ χρόνου τῶν ἀρχομένων πλεῖν, hoc est, transitus temporis eorum qui nauigationem instituunt.

ὃ μὴ ἀποπτάμενος.) Pegasus uidelicet, qui non statim ut natus est, in cœlum ascendit, sed post spacium aliquod temporis. Distributio namq; aquarum quæ fit sursum, etiam nubes conflat & excitat.

βρονταῖόν τι.) Hunc dicunt portare τὰς βροντὰς, καὶ τὰς ἀστραπὰς, tonitrua & fulgetra. Siquidem ista ex aquis oriuntur.

γηρυονῆα.) Geryoneum tricipitem. Volunt aliqui tempus significari, quod tria habet capita, præteritum, præsens & futurum. Aut certè intelligere possumus Lunam, quæ etiam Hecate appellatur. Est enim dea τρίμορφος, trium formarum. Porrò Geryoneus natus est ex Callirhoe filia Oceani. Stesichorus uerò addit, huic sex manus & sex pedes fuisse, eumque facit ἑξάπλουν, pentatum.

τὸν μὲν ἀϱ ζυνάεικε.) Calorem intelligit aeris. Sub hac namq; constitutione feliciter proueniunt animantia. Cæterùm ὄρθϱια nomen est insulæ ad oceanum, ubi habitauit Geryoneus, & ipsius boues.

τίϱυνθ' ἱϱὴν.) τίϱυνθ, ciuitas est Argi. Sacram autem appellat, quia Cyclopes eam condiderunt. Geryoneus uerò fuit Tirynthius.

ὀρθόν τε.) ὄρθος, canis Geryonei, nomen accepit ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, ab impetu. Ita Homerus inquit:

πρίν ἐπὶ νῆας ἰέναι πρὸς κοῦρον Πηλείωνα: Iliad. A.
Ad naues donec celerem compellat Achillem.

Aliter: ὄρθος nomen accepit παρὰ τὸ ὀρνύμαι ἀπὸ τῶν ἐπὶ τὸν ἥλιον, ab excitando solem, nimirum facientem ὀρθὴν τὴν ἀνάδοσιν τῶν ὑδάτων, ut sit recta ascensio undarum. ὀρυτίωνα autem dicit τὴν ὁρμὴν ἢ κίνησιν, impetum & motum. Aliter: ὄρθον, impetum & ascensionem undarum: aut τὴν ἀνωμαλῆ ῥύσιν τῶν ὑδάτων, procliuem fluxum undarum.

ὄμμα μὲν νύμφην.) nymphan humanam uocat, quæ nullam cum deo habet cognationem, nec cum intelligentijs, aut τὴν ἄμικτον γνώμην, impermixtam notitiam, quemadmodum serpens non commiscetur homini.

ἔκειτ' ὀρνυμένοιο.) hoc est, custodiebatur aut habitauit in Arimis. Arima autem sunt montes Ciliciæ aut Lydiæ, ubi est Typhonis cubile. sicut etiam Homerus tradit, cum inquit: ἀν ἀρίμοισιν, ἔνθα τυφωέος ἱμάσσαι ἀῦτμὰς. τυφὼν, turbulentus spiritus, qui semper corrumpit crescentia.

ἥρωα μὴν πρῶτα.) quem suprà dixit interfectum esse ab Hercule.

In alijs φατὸν legitur.

οὐτι φαὸν ἦ.) quasi, non effabilem pro dignitate: aut ὃ φονεύσιμον, qui non facilè potest occidi. φάσθαι enim idem est quod τὸ φονεῦσαι, interficere.

λίρβιον ὑμνητὴν.) Pindarus Typhœum ἑκατονταπέφαλον appellat, hoc est, centum capitum: noster uerò πεντηκοντάφαλον, quinquaginta capitum. Cæterùm, alij Cerberum draconem esse dixerunt, alij uerò canem. Canem autem appellant custodem inferorum.

τὸ τρίτον, ὕδρην κῆδεις.) hydram appellat malitiam, quam Hercules, hoc est, uirtus, interfecit. Virtus nanque omnem malitiam ualet obscurare & exterminare. Dicitur autem πολυμήχανος hydra eodem modo, quo πολυκέφαλος. Aut certè delapsum aquarum aeris intelligere possimus. λίρνη autem est stagnum quoddam Argis. Porrò Lernæam hydram, de qua nunc agimus, Alcæus ἑκατοντακέφαλον facit: Simonides autem πεντηκοντακέφαλον. Atq; Lernam in numerum stellarum retulerunt ueteres, quemadmodum etiam cancrum, unà cum Hercule. ὕδρην appellant, κατὰ τὸ τοὺς ὕδασι διάφθορα. λίμνη autem λίμνη τὴν ἄργους, palus Argorum. Allegoricè per ὕδρην, malitiam intelligit, διὰ τὸ ὑδατίνην καὶ διαπεχυμένην εἶναι πανταχῆ, quòd sit diffusa undiquaq;. Ac ipsam quidem λερναίαν uocat διὰ τὸ λίαν ἀρᾶσθαι, καὶ αὔξεσθαι τὴν φανερὰν κακίαν, quòd manifesta malitia ualde extendatur & augeatur. ἄπλητον uerò posuit pro ἀπλήρωτον, ἀπόπτον, insatiabiliter. λυπήσασα, indignans, scilicet caliditati aer iratus.

διὸς υἱὸς.) mens prouida & firma deturbat malitiam

in suo

in ſuo ipſius acuto gladio, hoc eſt, intellectu. **Deturbat** *autem et ſuperat cum* **Iolao**, *hoc eſt, ſapienti oratione,* τῷ ἀνφαίνοντι τὰς λάας, *quæ exhilarat populos.* ἀνέφαξε αὐτὸν, *pro* ἀνεῖλε, *interfecit,* διαφθορικῶς. *ἅναφα namq; dicuntur* τὰ ὅπλα, *arma: aut* τὰ σκύλα, *manubiæ.*

Alludunt Græca uerba ad nomen Iolai.

ἰολάου.) **Iolaus** *autem filius fuit fratris* **Herculis.** *Is quadam ex parte combuſſit capita hydræ. Erant enim immortalia.*

ἀμαιμάκητον πῦρ.) ἀπροσπέλαστον, ἀπροσμάχητον, *inacceſſum, inuictum ignem: aut* τὸν ἄγαν μαιμῶντα, *per* ἐπίτασιν, τὸν σφόδρα ἀπόλλυντα, *ignem uehementer perdentem, enecantem.*

ὁ δὲ χίμαιραν ἔτικτεν.) *Vniuerſalis, inquit, malitia peperit particularem. Ac leo quidem animum habet apertum & uehementem: draco autem callidiorem. At chimæra* τὸν μεσαῖον θυμὸν, καὶ μίσγον καὶ πεπραμένον, *animum medium & mixtum.*

προάδει λέων.) *Varietas Chimæræ docet, eos qui elocutionem mutant, oportere aliquid melius elaborare, ſi conſueta dictione uti nolint.*

πάγασος ἵππ.) πάγασον *appellat animum commixtum, qui partem irrationalem habet commixtam rationali.* βελλεροφόντης *autem, qui interficit mortalia,* παρὰ τὸ ἐν τῇ ὁδῷ βάλλειν, *à deijciendo in terram,* τὸν βάλλοντα εἰς τὴν γῆν. *Aliter:* βέλλερα *appellat* τὰ κακὰ. βελλεροφόντης *igitur, qui nouit ſedare ea quæ ſunt mala.*

σφὶγ' ἄλοιν.) **Sphingem** *intelligit, quam facit filiam* **Chimæræ** & **Typhonis.** *Ab ipſa denominationem accepit etiam* τὸ σφίκιον, *mons* **Thebanus,** *cui Sphinx inſedit.*

Bœoti autem ipſam φικὰ dixerunt. Lycus in libro de Thebanis à Baccho deductam eſſe contẽdit: νεμεαῖον autem eſſe montem Peloponneſi aut Argorum, ubi leo ille decantatus habitauit, à quo fuit primus labor Herculis, à quo etiam nomen accepit, ἀπὸ τῦ νεμεῖσθαι περὶ τὰς τίρυνθα τῦ ἄργυς, à paſcendo in locis Argorum. Aliter: Sphinx hiſtoricè erat mulier prædatrix, & habuit multos ſecũ, qui unà cum ipſa prædabantur. Hoc loco autem occultam malitiam intelligit.

γυναῖκα λιπόναυαν.) ἐν τοῖς γυμνοῖς τόποις, in abditiſſimis locis Nemææ habitauit. Eſt autem Nemæa nomen antri, aut potius montis.

ἰλιφαίρετο.) ἀντὶ τ ἠπάτα, lædebat. Homerus alicubi idem uerbum pro παρελογίζετο poſuit, decipiebat falſis rationibus.

νᾶλον τι.) Ex hoc apparet Heſiodum Homero fuiſſe iuniorem. Homerus nanque Aegyptum appellat Nilum. ἄλφειος autem eſt fluuius Peloponneſi in Elide, quĩ deſcendit ex Aſia, uico Arcadico. ἰρίδανὸς uerò fluuius eſt Celtarum. Strymon, fluuius Thraciæ. Mæander, fluuius Lydiæ aut Icariæ. Iſter, fluuius Scythiæ. Phaſis, fluuius Colchorum. Rheſus, fluuius Troiæ. Acheloüs, fluuius Acarnaniæ, aut Aetoliæ. Neſſus, Thraciæ. Rhodius, Troiæ. Haliacmon, Macedoniæ. Heptaporus, Granicus, Aeſapus & Simois, Troiæ. Spercheus, Thraciæ. Aliqui autem Granicum, Simoenta & Peneum, Theſſaliæ fluuios eſſe dicunt. Hermus, Lydiæ. Caicus, Myſiæ. Sangarius, Phrygiæ ſuperioris. Ladon, Arcadiæ. Parthenius, Paphlagoniæ. Euenus, Aetoliæ.

toliæ. Ardescus, Scythiæ. Scamander, Troiæ. Atque ita hoc loco recensentur fluuij numero uigintiquinque. Parthenius uerò in Samo, etiam Imbrasus appellatur.

τίπτε θυγατέρων.) Peperit autem paludes, quæ unà cum sole nos nutriunt. Ea uerò quæ recenset, sunt nomina fluuiorum & stagnorum.

ἄνδρας κυρίζουσιν.) ἀνατρέφουσιν, educant. Ex qualitate enim humiditatis prouenit alimentum solis.

σὺν ἀπόλλωνι κείρεσθαι.) Fingunt Apollini & fluuijs abscissam esse cæsariem, quòd esset augmenti & nutrimenti caussa. Sol enim & ea quæ humida sunt, ad generationem faciunt.

δωρὶς.) νηλέως γυνὴ, Nelei uxor, πρυμνὸν autem, ὁ πλοῦς, traiectus. ἀρχαίη, ἡ αἴσθησις τῶν ἀρρένων, sensus cœlestium. ἰαπὴ, ἡ ὀξύτης, uehementia. λιμνάς, ἡ αἴσθησις, sensus. ῥοδία, ἡ εὐθυρότης, floriditas, amœnitas. ξυγὴ, ἡ ξύξις τῶν ὑποζυγίων, coniunctio iumentorum. ἰδέη, ἡ τέχνη, ars. ποσιδόν, in alijs legitur ποσιδόη. πληξαύρη, ἡ πλησμονὴ, expletio. γαληξαύρη, τὰ αὔδηρα πνεύματα, amœni spiritus. μερμὶς, ἡ σοφία.

Sensum cœlestium uocat lucem, aut calorem, aut etiam motionem.

βοῶπις πλειτὼ.) mater Tantali. Perseis, mater Aeetæ. ἀκάστη, ἡ θεραπεία, medela. ξανθὴ, ἡ εὐθυρότης, amœnitas. πιέρια, τὰ ὑπὸ πέτρας διαιτᾶσθαι, quòd sub petris uiuat. μενεδὼ, ἡ πραμονὴ, perseuerantia. εὐρώπη, τὸ πλατὺ τ ἄερος, amplitudo aeris. εὐρυόμη, ἡ εὐνομία, æquitas. ἀσὶη, ὁ κόρος, satietas. καλυψὼ, ἡ ὑπερβολὴ, exuperantia. εὐρώπη Homerus εὐρυόπην appellat. φὺξ, ὁ φόβος, metus. τανύσφυροι appellãtur Oceani filiæ, αἱ τὶ τ μακρὸς φυροὶ, quæ longa habent

bent crura. ἐπὶ δὲ ἀνομένης dicitur, ἡ ἀνημένης, procera, à parte nimirum una corporis.

πολυσπερέες.) quæ ſunt undiquaq; diſſeminatæ. θεάων autem ἀντὶ τῦ θεᾶς, pluralis numerus pro ſingulari. Ex una enim matre natæ ſunt illæ omnes. Singularum autem nomina nouerunt ij qui proximè apud illos habitãt.

θέας τ' ἠλίδν τε.) Motus ſphæræ, παρὰ τὸ θεῖν, à curendo.

κίνησίν θ'.) ἡ κινήσεως, motionis, παρὰ τὸ ἰδίαν ποιεῖ προσθῆναι, à mouendo.

ὑρίν.) ὑρίς Terræ & Cœli filius. Volunt autem per ipſum rerum conditarũ διάκρισιν, hoc eſt, diſtinctionem intelligere, aut τὴν τῶν πραγμάτων περάωσιν, hoc eſt, tranſitum rerum, aut aſtrorum reuolutionem ab ortu in occaſum. ὠκεανῦ autem, eſt filia Ponti. Aiunt autem, ipſam eſſe magnam aliquam δύναμιν ſiue potentiam. ἀστρᾶων, τὴν γένεσιν τῶν ἄστρων, generationem aſtrorum. πάλλευσα, τὴν κίνησιν αὐτῶν, motionem ipſorum.

πέρσην δ' ἐς.) πέρσην, τὴν τῶν ἄστρων περάωσιν, tranſitum aſtrorum, aut motum ab ortu ad occaſum.

ἐμπυρσύνησιν.) ἐμπειρίαν, experientia, ἀπὸ τῦ ἐπίστασθαι, ἤγουν ἐπίστασθαι, à ſciendo. Multa namq; opus eſt ſcientia, ut poßis noſcere motus aſtrorum.

ἀστραίῳ δ' ἠὼς αὐτίκα τίκτε.) Cum aſtra adhuc eſſent infra aurorã, tunc nati ſunt ex ortu uenti quatuor. Sunt enim etiam quatuor mundi plagæ ſiue climata, Europa, Aſia, Libya, Media.

ἀργέστην.) Spirat autem ἀργέστης, qui etiam Eurus dicitur, ab ortu, Zephyrus uerò ab occaſu, Boreas à ſeptentrione,

trione, Notus à meridie. Cæterùm Acusilaus tres uentos esse dicit secundum Hesiodum, Boream, Zephyrum, & Notum. Ait enim, Zephyri epitheton esse τὸ ἀργέστην, quasi dicas, procellosum. Homerus ἀργέστην dixit τὸν λαῶν ἀὸν νέτον, album notum. Noster autem per ἀργέστην, τὸν ἀπηλιώτην uidetur intelligere.

τὰς ἢ μέτ' ἀστέρα τίκτει.) Dixit enim *in principio, ἄστρα τε λαμπετόωντα, astra fulgentia. ἑωσφόρος autem dictus est lucifer, quòd circa auroram oriatur.*

νὺξ δὲ κεν.) νὺξ *denominatur παρὰ τὸ φυγεῖν, à formidando. per πάλλαντα uerò intelligit τὴν ἀνωτέρω κίνησιν, motum superiorem, cui aqua commixta, quosdam effectus producit.*

ὡς γὰρ ἰδώλουσι.) Ista *nomina* Abro *uocat patronymica, ὠκεανίνην, ἀδρηστίνην, αἰνείδην:* Typhon *autem παρώνυμα, hoc est, denominatiua.*

διὰ μήδεα πατρὸς.) Scilicet *patris consulentis ipsi, aut Iouis, aut Oceani.*

θεῶν δ' ἔμμορε.) quia *etiam iuramentũ est horribile.*

φοίβη δ' ἀῦ κόμη.) Puritas *& splendor eius quod uidetur.* Λοιὸς *autem, τὸ ἀρκτικὸν,* Septentrionale. Peperit *autem noctem, quòd ex apparente aere etiam nox gignitur, & astra.* Aut Λοιὸς, *ὁ ποιητὴς, fabricator.* φοίβη *autem puritas fabricationis.*

λήθη δυσεφίμερον.) λήθη *uocatur ἡ λύπη, καὶ ἡ νὺξ, obliuio & nox. Quando enim uoluptatibus indulgemus, non cogitamus de transitu huius uitæ.*

ἀστερίων δρόμον.) Motus *astrorum. Nam propter motum astrorum, transeunt & perficiuntur negotia.*

ἠέλιον, *solem intelligit. Oriuntur nanq; stellæ & occidunt semper eodem modo.*

ἐκάτην τίνες.) *Laudat autem Hecaten Hesiodus tanquam Bœotus, quia Hecate in Bœotia coli consueuit.*

μοῖραν ἔχειν.) *quòd singulis prouideat. Fatum namq; omnium eorum quæ fiunt in terra & mari, est præses: fatoq;, non aliter quàm deo ipsi, uota facimus.*

καλὰ νόμιμα ἱλάσκηται.) *Nam si quis ex præscripto legum sacra facere & seipsum uolet acceptum reddere, eum oportet dijs & Hecatæ sacrificare, & proinde honorem magnum consequetur.*

ᾧ πρόφρων.) ᾧ τινι, *casum posuit pro casu,* ᾧτινι. *Rhetores enim dativo pro genitivo utuntur.*

ἔχει αἶσαν ἁπάντων.) *Quia omnes fortunam appellant & Neptuno & dijs sacrificantes. Aut, quòd ex illis omnibus partem honoris habeat.*

ἀλλ' ὅτι μονογενὴς.) *Vnigeniti enim sunt locupletes, eo quòd socios nullos habent: aut quia fratres non habent, & plus honoris possideant.*

ᾧτ' ἰθύνῃ.) *Ad quem uult accedere, illi prodest, eumq; fortunat.*

ἀγῶνι ἀβλαύσει.) *Etiam erga certatores, quibus bene ult, est benigna. Et is qui uincit, per ipsam gaudens accedit domum suam.*

πρὸς τοῖς οἱ γλαυκὴν.) *Qui nauigant per mare, & ipsi atque Neptuno uota faciunt, ij copiosam prædam adipiscuntur. Contentus autem duobus epithetis, nimirum τῇ γλαυκῇ & τῇ ἀναπιμφίλῳ, non est propriè locutus.*

μᾶλλον δ' ἄγρῳ.) Adest etiam canum uenatoribus, & quibus malè uult, illos lædit.

